383

383

383

EPISTOLAE CATHOLICAE

GRAECE

PERPETVA ANNOTATIONE
ILLVSTRATAE

A

DAVIDE JVLIO POTT
THEOL. ATQVE PHILOS. DOCTORE
ET PROFESSORE THEOL. PVBL. ORD.
IN ACAD. JVLIA CAROLINA.

VOLVMEN II.

COMPLECTENS

VTRAMQVE EPISTOLAM PETRI.

GOTTINGAE
Apud JO. CHRISTIAN DIETERICH
MDCCLXXXX.

BIBLIOTHEK DER EVANGELISCHEN GEMEINDE ZU DÜSSELDORF

Ev. G. 383
2 Mz
1371 620 01

VIRO

ILLVSTRISSIMO

CAROLO AVGVSTO

L. B. AB HARDENBERG

SERENISSIMO DVCI BRVNOVICENSIVM

AC LVNEBVRGENSIVM A CONSILIIS INTIMIS,

CAMERAE DVCALIS PRAESIDI, NEC NON ORDINIS INCLYTI

AQVILAE ALBAE EQVITI MERITISSIMO.

R. L.

VIR ILLVSTRISSIME,

Cum TE, quae est singularis TVA modestia, animique TVI magnitudo, multo facilius laude digna *facere*, quam laudes, licet meritas, *audire* sciam; memet ipsum vero laudibus TVIS pro veritate ac dignitate celebrandis prorsus imparem sentiam: tantum abest, vt data hac, vel exoptatissima, opportunitate, sanctam mentem, humanitatem, rei et publicae et literariae curam paternam, insignemque peritiam, reliquarumque virtutum

TVARVM splendorem, pro more aliorum, extollere coner; vt potius clariſſimum antiquitatis pictorem (qui, quae coloribus deſperavit atque penicillo ſe digne expreſſurum, velamento obtexit,) imitans, merita TVA immortalia ſilentio praedicem, ne modeſtiae TVAE gravis ſim, ſcribendoque virtutes TVAS, et in me collata ſumma beneficia, extenuare, ſicque parum ea pro merito capere videar.

Benigne potius excipias, — hoc vnum ſupplex abs TE peto, — benigne excipias, quem TIBI offero, librum, quemque, cum ſit *religionis* liber, TIBI potiſſimum inſcribere haud

haud dubitavi, quippe cui — en Virum SERENISSIMI PRINCIPIS sui exemplum mirifice imitantem! — religio et felicitas humana, sororio quasi vinculo invicem junctae, ante omnia curae cordique sunt. Accipias, quaeso, qualecunque hoc opus, tanquam pietatis humillimaeque meae erga TE venerationis pignus atque testimonium, patrocinioque TVO, quo hucusque haud prorsus indignus TIBI visus sum, et in posterum me commendatissimum velim habeas.

Ceterum servet Deus O. M. PRINCIPEM TIBI, TE PRINCIPI, Vos ambo patriae, et praecipue huic literarum vniversitati, vt

CAROLO GVILIELMO FERDINANDO regnante, TE curante, crescat decus, et augeatur felicitas academiae Juliae Carolinae. Sic ex animo vovet,

VIR ILLVSTRISSIME,

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

Scrib. Helmstadii
a. d. VI. Aprilis
MDCCXC.

cultor devotus
Davides Julius Pott.

Ob-

Objectis vndique impedimentis, quae commemorare nihil attinet, nunc tandem prodit epistolarum catholicarum volumen secundum, in quo quidem conscribendo eandem sequutus sum interpretandi rationem, qua vsus eram in explicanda epistola Jacobi. Gratias ago Viris doctis, quas possum maximas, pro ea, qua illas eruditionis meae primitias susceperunt, indulgentia, eademque vt et hanc opusculi mei continuationem benigne suscipere, meque de vitiis admonere velint, pro sua quemque dignitate omnes ac singulos humanissime oro rogoque. Restat vt

etiam ex hoc qualicunque libello perlegendo aliquis saltem ad lectores fructus redundet; id quod, vt vehementer opto, ita, si evenerit, magnopere laetabor. Scribebam in academia Julia Carolina de VIto m. Apr. A. C. MDCCXC.

EPI-

EPISTOLA

PETRI

PRIMA.

PROLEGOMENA.

De Petri Apoſtoli vita, rebusque ab eo geſtis, referunt cum Evangeliſtae in evangeliis, actisque apoſtolorum, tum Paullus hic illic in epiſtolis, patresque antiqui; ex quibus quidem omnibus, pro fine nobis propoſito, potiora hauſiſſe atque delibaſſe, ſuffecerit.

Natus eſt Bethſaidae, in Galilaea [1], a Jona, vel Joanne, patre, Simon vel Simeon dictus [2], piſcatuque vixiſſe commemoratur [3]. Ab Andrea fratre admonitus [4], Jeſum adiit, a quo, pro more Judaeorum, novam diſciplinam ſubeuntes novo etiam nomine compellandi, ad declarandam inconcuſſam ejus animi firmitatem atque conſtantiam, Cephae, vel Petri [5] nomen accepit [6]. Inde vero, Jeſu ipſo, opinor, jubente, vel permittente, ad piſcatum exercendum rediit, [7] quia, apoſtoli munere fungendi opportunitas, nondum aderat. Deinde vero iterum, poſt largum piſcatum ei miraculoſe a Jeſu conceſ-

ſum,

[1] Joh. I, 45.

[2] Matth. XVI, 17. Joh. I, 43. XXI, 15. 16. 17.

[3] Matth. IV, 8.

[4] Joh. I, 41.

[5] Parum apte *Heſ.* Πετρος, επιλυων, επιγινωσκων. ὁτος και Σιμων, και Κηφας, και Συμεων. Neſcio an hebr. כֵּיפָא in animo habuerit.

[6] Joh. I, 42. 43.

[7] Matth. IV, 18-20.

ſum,[8] ſocrumque vi divina ſanatam,[9] a Chriſto evocatus, intima ejus vſus eſt familiaritate, vnaque cum Jacobo atque Joanne principem locum inter diſcipulos Chriſti tenuit [10]. Erat in eo ſingularis in Jeſum amor, pietasque; conjuncta tamen cum incredibili quadam temeritate, et ad efferveſcendum, ira inprimis, et ambitione inſigni, proclivitate. Ex quo vtroque animi affectu, orta videtur illa, Jeſu, in maris ſuperficie inambulanti, obviam eundi animi promtitudo, eamque ſtatim inſequens, de vita conſervanda, abjecta deſperatio [11]; hinc porro certiſſima illa, de divina J. C. natura, perſuaſio, quam ſuo, reliquorumque apoſtolorum nomine, ſaepius palam profitebatur [12]; hinc temeraria illa, quae ſummum Jeſu Chriſto dolorem afferebat, a morte ſubeunda dehortatio [13]; hinc ſingularis illa quaeſtio, Jeſu quondam ab ipſo propoſita: quoties peccanti in ſe fratri ignoſcendum eſſet? [14] hinc demum inconſiderata iſta indignatio, qua pedes Jeſu lavandos praebere recuſabat [15]; hinc denique incredibilis iſta, ſibique

[8] Luc. V, 1. ſeqq.

[9] Matth. VIII, 14. ſeqq. Marc. I, 29. ſeqq. Luc. IV, 38. ſeqq.

[10] Relege Marc. V, 37. Matth. XVII, 1 Marc. IX, 2. Luc. IX, 28. coll. 2 Petr. I, 16 - 18. Matth. XVII, 24. Luc. XXII, 8. coll. Matth. XXVI, 37. coll. Marc. XIV, 12. XVI, 7. Joh. XXI, 15 - 17. Cf cum his locis *Euſeb.* h. e. II, 14. qui Petrum τον καρτερον, και μεγαν των αποστολων, τον, αρετης ένεκα, των λοιπων ἁπαντων προηγορον vocat.

[11] Matth. XIV, 22 ſeqq. Marc. VI, 45 ſeqq. Joh. VI, 16 ſeqq.

[12] Joh. VI, 24. Matth. XVI, 21. Marc. VIII, 27. Luc. IX, 18. Cf. *Chryſoſt.* in Matth. XVI, p. 483. το στομα των αποστολων ὁ Πετρος, ὁ πανταχου θερμος, ὁ τα χορα των αποστολων κορυφαιος, παντων ερωτωμενων αυτος αποκρινεται.

[13] Matth. XVI, 21 - 23. Marc. VIII, 31 - 33. coll. Luc. IX, 22.

[14] Matth. XVIII, 21.

[15] Joh. XIII, 4. ſeqq.

ſibique ipſi non conſtans animi levitas, qua Malcho, pontificis ſervo, manus Jeſu injicienti, ſtricto gladio auriculam amputabat [16], et mox, brevi temporis ſpatio interjecto, ipſum hunc dominum ſuum, cum quo mortis periculum vltro ſe ſubiturum eſſe plus vna vice pollicitus erat [17], ſe noviſſe [18], iterum iterumque, addito adeo jurejurando, negabat [19]. Hactenus evangeliaria; quae ſequuntur in actis apoſtolorum memoriae prodita ſunt. Nimirum Petrus, poſt aſcenſum I. C. in coelum, Matthiam, in Judae locum ſufficiendum, curavit, primusque poſt effuſa ſ. ſ. dona, Hieroſolymis religionem chriſtianam, inprimisque reſurrectionem I. C. palam docere auſus eſt. Poſthaec vero, in vincula conjectus, cauſam coram ſynedrio dixit, indeque cum comminatione dimiſſus, ad majorem fiduciam, in Deo reponendam, divinitus excitatus, animum erexit. Poſtea Ananiae fraudibus ſevere puniendis, pluribusque miraculis perpetrandis, in dies inclareſcens, iterum pontificis juſſu in vincula conjectus, divino miraculo liberatus eſt. Nihilominus vero paulo poſt religionem Chr. juſſu divino in templo docens, a ſynedrio, flagellis caeſus, inde dimiſſus eſt [20]. Procedente tempore, poſt Stephani martyrium, dona ſpiritus ſ. cum Samaritis communicare,

[16] Matth. XXVI, 51. Joh. XVIII, 10. 26.

[17] Joh. XIII, 36. 37. Luc. XXII, 31-33. coll. Matth. XXVI, 39. Marc. XIV, 26.

[18] *Ambr.* in Luc. XXII, (vid. *Hilar.* comment. in Matth. p. 328.) qui Petri verba prorſus inepta ratione ſic mitigare conatur: *bene negavit hominem, quem ſciebat Deum*, jam refutatur ab *Hieronymo* in Matth. XXVI.

[19] Matth. XXVI, 58. 69-75. Marc. XIV, 54. 66-72. Luc. XXII, 54-62. Joh. XVIII, 16-27.

[20] Quae quidem omnia copioſius enarrantur Act. I-V, 41.

jussus, Simonem Magum, qui data pecunia haec dona sibi comparare optaverat, severe reprehendit. Post aliquot annorum spatium, ecclesiarum invisendarum causa, iter ingrediens, Lyddam venit, vbi AEneam paralyticum sanavit; atque Joppen, vbi Tabitham mortuam in vitam revocavit. Hinc, divina specie commonefactus, Caesaream ad Cornelium, cohortis Italicae centurionem, se contulit, gentemque Corneliam, doctrinae chr. cognitione satis imbutam, donisque spiritus s. divinitus exornatam, baptismo etiam ad religionem chr. profitendam arctius adstringere, nullus dubitavit; Judaeo-Christianos vero, qui eum, in vrbem Hierosolymorum reducem, hanc ob causam vehementer reprehendissent, mitiorem erga ethnicos animum induere, cohortatus est. Haud multa post Herodes Agrippas, post Jacobum interfectum, Petrum etiam prehendi, prehensumque in vincula conjici, jussit, ex quibus tamen angeli, a Deo missi, opera eductus est [21]. Quo facto Petrus, Hierosolymis aliquamdiu relictis [22], vsque dum Agrippa mortuus esset, (id quod an. Dan. XLIV. accidit [23],) evangelium a Marco conscribendum curasse, probabile est. Tum vero, Agrippa mortuo, Hierosolyma reversus, Paullo et Barnabae,

[21] Relege haec Act. VIII, 14-XII, 16.

[22] Vid. Act. XII, 17. vbi Lucas nil amplius dicit, quam omnino: επορευθη εις ετερον τοπον, vnde tamen colligere non ausim, eum *Romam* discessisse, quod *Eusebius*, *Isidorus Hispalensis*, aliique fingunt. *Ille* in *Chron.* p. 204. ad a. 2 Claudii sic habet: Πετρος, ὁ κορυφαιος, την εν Αντιοχειᾳ πρωτην θεμελιωσας εκκλησιαν, εις Ρωμην απεισι, κηρυττων το ευαγγελιον. *Hujus* verba autem haec sunt: (*de vita et obitu sanct. de Petro:*) *Hic, postquam Antiochenam ecclesiam fundavit, sub Claudio Caesare, contra eundem Simonem Magum* Romam *pergit, ibique praedicans evangelium* XXV. *annis ejusdem tenuit pontificatum.*

[23] Act. XII, 23. cf. *Josephus* Tom. I. p. m. 950.

nabae, ab ecclesia Antiochena ablegatis, vt de ritibus, a Mose praescriptis, vel rejiciendis, vel retinendis, ex apostolis atque presbyteris Hierosolymitanis quaererent; ritus hosce Mosaicos haud amplius ad Christianos pertinere, respondit [24]. At vero, cum nec ipse postea ab iis observandis abstineret, palam a Paullo Antiochiae gravissime reprehensus est [25]. Tum, comite Silvano [26], alias regiones, et forte eas ipsas, quas 1 Petr. I, 1. nominavit, Pontum puta, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, et Asiam, peragrasse, et posthaec demum Babylonem [27], Judaeos, quorum ibi magna copia erat [28], edoctarus, pervenisse, videtur; certe tempus magis opportunum, quo hoc iter facere potuisset, (quod tamen fecisse, tum ex epistola ipsa, his potissimum ecclesiis inscripta, tum ex aliorum scriptorum testimoniis satis constat [29],) non apparet. Postremum

 Romam

[24] Act. XV, 1-28.

[25] Gal II, 11-14. coll. Act. XXVIII, 22. Cf. *Origenes* in Joh. p. 381. ed. Huet. et *Augustin.* ep. 82. Ad hanc quidem reprehensionem a Petro amoliendam, alium quemdam, e LXX. discipulorum numero, Petro apostolo cognominem, veteres quidam finxerunt. *Euseb* h. e. I. 13. ἡ δ' ἱστορια παρα Κλημεντι κατα τὴν πεμπτην των Ὑποτυπωσεων, ἐν ᾗ καὶ Κηφᾶν (περὶ οὗ φησιν ὁ Παυλος· ὅτε δε ἦλθε Κηφας εἰς Αντιοχειαν, κατα προσωπον αὐτῷ ἀντεστην. Gal. II, 11.) ἕνα φησὶ γεγονεναι τῶν ἑβδομηκοντα μαθητῶν, ὁμωνυμον Πετρῳ τυγχανοντα τῷ ἀποστολῳ.

[26] I. Petr. V, 12.

[27] Vid. infra.

[28] Vid. testimonia *Josephi* atque *Philonis* infra citata.

[29] *Origenes* lib. 3. in Genesin ap. Euseb. h. e. III, 1. Πετρος δε ἐν Ποντῳ, καὶ Γαλατιᾳ, καὶ Βιθυνιᾳ, Καππαδοκιᾳ τε καὶ Ασιᾳ κεκηρυχεναι τοις ἐν τῇ διασπορᾳ Ἰουδαιοις ἐοικεν.

Eusebius h. e. III, 4. καὶ ἐκ των Πετρου δε λεξεων, ἐνὸποσαις καὶ ὅτος ἐπαρχιαις τοις ἐκ περιτομης τον Χριστον εὐαγγελιζομενος,

Romam profectus, ibi per aliquod tempus cum Paullo commoratus [30], ao. Dion. LXVII. vero crucifixus est [31]. Sed haec de vita Petri, rebusque ab eo gestis pro instituti ratione, sufficiant.

Prior haec Petri epistola, *ad quos data sit*, magno invicem dissensu quaerunt interpretes.

1) Plu-

ζομενος, τον της καινης διαθηκης παρεδιδε λογον, σαφες αν ειη, αφ' ης ειρηκαμεν ὁμολογουμενης αυτου επιστολης, ἡν τοις εξ Εβραιων ὡσιν εν διασπορα Ποντε, και Γαλατιας, Καππαδοκιας τε και Ασιας και Βιθυνιας γραφει.

Epiphanius haer. XXVII, p. 107. Πετρος δε πολλακις Ποντον τε και Βιθυνιαν επεσκεψατο.

Cf. praeterea *Hieron.* Cat. C. I. *Isidorus Hispalensis* C. LXIX. *Hippolytus* jun. de ap. C. I.

30 *Dionysius Cor.* ap. Euseb. h. e. II, 25. ad Romanos sic scribit: ταυτα και ὑμεις δια της τοσαυτης νεθεσιας την απο Πετρε και Παυλε φυτειαν γεννηθεισαν Ρωμαιων τε και Κορινθιων συνεκερασατε. Και γαρ αμφω και εις την ἡμετεραν Κορινθον φυτευσαντες ἡμας, ὁμοιως εδιδαξαν. ὁμοιως δε και εις την Ιταλιαν ὁμοσε διδαξαντες, εμαρτυρησαν κατα τον αυτον καιρον.

31 *Origenes* l. III, in Genes. ap. Euseb. h. e. III, 1. ὁς (Πετρος) και επι τελει εν Ρωμη γενομενος ανεσκολοπισθη κατα κεφαλης, ὁτως αυτος αξιωσας παθειν.

Eusebius Canon. chron. p. 206. ad 14. Neronis annum: Νερων επι πασι τοις αδικημασιν αυτε τον πρωτον κατα Χριστιανων ενεδειξατο διωγμον, ἡνικα Πετρος και Παυλος ὁι θειοτατοι αποστολοι τῳ ὑπερ Χριστε μαρτυρησαντες εσεφθησαν αγωνι.

Lactantius de mort. persec. II p. 1373. seqq. ed. Bunem *Quumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, et editis quibusdam miraculis, quae virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat; convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocavit. Qua re ad Neronem delata, quum animadverteret, non modo Romae, sed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, et ad religionem novam, damnata vetustate, transire, vt erat execrabilis ac nocens tyrannus, — Petrum cruci affixit, et Paullum interfecit.* Cf. Idem inst. IV, 21.

1) Plurimi, *Eusebius* [32], *Hieronymus* [33], *Grotius* [34], alii, pro *Judaeo-Christianis, extra Palaestinam dispersis*, jure contendunt, argumentis, pro firmanda hac sententia, *tum* ex ipsa epistolae inscriptione (παρεπιδημοι διασπορας. vid. ad Jac. I, 2.) *tum* ex nonnullis epistolae locis, maxime II, 9. et III, 6. quae parum apte ad Christianos olim ethnicos accommodari posse videntur, repetitis [35].

2) Alii vero, et quidem ex veteribus *Procopius* [36], atque *Cassiodorius* [37], ex recentioribus *Wetstenius*,

[32] Loco supra c.

[33] In Catal.

[34] In 1 Petr. I, 1.

[35] His locis addi solent 1 Petr. I, 15. 16. et II, 12. sed quamvis Petrus, loco priori Christianos ad virtutem adhortaturus, verbis vtatur ex Lev. XI, 44. desumtis; argumentum tamen hujus loci adeo late patet, vt, cum nihil ei insit, quo ad *solos* Judaeos restringatur, commode etiam ad Christianos, ex *ethnicis* conversos, transferri potuerit. Sic etiam ex verbis 1 Petr. II, 12. αναστροφην ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ καλην εχειν, minime colligi potest, eos, ad quos apostolus scripserit, Judaeos fuisse, cum etiam *Christiani olim ethnici* ad honestam vivendi rationem, εν τοις εθνεσι sequendam, commode admoneri posse videantur.

[36] In Jes. LXV, 20. τον εξ ΕΘΝΩΝ λεγει λαον-δις και Πετρος φησι.

[37] De institutione divinarum literarum Tom. II. p. 516. *Scriptura sancta, secundum antiquam translationem, in testamenta duo ita dividitur: — — Posthaec sequuntur evangelistae quatuor, — actus ap. epistolae Petri ad* gentes &c.

His etiam aliquo modo annumerari possint *Tertullianus* atque *Cyprianus*, qui priorem hanc *epistolam ad Ponticos* vocant. *Ille* Scorp. adv. Gnosticos p. 614. sic habet: *Petrus quidem ad* Ponticos. *Quanta enim*, inquit, *gloria, si non, vt delinquentes puniamini, sustinetis? Haec enim gratia est, in hoc et vocati estis; quoniam et Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum semet ipsum, vti assequamini vestigia ipsius.* &c. Cf. 1 Petr. II, 20. 21. *Hic* vero lib. III. ad Quirin. sic:

De

ſtenius [38], aliique, Chriſtianis, ex *gentibus* collectis, epiſtolam vindicant. Tribus potiſſimum in hanc ſententiam vtuntur locis: *a*) 1 Petr. I, 18. [39] vbi vocem ματαια αναστροφη de *vita idololatrica* intelligendam eſſe arbitrantur. Sed quamvis ex hebr. ריק et שוא [40] haec *idololatriae* ſignificatio vocabulo ματαιος vtique in N. etiam T. [41] competat; minime tamen eandem in quaelibet N. T. loca intrudendam eſſe, infra ad locum ipſum diſputabitur. Quidni vero hoc ipſo loco in voc. πατροπαραδοτε argumentum potius pro *Judaeis* latere videatur; cum *Judaeorum* potiſſimum vitium fuiſſe conſtet, vt ad *patrum traditiones* provocarent [42]. *b*) 1 Petr. II, 10. vbi oraculum Hoſeae: ὁι ποτε ε λαος, νυν δε λαος τε Θεε, ὁι εκ ελεημενοι, νυν δε ελεηθεντες· nonniſi ad *ethnicos* accommodari poſſe ſtatuunt; inprimis cum etiam Paullus Rom. IX, 25. eodem Hoſeae effato vtatur, vt, non Judaeos ſolum, ſed etiam *Gentiles*, ad religionem chriſtianam vocatos eſſe, demonſtret. Sed quis quaeſo non meminerit, eadem V. T effata atque exempla, ab aliis apoſtolis, pro conſilii atque argu-

De hoc ipſo in epiſtola Petri ad Ponticos: *ſit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut veſtis cultus, ſed cultus cordis* (Cf. 1 Petr. III, 3.) — — *Datum nobis eſſe exemplum vivendi in Chriſto, in* epiſtola Petri ad Ponticos; *Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum.* &c. (cf. 1 Petr. II, 20. 21.)

Vtramque *ad gentes*, et *ad Ponticos* appellationem ex 1 Petr. I, 1 derivatam eſſe, per ſe apparet.

38 In 1 Petr. I, 2.

39 Ειδοτες, ὁτι ε φθαρτοις αργυριω η χρυσιω, ελυτρωθητε εκ της ΜΑΤΑΙΑΣ ὑμων αναστροφης πατροπαραδοτε.

40 Cf. pſ. XXXI, 7. Jeſ. XLI, 24. Jon. II, 9. ibique LXX.

41 Act. XIV, 15. alibi.

42 Matth. XV, 2. 3. Marc. VII, 3. 8. 9. Gal. I, 14.

argumenti, in quo tractando versabantur, varietate, in varios etiam sensus transferri solere; vnde etiam hoc loco idem accidisse, eo magis probabile est, cum totius loci contextus, non ethnicos, sed *Judaeos*, requirere videatur. Denique *c*) 1 Petr. IV, 3.[43] quo tamen loco το θελημα των εθνων κατεργαζεσθαι, commode verti potest: *ethnicorum more vivere*, ειδωλολατρειαι vero, quibus Christiani indulsisse dicuntur, aut *vitam sceleratam*, *et ad omne flagitiorum genus profligatam* omnino significant; cum soleant Judaei scriptores vitae rationem *ethnicam*, *idololatricam* dicere, aut certe, si vel ista significatio non probetur, ex addita formula hac: αθεμιτοις ειδωλολατρειαις, nil aliud, nisi mixtos in ecclesiis, ad quas scripta est epistola, Judaeis *ethnicos* fuisse, colligi potest. (vid. nos ad locum ipsum.) Jam vero cum *Judaeorum* tam *certa*, *ethnicorum* vero *non prorsus improbabilia* in epistola ipsa deprehendantur vestigia, neutram sententiam locum habere posse, *Benſonus* jam vidit; quare

3) idem ille, et *Ill.* MICHAELIS[44], sacrarum literarum sagaciſſimi interpretes, epistolam non Judaeis genere, sed *proselytis portae*, quos vocant, vel *ethnico Judaeis*, *qui nunc fidem Christo dederant*, scriptam, adeoque formulam παρεπιδημοι της διασπορας Ποντ. κ. τ. λ. ad hos potissimum restringendam esse, existimant. Sed quo minus ita statui possit, *primum* perpetuus vsus loquendi obstat, ex quo *Judaei extra Palaestinam hic illic dispersi omnino* διασπορα, *proselyti* vero, sive sint portae, sive justitiae, προσηλυτοι, Matth.

[43] Αρκετος γαρ ημιν ὁ παρελκυθως χρονος τ. βιω ΤΟ ΘΕΛΗΜΑ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΚΑΤΕΡΓΑΣΑΣΘΑΙ, πεπορευμενους εν ασελγειαις, επιθυμιαις, οινοφλυγιαις, κωμοις, ποτοις, και ΑΘΕΜΙΤΟΙΣ ΕΙΔΩΛΟΛΑΤΡΕΙΑΙΣ.

[44] Einleitung in die Schriften des N. B. Tom. II, p. 1165. seqq.

Matth. XXIII, 15. Act. II, 11. VI, 5. XIII. 43. ευλαβεις, Act. II, 5. ευσεβεις, Act. X, 2. 7. σεβομενοι τον Θεον, Act. X, 2. 22. 35. XIII, 16. 26. dici ſolent. Provocat quidem *Ill.* MICHAELIS, ſententiae tuendae cauſa, ad Act. II, 10. vbi Romani, quos quidem proſelytos fuiſſe, ex commate 5. apparet, οι επιδημαντες Ρωμαιοι vocantur; ſed provti hic locus ex longe alio genere eſſe videtur, ſic in inſcriptione epiſtolae Petri omnia redeunt, non ad voc. επιδημαντες, vel παρεπιδημοι, ſed διασπορα, quod nonniſi de *Judaeis* vſquam me legere memini. Petrum vero epiſtolam ſuam *omnibus omnino hisce Judaeis extra Palaeſtinam degentibus*, nec potius ſingulari cuidam eccleſiae, inſcripſiſſe, cur quaeſo in hac potiſſimum epiſtola miramur, cum in explicanda Jacobi epiſtola eadem formula neminem offenderit, cumque, epiſtolas ejusmodi encyclicas cum pluribus eccleſiis communicatas eſſe, nemo facile dubitaverit. Quae cum ita ſint, nobis quidem

4) cum *Wolfio* ſcripta eſſe videtur epiſtola ad *Chriſtianos e Judaeis pariter et gentibus extra Palaeſtinam* (εν τη διασπορα) *collectos*, *inprimis vero ad Judaeo-Chriſtianos*, quia in hac epiſtola, quamvis Judaeis praecipue inſcripta, deprehenduntur alia, quae nonniſi in Judaeos, alia vero, quae nonniſi in ethnicos cadere videntur. (vid. ſupra.)

Babylone ſcriptam eſſe epiſtolam Petrus ipſe declarat, cap. V, 13. quaenam vero vrbs vel provincia hoc ipſo Babylonis nomine indicetur, in partes abeunt interpretes.

1) *Veteres quidam interpretes*, et *Copti* inprimis, qui Marcum evangeliſtam, cujus nomine Petrus paulo poſt Chriſtianis ſalutem dicit, hoc etiam loco, apte ad ſuae opinionis commenta, interpretando,

tando, sibi vindicare solent, *Babylonem* intelligunt *AEgyptiacam*, *vrbi Cairo vicinam* [45], in qua tamen sententia examinanda, atque refutanda, vix est, quod moremur Lectorem, cum nil prorsus habeat, quo sese commendet.

2) *Capellus* vero, *Pearsonius*, *Spanhemius*, *Harduinus*, alii, *Hierosolymorum* vrbem, sub Babylonis nomine latere, arbitrantur; *tum*, quia ratio nominis in promtu sit; declaratam enim putant Hierosolymitanorum impietatem parem idololatriae Babyloniorum, *tum*, quia eundem loquendi vsum apud patres antiquissimos, *Cyrillum Alexandrinum* [46] et *Procopium* [47] deprehendisse sibi videntur. Quid? quod

[45] Cf. *Wansleb* nouvelle relation d'un voyage fait en Egypte p. 132. *L'egliſe de la ſainte Vierge eſt ſelon la tradition des Coptes, la premiere, qui fut bâtie au Caïre, apres la venuë de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt; et ils diſent, que ſ. Marc y a prêché, et que c'eſt d'elle, que parle ſ. Pierre a la fin de ſon epiſtre, quand il dit: l'egliſe choiſie, qui eſt en Babylone Maſſr, ou Babylone auprés du Caïre vous ſaluë, auſſi bien que mon fils Marcus.*

[46] In Jeſ. LIII. Και γαρ ὁ μεν προφητης Ιερεμιας, ὡς εξ αμετρητε της Ιδδαιων ωμοτητος κατενηνεγμενος εις ακηδιαν, ὁτω πε (Jer. XV.) φησιν. — — „ιατρευσαμεν την Βαβυλωνα και ουκ ιαθη.“ — — Βαβυλωνα γαρ την ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ εν τουτοις κατονομαζουσιν, ὡς τα εκεινης μιμεισθαι σπουδαζουσαν, και ουδεν αποδεουσαν της των εθνων χωρας, το γε ἡκον εις εξιτηλιας, και το μη ανεχεσθαι τιμαν τον νομον, ητοι της προφητικης παιδαγωγιας το επωφελες.

[47] In Jeſ. LIII. εκεινοι (ſc. εθνικοι) γαρ ὡς τῳ Χριστῳ, ὁτω και παλαι τοις προφηταις αυτον προκηρυττουσιν ελεγον· αλλα ἡμιν λαλειτε, και αναγγελλετε ἡμιν ἑτεραν πλανησιν. ὡς και τον Ιερεμιαν λεγειν· ὁτε ωφελησα, ὁτε ωφελησε με ουδεις, και τον προφητικον δε χορον, ιατρευσαμεν λεγειν τον Βαβυλωνα, και ουκ ιαθη. εγκαταλειπωμεν αυτην. την ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ καλεσαντα Βαβυλωνα, ὡς των εθνων ασεβειας μηδεν διαφερουσαν, μηδε τε νομε ποιουμενην φροντιδα.

quod *Syri quidam*, obſervante *Aſſemanno* [48], in interpretando hoc loco eo procedunt audaciae, vt Babylonem de *coenaculo iſto*, *in quo apoſtoli primo pentecoſtis die dona ſpiritus ſ. accipiebant*, την εκλεκτην vero (ſc. εκκλησιαν) de *apoſtolis ibi congregatis* intelligant [49]. Sed quamvis Jeremias, orator et propheta populi, cujus effatum patres illi ante oculos habuerunt, Hieroſolyma *Babylonem*, ad dehortandum a gentium impietate populum Iſraëlitarum, apte dicere poterat; prorſus tamen a ſtili epiſtolaris popularitate alienum fuiſſet, ſi Petrus idem vocabulum eodem ſenſu *adhibere*, vel adeo nomine eccleſiae Babylonicae, myſtico ſenſu ſic dictae, *ſalutem* Chriſtianis *dicere* voluiſſet.

3) *Patres* vero *nonnulli* [50] atque interpretes, tam veteres, quam recentiores longe plurimi, *Valeſius*, *Grotius*, *Lardnerus*, *Cave*, alii, inepram de Petro, tum temporis eccleſiae Romanae praeſule, opinionem, ad vnum omnes adjuturi [51], *Romam* hoc Babylonis nomine myſtice indicari, ſtatuunt; *tum* quia Roma nec idololatria, nec luxuria Babylone inferior fuerit, *tum* quia Apoc. XVIII, 2. 10. 21. eodem Babylonis nomine occurrere, ipſis videbatur. Sed provti ex illa Romae cum Babylone ſimilitudine

[48] Bibliothec. Orient. Tom. III. P. 2. pag. 7.

[49] Sic *Gregorius Barhebraeus* in horreo myſter. in 1 Petr. *ſalutat vos eccleſia electa, quae eſt Babylone, i. e. eccleſiam vocat* coetum apoſtolorum, *et Babylonem* coenaculum in quo diviſae ſunt linguae.

[50] *Euſeb.* h. e. II, 15. τε δε Μαρκε μνημονευειν τον Πετρον εν τη προτερα επιστολη, ην και συνταξαι φασιν επ' αυτης ΡΩΜΗΣ. σημαινειν δε τετ' αυτον την πολιν τροπικωτερον Βαβυλωνα προσειποντα δια τετων· ασπαζεται υμας η εν Βαβυλωνι συνεκλεκτη, και Μαρκος ὁ υἱος με.

Hieronymus Catal. ad Marc.

[51] Euſebii atque Iſidori Hiſpalenſis ſententias vid. ſupra.

ſitudine nil *certi* ſequitur; ſic neque hoc apocalypſeos loco, Romam dici Βαβυλωνα, vlla certa ratione probari, neque ex libro, in quo ſumma orationis ſublimitas, adflatusque prophetici vis ſpirat, ad firmandum popularem vſum laquendi, vix repeti poteſt exemplum. Quae cum ita ſint, ex noſtro quidem ſenſu caeteris omnibus praeſtare videtur

4) ſententia *Eraſmi, Druſii, Jac. Capelli, Lightfooti, Bengelii, Wetſtenii, Baſnages, Beauſobrii*, aliorumque, qui *Babylonem proprie ſic dictam* a Petro denotari, judicarunt [52], praeſertim cum Cap. I, 1. provinciae Aſiae minoris eo ipſo ordine enumerentur, quo viri, Babylone ſcribentis, menti ſe obtuliſſe videntur; niſi forte, cum *Ill.* MICHAELE, *Cteſiphonem* atque *Seleuciam*, Tigridis flumini ex adverſo adjacentes [53], communi Babylonis nomine, ſive

[52] Sic quoque ex Syris Neſtorianis ſtatuerunt *Amrus* in vita Maris. *Praedicavit primum in Syria, deinde Antiochiae, et in Aſia, et Bithynia, et Galatia, aliisque locis. Ipſe autem in fine epiſtolae ſuae, quae catholicarum ſecunda eſt, ſignificat, ſe evangelium* Babylonem *usque invexiſſe:* inde *enim memoratam epiſtolam ſcripſit, eamque per Silvanum ad loca, quorum ſupra facta eſt mentio, miſit. In fine autem ejus epiſtolae dicit: ſalutat vos electa eccleſia, quae eſt Babylone, et filius meus Marcus.*

Jeſujabus Niſibenus in lib. adv. ſectas P. II. c. 8. *Simon Cepha — — ſparſo in eccleſia noſtra* (*Chaldaeorum* ſcilicet) *ſpirituali ſemine, cum eandem dimiſiſſet, Romam ſe contulit.*

Eandem ſententiam tenuit olim *Cosmas* Indicopleuſtes, ſexti ſaeculi ſcriptor, qui de evangelica praedicatione, per Romanum Perſicumque imperium promulgata, haec habet: *In Romana primum ditione apoſtolorum tempore chriſtiana praedicatio diffuſa eſt, ſtatim vero poſtea in Perſide per Thaddaeum apoſtolum. Et ſane in catholicis epiſtolis ſcriptum eſt: Salutat vos eccleſia, quae eſt in* Babylone *coëlecta.*

[53] *Strabo* l. XVI. κατηριθμηται της πολεως, τα μεν οι Περσαι, τα δε χρονος, και ἡ των Μακεδονων ολιγωρια περι τα τοιαυτα· μαλιστα

sive per errorem, sive ad declarandam vtriusque vrbis amplitudinem, Graecis [54] Romanisque [55] appellari solitas; vel omnino *provinciam Babylonem* vtrique vrbi circumfusam, intelligi malueris. Multa sunt, sed levioris illa quidem momenti, quae sententiae huic obverti solent. Potiora examinasse sufficiat. *a)* Primum quidem Babylonem Assyriae, Claudio Caesare imperante, solo jam aequatam, et vtramque Babylonem, sive ad Tigrim, sive ad Euphratem sitam, sive deniqne vniuersam provinciam, sic dictam, intellexeris, nisi incolis *omnino*, incolis saltem *Judaicae stirpis*, prorsus destitutam fuisse, adeoque Petrum apostoli munere ibi nulla ratione fungi potuisse, adversarii contendunt. Sed quamvis Babyloniorum vrbs modo fata leviora sub Persis, Dario [56] et Xerxe filio [57], modo graviora sub Macedonibus subierit, ita vt nunc quidem, apte ad Jesaiae [58] effatum,

μαλιστα επει την Σελευκειαν επι τω Τιγριδι πλησιον της Βαβυλωνος εν τριακοσιοις πε ςαδιοις ετειχισε Σελευκος ὁ Νικατωρ.

Plin. hist. nat. l. VI. c. 26. *Ferunt ei* (Seleuciae) *plebis vrbanae DC. M esse.*

[54] *Stephanus Byz.* de vrbib. et pop. p. 149. ed. Berkel. Βαβυλων Περσικη πολις μητροπολις Σελευκια καλεμενη.

[55] *Lucanus* Pharsal. init.

Cumque superba foret Babylon *spolianda trophaeis*
Ausoniis, vmbraque erraret Crassus invlta.

In quo quidem loco Babylonem de *Seleucia* intelligendam esse, dubio caret, cum Surenas, Parthorum imperator, ibi triumphum de Crasso reportaret.

Sidonius Apollinaris carm. IX. v. 19. 20. 21.

Non coctam Babylona *personabo,*
Quae largum, fluvio patens alumno,
Inclusum bibit hinc inde Tigrim.

[56] *Herodot.* l. III. c. 159. το τειχος περιειλε.

[57] *Strabo.* κατεσπασε τον τε Βηλε ναον.

[58] Cap. XIII, 19-22. XIV, 23.

fatum, praeter nomen, muros, ſparſaque domicilia, ac ſaxorum moles, priſtinae magnitudinis hujus vrbis vix vllum remanſerit veſtigium [59]; minime tamen et olim, Chriſtique temporibus, tantam vrbis ruinam jam exſtitiſſe, contendere licet, tantumque abeſt, vt omnes omnino Judaei in vrbe atque provincia Babyloniorum circumjacente exſtincti fuerint, vt potius, ſi qua in vrbe atque regione extera, ſtirps Judaeorum pedem fixerit, primisque poſt Chriſtum ſaeculis memoria Judaeorum vllibi remanſerit, in hac potiſſimum vrbe atque regione conſervata fuiſſe videatur, id quod, pluribus *Joſephi* [60] et *Philonis* [61], teſtimoniis, fide noſtra digniſſimis, extra omnem dubitationis aleam ponitur. Complures etiam Claudio imperante in eadem vrbe manſiſſe Judaeos, inde conſtat, quod illorum Patriarcha, obſervante *Scaligero* [62], ibi

[59] *Plin.* hiſt. nat. l. VI. c. 26. *Ad ſolitudinem rediit*, (Babylon) *exhauſta vicinitate Seleuciae.*
Strabo. ερημος ἡ πολλη.
Diodor. l. II, c. 9. βραχυ τι μερος habitatur.
Pauſanias Arcad. c. XXXIII. ſub Antoninis ſcripſit: Βαβυλωνος ȣδεν ετι ην, ει μη τειχος.

[60] Ant. Jud. l. XV. c. II. §. 2. δια τȣτο δεσμων μεν αφηκεν, εν Βαβυλωνι δε καταγεσθαι παρειχεν, ΕΝΘΑ ΚΑΙ ΠΛΗΘΟΣ ΗΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. ȣ̓τοι δε Υρκανον ετιμων ὡς αρχιερεα και βασιλεα, και παν το μεχρις Ευφρατȣ νεμομενον Ιȣδαιων εθνος.
Ibidem c. III. §. 1. ΟΥ ΓΑΡ ΟΛΙΓΑΙ ΜΥΡΙΑΔΕΣ τȣδε τȣ λαȣ (των Ιȣδαιων) περι την Βαβυλωνιαν απῳκισθησαν.
Cf. praeterea l. XVIII, c. IX. §. 1. et 6. it. contra Apionem l. II, §. 5. et 6.

[61] De virtut. p. 587. πασα γαρ εξω μερȣς βραχεος, Βαβυλων και των αλλων σατραπειων, αἱ αρετωσαν εχȣσι την εν κυκλῳ γην, Ιȣδαιȣς εχȣσι οικητορας.
Cf. Idem *leg. ad Cajum*, de inſecuta clade Judaeorum in Babylonia.

[62] Animadv. in chronol. Euſebii p. 188. ed. Lugd. Bat 1606. *Ex maſculini generis poſteritate* (Davidis) *ſemper Aechmalotar-*

ibi consisteret. Ex Assyria porro et Mesopotamia magnam Judaeorum multitudinem in Hierosolymorum vrbem confluxisse, qui apostolos, variis linguis loquentes, admirati sunt, ex Lucae commentariis [63] satis exploratum est. Nec denique ille ipse locus *Josephi* [64], (quem prae caeteris vrget *Pearsonius* [65]) quo Judaei quadragesimo p. C. anno crudelissimam cladem ab hostibus accepisse commemorantur, si ad omnem loci contextum, et praecipue ad §. 6. attenderis, singulasque rerum περιστασεις praeeunte *Ill.* MICHAELE [66] invicem contuleris, ita intelligendus est, ac si *omnes omnino* exstincti fuerint. Itaque, cum a *Strabone*, *Plinio*, caeterisque (vt recte *Basnagius*,) Babylon dicatur deserta, comparate haec ad prioris ejus conditionis amplitudinem, civiumque frequentiam, sunt intelligenda. Satis igitur, superque Babylonensium Judaeorum fuit, constituendae ecclesiae, quam vel Petrus ipse condidit, vel conditam visitavit, dum Assyriam peragrabat. Sed concedamus vltro, quod concedere nulla necessitate vrgemur, Babyloniorum vrbem atque provinciam omnibus omnino *Judaeis* destitutam fuisse, *ethnicos* tamen Petrum ad religionem chr. adducturum fuisse, ex ipsius verbis Act. XV, 7. [67] colligere non dubitem.

tarchae creati sunt Babylone, quamdiu illa vrbs stetit, vsque ad annum Christi DCC a Salarhiel vsque. Deinceps a DCC anno Christi, ad hanc vsque diem, in vrbe Bagded, sive Seleucia creantur. Optandum esset, vt *Scaliger* addidisset, vndenam haec habuerit.

[63] Act. II.

[64] Ant. Jud. l. XVIII. c. vlt.

[65] De succes. episc. p. 52.

[66] Einleitung in die Schriften des N. B. Tom. II. p. 1177. seqq.

[67] Πολλης δε συζητησεως γενομενης, αναστας Πετρος, ειπε προς αυτους'

tem. *b*) Porro, quod Petrus Babylone epiſtolam hanc Chriſtianis ſcripſerit, nullius id veteris aevi ſcriptoris teſtimonio firmari, contrariae ſententiae defenſores objicere pergunt. At vero, cum inde ab anno XLIX vſque ad annum martyrii Petri LXIV vel LXV, in quorum circiter annorum intervallo hoc iter feciſſe putandus eſt [68], nullibi, neque a Luca, neque a ſcriptoribus aliis hujus apoſtoli mentio facta ſit, teſtimonia ejusmodi ne exſpectare quidem licet, adeoque hujus Petri itineris notitia ex ipſa ejus epiſtola, fide noſtra vtique digniſſima, haurienda eſt. *c*) Nec illud *denique* cum ſententia noſtra conciliari poſſe *Lardnerus* [69] praecipue exiſtimat, quod Petrus, ſi inter Babylonios verſatus eſſet, in quos Parthi tum temporis ſummum imperium tenuiſſent, verbis illis: ὑποταγητε-βασιλει, et: τον βασιλεα τιματε [70], Chriſtianos ad obſequium Parthorum regi, qui tamen nihil ad eos pertinebat, praeſtandum, adhortatus eſſet. Sed in voc. βασιλευς, hoc nexu, vtroque loco non tam ἡμων, quam ὑμων ſupplendum, adeoque vtrumque locum omnino ad imperatorem Romanum referendum eſſe, quis quaeſo in tanta verborum nexusque perſpicuitate non viderit [71].

αυτȣς. ανδρες αδελφοι, ὑμεις επιςασθε, ὁτι αφ' ἡμερων αρχαιων ὁ Θεος εν ἡμιν εξελεξατο δια τȣ ςοματος μȣ ακȣσαι τα ΕΘΝΗ τον λογον τȣ ευαγγελιȣ, και πιςευσαι.

68 Vid. ſupra.

69 Supplements Tom. III. p. 246. 247.

70 1 Petr. II, 13. 17.

71 Fuiſſe etiam, qui Ιωππης, vbi Petrus Tabitham mortuam in vitam revocavit, epiſtolam noſtram ſcriptam eſſe judicarunt, *Syncellus* teſtis eſt p. 332. μεμνηται και εν αυτῃ (ſc. τῃ πρωτῃ επιςολῃ Πετρȣ) Μαρκȣ, και της πολεως Βαβυλωνος· αλλοι δε ΙΩΠΠΗΣ γεγραφθαι φασιν· niſi forte memoriae lapſu ipſius *Syncelli* ΙΩΠΠΗΣ pro ΡΩΜΗΣ irrepſerit, cum neminem habeat, huic opinioni aſſentientem.

Pro loci, vnde missa putatur epistola, varietate, diversae quoque esse solent de *tempore*, *quo scripta fuerit*, interpretum sententiae. Qui Babylonem *Hierosolyma* interpretantur, epistolam jam Claudio imperante a Petro, cum, concilii apostolici causa, Hierosolymis versaretur, (Act. XV.) exaratam esse, contendunt; inprimisque iis, in gratiam Christianorum haud circumcisorum, qui quidem ipsi convocandi istius concilii occasionem praebuerant, conscripta, atque a Sila, (quem Silvanum, literarum apostolicarum traditorem Act. XV, 22. 27. 32. commemoratum esse arbitrantur,) ad ecclesias, quibus haec prima Petri epistola destinata erat, perlata videtur [72]. Sic etiam *Ill.* MICHAELIS olim sensisse fatetur. Sed ponamus, Silam in epistola nostra eundem esse, qui Act. l. c. Silvanus vocatur; Silas tamen, communes apostolorum literas ferens, in longe alio itinere, per Syriam atque Ciliciam, faciendo [73], versabatur, ac Silvanus, dum hanc Petri epistolam ad ecclesias Ponticas, Galaticas &c. perferret; ne repetam, quod supra jam satis evicisse nobis videmur, Babylonem Hierosolyma h. l. significare nec posse, nec debere. At vero qui *Romam* per Babylonem indicari putant, non ante annum LXV epistolam scribi potuisse existimant, quia ante hunc ipsum annum Petrus Romam non pervenerit. Quae tamen computandi ratio prorsus concidit, si, quod supra professi sumus, Romam sub Babylonis nomine intelligendam esse, nulla probabili ratione effici potest. Supereſt igitur, vt, cum iis interpretibus, qui *Babylonem*, proprie sic dictam, intelligunt, tempus scriptae epistolae ad annos intermedios LVIII - LXI referatur, siquidem hoc ipso temporis spatio, tum Petrum Babylonem per-

[72] 1 Petr. V, 12.

[73] Act. XV, 30. 34. 40. 41.

perveniſſe [74], tum religionem chr. per Bithyniam, Cappadociam, caeterasque provincias, propagatam eſſe, probabile eſt. Et in hac quidem temporis computandi probabilitate, acquieſcendum eſſe putaverim, dum neque in externis ſcriptoribus, neque in epiſtola ipſa vllum deprehendatur veſtigium, ex quo annus diesque epiſtolae conſcriptae vel certius confirmari, vel accuratius conſtitui poſſit. Provocare quidem ſcio, adjuvandae hujus ſententiae cauſa, *Ill.* MICHAELEM ad 1 Petr. II. 13. [75] in quo quidem loco conſcribendo Petrum Paulli epiſtolam ad Rom. [76], ante oculos habuiſſe arbitratur, vnde, cum epiſtola ad Rom. anno aerae vulgaris LVIII vulgo ſcripta putatur, epiſtolam noſtram *poſt* hunc demum annum ſcriptam eſſe colligit. Sed, quicquid pro exornanda atque commendanda ſententia *Vir Ill.* congeſſerit, omnia tamen ad vniuscujusque ſenſum internum, pro ingenii, temporum, aliarumque rerum ratione, adeo diverſum, redire videntur, ita vt aliis quidem Petrus Paulli locum, aliis vero vice verſa Paullus Petrum, aliis denique neuter neutrum, reſpexiſſe videri poſſit [77]. Praeterea idem ille Interpres, de ſacris literis interpretandis immortaliter meritus, ex verbis 2 Petr. III. 1. [78] iisdem, quibus ſecunda epiſtola data erat, priorem etiam deſtinatam fuiſſe, colligit, quod, ſi ante plures, quindecim vel viginti annos, ideoque non iisdem, ſed hominibus prorſus

74 Vid. ſupra.

75 Ὑποτασσεσθε παση ανθρωπινη κτισει δια τον Κυριον· ειτε βασιλει, ὡς ὑπερεχοντι, κ. τ. λ.

76 Cap. XIII, 1-5. Πασα ψυχη εξουσιαις ὑπερεχουσαις ὑποτασσεσθω· ου γαρ εστιν εξουσια, ει μη απο Θεου, κ. τ. λ.

77 Vid. nos ad locum ipſum.

78 Ταυτην ηδη, αγαπητοι, δευτεραν ὑμιν γραφω επιστολην, εν αἰς διεγειρω ὑμων εν ὑπομνησει την ειλικρινη διανοιαν.

aliis scripta fuisset, non ὑμιν sed τοις πατρασι ὑμων, scribere Petrus debuisset, indeque porro eo progreditur, vt, cum ex 2 Petr. I, 13. 14. 15.[79] secundam epistolam haud multo ante mortem Petri scriptam esse certum sit, priorem etiam epistolam circa hoc ipsum tempus, adeoque circa annum LXI, scriptam esse, ideo probabile existimet. Sed vereor, ne haec argute magis, quam apte ad stili epistolaris familiaritatem, et quodammodo negligentiam, a *Viro Ill.* disputentur. Sic etiam Jac. IV, 10. aliaque hujus epistolae loca, ad quae Petrum 1 ep. V, 6. alibi, respexisse valde probabile est, pro tuenda hac sententia adhiberi, atque ex iisdem, priorem epistolam Petri non ante annum LVIII, ad quem quidem annum etiam Jacobi epistola revocari solet, scriptam esse colligi possit; sed et huic argumento parum tribuendum est, cum de tempore, quo scripta sit haec ipsa Jacobi epistola, in tam diversas partes a Viris doctis disputetur[80].

Auctoritas vero *canonica*, si in qua alia N. T. epistola, in hac sine dubio firmissima est, atque antiquissima. Sententiis ex hac epistola repetitis vsi sunt *Barnabas*[81], *Clemens Romanus*[82], *Ignatius*,

[79] Δικαιον δε ἡγουμαι, εφ' ὁσον ειμι εν τουτῳ τῳ σκηνωματι, διεγειρειν ὑμας εν ὑπομνησει· ειδως, ὁτι ταχινη εστιν ἡ αποθεσις του σκηνωματος μου, καθως και ὁ Κυριος ἡμων Ιησους Χριστος εδηλωσε μοι. σπουδασω δε εκαστοτε εχειν ὑμας μετα την εμην εξοδον την τουτων μνημην ποιεισθαι.

[80] Vid. nos ad ep. Jacobi p. 35. seqq.

[81] IV. εφ' ὁσον εσμεν εφ' ἡμιν, μελετωμεν τον Φοβον του Θεου, και φυλασσειν αγωνιζωμεθα τας εντολας αυτου, ἱνα εν τοις δικαιωμασιν αυτου ευφρανθωμεν. cf. 1 Petr. I, 7.

[82] Epist. C. XLIX. αγαπη καλυπτει πληθος ἁμαρτιων. cf. 1 Petr. IV,

tius[83], *Papias*[84], *Polycarpus*[85], *Irenaeus*[86], aliique plures. Agnoverunt eandem pro canonica *Origenes*[87] atque *Eusebius*[88], qui eam ταις ὁμολογουμεναις annumerat,

IV, 8. et Jac. V, 20 — C. XXXVIII. ὑποτασσεσθω ἑκαστος τῳ πλησιον αυτ. cf. 1 Petr. V, 5. — C. II. παντες τε ταπεινοφρονειτε, μηδεν αλαζονευομενοι, ὑποτασσομενοι μαλλον η ὑποτασσοντες. cf. 1 Petr. V, 8.

[83] Ad Magnes. p. 60. formula vtitur. κρινει ζωντας και νεκρους. coll. 1 Petr. V, 4. et p. 61. post plura modestiae praecepta, quae ex priori epistola Petri repetita videntur, addit: ὑποταγητε τῳ επισκοπῳ, και αλληλοις. coll. 1 Petr. V, 5.

[84] Apud Euseb. h. e. III, 39. κεχρηται δ' ὁ αυτος (Παπιας) μαρτυριαις απο της Ιωαννε προτερας επιστολης, και της Πετρε ὁμοιως.

[85] v. c. Cap. I. εις ὁν αρτι ιδοντες πιστευετε, πιστευοντες δε αγαλλιασθε χαρᾳ ανεκλαλητῳ και δεδοξασμενῃ. cf. 1 Petr. I, 8. et *Euseb.* h. e. IV, 14. Πολυκαρπος εν τῃ δηλωθειστῃ προς Φιλιππησιους αυτε γραφῃ φερομενῃ εις δευρο, κεχρηται τισι μαρτυριαις απο της Πετρε α επιστολης.

[86] Vid. *Euseb.* h. e. V, 6. μεμνηται Ειρηναιος της Ιωαννε α επιστολης — ὁμοιως δε και της Πετρε προτερας.

[87] Lib. I. comment. in Matth. ap. Euseb. h. e. VI. 25. Πετρος — μιαν επιστολην ὁμολογουμενην καταλελοιπεν· εσω δε και δευτεραν· αμφιβαλλεται γαρ. Et de prima tanquam de vnica loquitur comment. in Joh. p. 126. ed. Huet. και περι της εν φυλακῃ πορειας μετα πνευματος παρα τῳ Πετρῳ εν τῃ καθολικῃ επιστολῃ θανατωθεις γαρ, φησι, σαρκι, ζωοποιηθεις δε πνευματι. κ. τ. λ. cf. 1 Petr. III, 18-20.

[88] Hist. eccl. l. III, c. 25. περι των ὁμολογουμενων θειων γραφων και των μη τοιουτων inscripto, sic tradit: αἰς (Παυλε επιστολαις, quas pro ὁμολογουμεναις habet,) εξης την φερομενην Ιωαννε προτεραν, και ὁμοιως την Πετρε κυριτεον επιστολην. Cf. h. e. III, 3. Πετρε μεν ουν επιστολη μια, ἡ λεγομενη αυτε προτερα, ανωμολογηται. ταυτῃ δε και οἱ παλαι πρεσβυτεροι ὡς αναμφιλεκτῳ εν τοις σφων αυτων κατακεχρηνται συγγραμμασι.

merat, praetereaque interpretes *Syrus* [89] atque *Latinus*, aliique, quorum nominibus, in tanta testimoniorum multitudine atque gravitate, adscribendis, nos commode supersedere posse putavimus. Neque tamen prorsus defuerunt, qui canonicam hujus epistolae auctoritatem in dubium vocarent, quo pertinent *Pauliciani* [90], *Theodorus Mopsvestenſis* [91], atque *auctor anonymus fragmenti cujusdam*, quod paullo post *Pii primi* Pontificis Romani, tempora, adeoque circa finem seculi secundi, scriptum esse, auctor ipse declarat; in quo quidem fragmento vtraque Petri, cum Jacobi, tertiaque Johannis epistola, in recensu librorum N. T. omittuntur [92]. Hi vero omnes, vtrum argumentorum pondere, an opinionum praejudicatarum levitate, in eam sententiam adducti fuerint, vt antiquam hujus epistolae auctoritatem in dubium vocarent, cum historiae documentis de hac re destituamur, in medio relinquendum esse videtur. Reliqua vero scripta, *Evangelium* puta, *Apocalypſin*, *Liturgiam*, *Praedicationem*, &c. quae praeter binas epistolas apostolo a quibusdam tribuuntur, spuria esse dubio caret [93].

Scribendi genus Petrinum pro summa hujus viri pietate, animique ardore, ac intima, quam a natalibus inde cum religione linguaque Hebraeorum con-

[89] *Epistola prima Petri apostoli, Simonis Cephae.*

[90] Teste *Petro Siculo*, observante *Wetstenio*, Tom. II. p. 681.

[91] Vid. *Leont. Byz.* c. Nestor. et Eutych. III, 14.

[92] Recensuit hoc fragmentum *Ven. Schmidius* in examine critico apocalypsis Johanneae. P. I. p. 100-119.

[93] Vid. *Fabricii* cod. apocr. N. T.

contraxerat familiaritate, *severum*, hic illic *obscurum*, atque *hebraismis refertum* esse, vix est, quod moneamus [94].

Argumentum denique primae epistolae, quod prorsus paraeneticum est, his potissimum sententiis continetur: praemissa *salutatione* solenni I, 1. 2. *felicitatem olim post mortem futuram* ita *describit*, I, 3-12. vt ad *virtutem sequendam* I, 13-II, 10. *libidinesque fugiendas* II, 11. 12. inde repetat argumenta. Post haec paulo generalius hoc virtutis praeceptum ad varias vitae humanae conditiones accommodare conatur, *officiis subditorum*, II, 13-18. *servorum*, II, 18-25. *conjugum*, III, 1-7. sigillatim explicandis. Quo facto omnium virtutum hucusque commemoratarum ambitum ad vnum *mutui amoris* atque *concordiae* sensum revocare studet. III, 8. 9. Hinc, vno verbo commatis 9. adductus, cohortationem ad *linguam compescendam* annectit. III, 10. Statim vero post comma hoc ad *virtutis studium* Christianorum *omnino exacuendum* relabitur. III, 11. — μακαριοι v. 14. Haec excipit ad *religionem chr.* etiam *coram magistratibus constanter defendendam* cohortatio. III, 14. — IV, 6. Tum sequitur plurium virtutum recensus, in iisque prima, de *servando animo sceleris puro*, IV, 7. altera, de *mutuo amore*, atque *hospitalitate*, IV, 8. 9. tertia de χαρισμασι, *pro modulo eo, quo sua quisque acceperit, adhibendis*, IV, 10. 11. quarta de *cruciatibus religionis causa patienter sustinendis*, IV, 12-19. quinta, de *discipulis in religione chr. rite instituendis*, V, 1-5. sexta, de *fortuna nostra providentiae divinae*

[94] Plura de scribendi genere Petrino vide, sis, in proleg. ad ep. ejus posteriorem.

prorſus permittenda, V, 6. 7. ſeptima denique, de *religione inter atrociſſimos cruciatus conſtanter tuenda*, V, 8 - 11. His jam ita pertractatis, de *epiſtola quadam*, antehac ad Chriſtianos extra Palaeſtinam a ſe conſcripta, *certiores reddit* eos, ad quos jam nunc ſcribit ap. V, 12. Exit denique epiſtola in *ſalutationes* et *pia vota*. V, 13. 14.

ΠΕΤΡΟΥ

ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

Πέτρος, ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρ- I. ἐπι-

Cap. I. 1. 2. Praemittitur epistolae, pro more veterum, salutatio solennis. Πετρος, Syriacum כיפא, vt Διδυμος Joh. 11, 16. hebr. תאום, Θωμας. Forma masculina πετρος rarior quidem, sed apud Atticos tamen scriptores (*Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 334.

Ουκ, ω κακων κακιστε, και γαρ αν ΠΕΤΡΟΥ
Φυσιν συ γ' οργανειας, εξερεις ποτε.

coll. Oedip. Col. v. 19. 185. 1591. &c. *Apollod.* l. 2. c. 5. p. 142. ed. *Heyne:* απεκυλισε δε και τον Ασκαλαφα ΠΕΤΡΟΝ. *Strab.* l. 17. p. 1173. ed. Amst. 1717. cum not. Casaub. et al. ΠΕΤΡΟΝ ηλιβατον, κ. τ. λ. Cf. etiam *Hom.* Il. η, 278. π, 411. υ, 288. *Aeschin.* dial. 3. sect. 21.) non minus, ac apud interpretes V. T. (*Aquil.* Ps. 78, 15. εσχισε ΠΕΤΡΟΥ εν ερημω. 2 Macc. 1, 16. βαλλοντες ΠΕΤΡΟΥΣ. 4, 41. συναρπασαντες ΠΕΤΡΟΥΣ.) obvia, ad *virum* designandum magis commoda videbatur, quam πετρα. Αποστολος I. X. vid. ad Jac. 1, 1. Qui *initio* μαθηται dicebantur, primi 12 religionis chr. doctores, eosdem, *procedente demum tempore*, cum a Christo, ad religionem suam vbique terrarum propalandam, *ablegarentur*, αποστολος dictos esse, ex ipsa vtriusque nominis natura probabile videtur. Εκλεκτοι, בחורים, *Christiani*, *Deo cari*, *olimque beandi.* vid. ad Jac. 2, 5. Παρεπιδημοι, חושבים, (Gen. 23, 4. Ps. 39, 13. ibique LXX.) i. q. ξενοι, cui Hebr. 11, 13. et παροικοι, cui infra 2, 11. jungitur: *Christiani peregrini*, i. e. *extra Palaestinam viventes*, Διασπορα, ex hebr. נדחה, Ps. 146, 2. est *omnis locus extra Palaestinam*, *in quem Israëlitae*, *quocunque tempore et modo*, *sive vltro emigrantes*, *sive bello expulsi*, *concessere.* Plura vid.

επιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδο-

vid. ad. Jac. 1, 2. Εκλεκτοις διασπορας Ποντ κ. τ. λ. Conſtructio brevitate paulo obſcurior, ſic reſolvenda: εκλεκτοις εν διασπορᾳ ſc. ασι, vel εκλεκτοις διεσπαρμενοις (εξω της Ιδαιας) εν τω Ποντῳ, etc. Syr. *electis, et incolis diſſeminatis.* Eodem modo Joh. 7, 35. διασπορα Ἑλληνων, pro διεσπαρμενοι εν τοις Ἕλλησι. Ποντος, regio ampla Aſiae minoris, ad oram Ponti Euxini (a quo nomen duxit,) ab Haly flumine ad Colchim vſque protenſa. *Plinius* et *Ptolemaeus* cum Cappadocia conjungunt, diſſentiente ab vtroque *Strabone*, quem ſequitur *Cellarius*. Cappadocia enim et Pontus diverſa fuerunt regna, vaſtis montium jugis a natura ipſa invicem ſeparata; (*Strabo* l. 12. p. 372. ὁριον δ' εστι τα Ποντα, και της Καππαδοκιας ορεινη τις παραλληλος τῳ Ταυρῳ. coll. *Cic.* pro Arch. c 9. *Populus Rom. aperuit, Lucullo imperante, Pontum, et regiis quondam opibus, et ipſa natura regionis circumvallatum.*) quorum illi Ariarathes, huic Mithridates praefuit; ipſeque *Ptolemaeus* maritimam hanc oram in tres partes diſtinguens, *Ponti*, non Cappadociae, nomen ſingulis impoſuit, ſiquidem occidentalem partem *Pontum* Galaticum, orientalem *Pontum* Cappadocium, vtrique intermedium vero *Pontum* Polemoniacum appellavit. Γαλατια, Phrygiae quondam pars, inter Phrygiam, Cappadociam, Paphlagoniam atque Bithyniam ſita, nomen a Gallis habet, a quibus quondam occupata eſt. (*Strabo* l. 12. p. 399 προς νοτον εισι τοις Παφλαγοσι Γαλαται. cf. *Plin.* l. 5. c. 32.) Dicitur etiam *Gallograecia*, quia inter graecas colonias ſita, ipſaque gens Galatarum Graecis permixta erat. (*Strabo* l. 12. p. 390. παρ' ἑκοντων ελαβον την νυν Βιθυνιαν, και ΓΑΛΑΟΓΡΑΙΚΙΑΝ λεγομενην. cf. *Liv.* l. 37. c. 8. et l. 38. c. 18.) Sequioris aetatis ſciptoribus Graecis dicitur etiam Γαλατια ἡ μικρα, vt diſcernatur a Gallia Transalpina, quae item Graecis Γαλατια dici ſolebat. (*Socrates* hiſt. eccl. l. 6. c. 18. Λεοντιος επισκοπος Αγκυρας της ΜΙΚΡΑΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ.) incolaeque tum, communi cum Gallis Europaeis nomine, *Galli* (Liv. l. 38. c. 16. et 21. ſeqq.) tum *Galatae* (Tac. l. 15. c. 6. *Galatarum Cappadocumque auxilia.* cf. Liv. l. 37. c. 38. *maxima pars* Gallograeci *erant*,) ſive graece Ἑλληνογαλαται (ap. *Suid.* ſub voce Αγκυρα.) vocabantur. In Galatia vero ingens erat Judaeorum multitudo, vt ex epiſtola Paulli ad Galatas abunde apparet. *Theodoretus*, *Oecumenius*, et qui eos ſequuntur, Ποντα Γαλατιας, commate deleto, invicem juncta, per *Ponti Gala-*

παδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας, κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ 2 πα-

Galatiam reddunt, vt opponatur *Galatiae juxta Celtas*, vel *Galliae Celticae*; quod ferri quodammodo potest, (vid. quae de Ponti parte Galatica modo scripsimus;) sed facilius procedere orationem, si singula regionum nomina invicem discernantur, suus quemque sensus docebit. Καππαδοκια, item regio Asiae minoris, de cujus situ atque descriptione *Strabonis* locum l. 12 transscripsisse sufficiat: *Cappadociam*, inquit, *Persae in duas diviserunt σατραπειας; eas ab his acceptas Macedones περιειδον, τα μεν ἑκοντες, τα δ' ἀκοντες, εις βασιλειας αντι σατραπειων περισασαν. ὧν την μεν ἰδιως Καππαδοκιαν ονομασαν, και προς τῳ Ταυρῳ, και νη δια μεγαλην Καππαδοκιαν. την δε Ποντον, οι δε την προς τῳ Ποντῳ Καππαδοκιαν.* Ασια, interpretes vnanimi fere consensu *Asiam proconsularem*, Phrygiam, Mysiam, Cariam, Lydiam, oramque omnino maritimam Asiae minoris complexam, (Cic. pro Flacco 27.) non vero *Asiam minorem universam* intelligunt, quia haec omnes istas paulo ante nominatas regiones, Pontum, Galatiam, &c. amplectatur, a quibus tamen hoc nexu Asia distinguatur. Sed a stili epistolaris popularitate non alienum putaverim, si nominibus singularium quarumdam regionum nomen ipsius amplioris provinciae additum deprehendatur. Quare, alterutra Asia, vtrum minor, an proconsularis, hic intelligenda sit, decernere equidem non ausim. *Grotius* vero, et *auctor de locis Ebraicis*, *Joniam*, regionemque inprimis circa Ephesum, Judaeis admodum frequentatam, (Jos. 12, 3. 14, 17. 16, 3.) et *Vsserius* de Asia proconsulari p. 38. *Lydiam κατ' ἐξοχην Asiam* vocari, contendunt; tum quia Act. 16, 6. Asia inter Galatiae et Mysiae regiones nominetur, tum quia Apoc. 1, 11. *Asia* occurrat, adjunctis septem istis civitatibus, quarum aliae ab aliis in ipsa Lydia collocentur; sed nusquam *Asia* legitur sensu hoc, adeoque haec ratio, in gratiam horum locorum excogitata, vix admittenda videtur. Βιθυνια. Fines ejus ob occasu sunt Bosporus Thracius, et pars Propontidis, ab austro Rhyndacus fluvius, et Olympus mons, a septentrione Pontus Euxinus, ab ortu vero ab aliis alius limes constituitur. Plura de his regionibus relege apud Geographos, collatis tabulis geographicis D'Anvillianis.

2. Προγνωσις Θεϱ, de *antecedente decreto* Grotius, de *praescientia*, *quinam in posterum consilium divinum de salute sua vere amplexuri sint*, Wolfius, neutro loquendi vsum satis sequuto, in-

πατρὸς, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵμα-

interpretantur. Neque pluris facienda videtur *amandi* atque *approbandi* significatio, quam alii h. l. ex hebr. ירצ non minus arbitrarie arripiunt, (vid. *Glassium* ed. *Dathe* 978.) cum haec significatio Hos. 8, 4. Gen. 18, 19. Matth. 7, 23. 25, 12. male procedat, et in loco Ps. 1, 6. quem praecipue vrgent hujus sententiae defensores, *zueri* atque *remunerari*, pro *approbare*, substitui quaeat; ne dicam, etiamsi vel vnice ibi admittenda sit *approbationis* significatio, minime tamen inde sequi, vt eadem quoque significatio in aliis locis, alio nexu, alioque tempore pronunciatis, accipi possit, vel adeo debeat. Tenemus igitur vulgarem *praescientiae* notionem, non modo tamen, *quatenus ad fidem eos accessuros esse*, sed *quatenus omnem omnino hominis in hac terra statum atque conditionem praevidit*, ita vt εκλεκτοι κατα προγνωσιν (sic enim jungendum est, non αποστολος κατα προγνωσιν, nam voc. αποστολος remotius est, et, quae sequuntur, εις ῥαντισμον, non ad *apostolum* modo, sed ad *omnes omnino Christianos* spectant,) sint: *homines, non casu, sive arbitrarie, sed sapientissimo Dei consilio Christiani facti.* Πατηρ, nomen honorificum summi numinis, *benignitatis divinae* praecipue sensum hominibus injiciens. Πνευμα, alias πν. ἁγιον s. π. τϑ Θεϑ ex hebr. רוח est *vis divina*, et quidem in N. T. ac hoc nexu *vis ea, qua quis, ex quo Christo nomen dederat, ad recte beateque vivendum impelli, atque a vitiis, erroribusque, quibus animus ejus adhuc deditus erat, avocari putabatur.* vid. *S. V. Koppii* exc. 5. in ep. ad Gal. Ἁγιασμος. In vocabulo hoc, connatisque ἁγιαζειν et ἁγιος, in N. T. ex hebr קָדַשׁ, קְדֻשָּׁה, קָדוֹשׁ, et קֹדֶשׁ, semper tenenda est notio ejus, *quod a communi vsu remotum, et in singularem Dei vsum vel cultum segregatum est.* Hinc pro nexus ratione alio loco alius horum vocabulorum sensus est, a quo tamen non facile aberraveris, si *propriam* hanc significationem semper in animo retineueris. Sic ἁγιασμος πνευματος h. l. ponitur pro ἁγιασμῳ δια πνευματος, et vel sumendum est pro *emendatione ea, quae fit spiritus s. opera, in animis Christianorum, qua a reliqua hominum malignorum turba quasi segregantur, cultuique divino quodammodo consecrantur*, vel pro *ipso virtutis studio*, per eundem spiritum div. in Christianis jam excitato. Sensus vtrinque idem. Εν ἁγιασμῳ, vero ex hebr. ב positum est pro δι ἁγιασμα. Εκλεκτοι εν ἁγιασμῳ πν. (ad voc. εκλεκτοι enim totum hoc comma revocandum est,) igitur sunt: *homi-*

αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.

Εὐλο-

homines ſ. ſ. beneficio ad religionem chr. adducti, i. q. ἡγιασμένοι ἐν πνεύματι. cf. 2 Theſſ. 2, 13. *Grotius* vero ἐν pro εἰς accipi mavult, vt ſint *electi* ad *emendationem*; ſed tunc apoſtolum, ipſum hoc voc. εἰς, quo in proxime ſequentibus hoc ſenſu vtitur, adhibuiſſe, et verba εἰς ὑπακοὴν &c. vocula καὶ ante greſſis junxiſſe, putaverim; ne dicam denique, ſuperfluam aliquo modo videri poſſe totam ſententiam, quippe quae verbis εἰς ὑπακ. &c. ſtatim repetitur. Ὑπακοὴ eſt vox de *ſtudio legum Moſaicarum* apud Judaeos perpetua. Rom. 6, 16. 16, 19. modo additis vocabulis πίστεως, Rom. 1, 5. 16, 26. et ἀληθείας, 1 Petr. 1, 22. modo abſolute, vt h. l. ad *obſequium praeceptis religionis chr. praeſtandum* transferri ſolita. Rom. 16, 19. 2 Cor. 7, 15. 10, 5. 6. 1 Petr. 1, 14. niſi, praeeunte *Clerico*, voc. αἵματος tam ad ὑπακοὴν, quam ad ῥαντισμὸν referri malueris, ita vt ὑπακοὴ αἵμ. ſit: ὑπακοὴ διὰ τὸ αἷμα vel διὰ τὸν θάνατον I. X. quod tamen paulo durius mihi quidem videtur. Ῥαντισμὸς αἵματος, eſt formula ex ſacrificiorum diſciplina Iſraëlitarum repetita, ex qua tum ſacerdos populusque, antequam ſanctuarium intrarent, humore quodam aſpergebantur, Exod. 24, 8. 12, 23. 29, 21. Lev. 1, 5. tum, quod magis adhuc ad l. n. pertinere putaverim, pontifex maximus quotannis ſanguinem victimae expiationis, ad peccatorum condonationem pro populo impetrandam, verſus arcam foederis ſpergere jubebatur. Lev. 16, 18. 19. Hinc ab apoſtolis, qui omnino meritum Chriſti ad victimae ſimilitudinem revocare amant, (teſtis eſt prae caeteris epiſtola ad Hebr.) ῥαντισμὸς αἵματος, vel αἷμα ῥαντιζόμενον, ad *ſanguinem I. C.* transfertur, *qui ad veniam peccatorum nobis comparandam effuſus ſit*, nulla tamen *aſperſionis* notione ex ritu iſto Moſaico amplius retenta. Εἰς ῥαντισμὸν αἵματος I. X. paſſive ſumendum eſt pro: ἵνα ῥαντίζωνται σὺν αἵματι I. X. vel ἵνα ῥαντίζηται τὸ αἷμα I. X. ὑπὲρ αὐτῶν. Ἐκλεκτοὶ ἐν ἁγ. πν. εἰς ῥαντ. αἵμ. I. X. vero, eſt formula paulo conciſior, pro: *electi, vt ſanguine I. C. a peccatorum ſuppliciis liberarentur, ſicuti olim Judaei ſanguine hirci, ad arcam adſperſo, peccatorum veniam impetrabant.* cf. Hebr. 9, 13. 14. Quae quidem immunitas a ſuppliciis divinis, vt longe praeſtantiſſimum commodum, quod ex religione chr. ad nos redundat, pro *felicitate omnino*, quam ex religione chr. percipimus, poſita eſſe videtur. Jam vero ſunt, et inter hos *Beza*, qui εἰς ὑπακοὴν pro ἐν ὑπ. vel δι' ὑπακοῆς, accipi malint; ſed tunc

apoſto-

3 Ἐυλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη-

VARIAE LECTIONES.

3. ζωης pro ζωσαν 9. 46. Verſ. Syr. Codd. Lat.

apoſtolum εις ὑπακοην &c. vocula και cum praecedentibus junxiſſe, et in vocc. εις et εν (quod paulo ante hoc ſenſu adhibuit,) ſi quid ſentio, vix variaſſe putaverim. Χαρις, *benevolentia*, ex hebr. חסר, חן, רצון pro *beneficio* ipſo, atque adeo pro *felicitate omnino* ponitur. 2 Cor. 1, 15. 8, 4. Tob. 7, 18. Pſ. 84, 12, 14. Ειρηνη, ſecundum hebr. שלום. i. q. χαρις, *ſalus atque felicitas quaevis*, minime vero *favor*, ſ. *gratia*, quae quidem ſignificatio contra omnem vſum loquendi, ex priori ſignificatione voc. χαρις, cum quo jungi ſolet, vnice deducta videtur. Χαρις -- πληθυνθειη, ex anacolutho, in ſalutando ſolenni, jungendum cum Πετρος αποστολος v. 1. ita vt Πετρος απ. — εκλεκτοις -- χαρις ὑμιν πληθ. poſitum ſit pro: Πετρος τοις εκλεκτοις χαριν ſc. ευχεται, vel magis graece ſimpliciter χαριν, vel χαιρειν. vid ad Jac. 1, 1. Petrus ap. *vobis felicitatem in dies creſcentem apprecatur.* cf. cum hac ſalutandi formula 2 Petr. 1, 2. Jud. 2. 1 Cor. 1, 3. Num. 6, 24. 25. 26. *Midraſh Scheni* Hieroſ. 5. *Gamaliel et ſeniores — fratribus noſtris, filiis Galilaeae ſuperioris, filii Galilaeae inferioris pax veſtra* multiplicetur, *omni captivitati Iſraëlis pax veſtra* multiplicetur. *Notum vobis facimus* &c. *Sanhedrin.* f. 11, 2. *Scribit fratribus, filiis meridiei: pax veſtra* multiplicetur.

3 — 12. I. Salutatione ſolenni praemiſſa, Petrus, pro fine ſibi propoſito, Chriſtianos in retinenda atque profitenda religione chr. confirmandi, *in ſenſum felicitatis, homini vere Chriſtiano olim futurae, eos vocare ſtudet.* Jam vero cum animus apoſtoli pietate, benignitatisque divinae ſenſu plenus eſſet, in *gratias* pro hac ipſa felicitate *Deo agendas* erumpit. Θεος και πατηρ I. X. *Deus, qui idem eſt pater J. C.* Recte ſic apoſtoli, ex ipſo J. C. loquendi more, qui, ſi bene memini, ad indicandum arctiſſimum illud, quo cum Deo conjunctus erat, vinculum, eum *ſemper* πατερα, vel πατερα ἑαυτου vocare ſolet. Κυριος, אדני, dum in terris adhuc Chriſtus vivebat, nonniſi *doctoris* ſ. *magiſtri* ſignificatione, poſtquam vero in coelum redierat, vbi tanquam rex lateri patris aſſidere, olimque judicis dignitate, ad judicium de hominibus habendum redituras putabatur, illuſtriori ſenſu accipiendum eſſe, dubio caret.

Ευλο-

Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεν-

νήσας

Ευλογητος — Χρισ, vero est doxologia solennis, quae ex hebr. ברוך יהוה in graecum sermonem translata, cum in principio, tum in fine alicujus rei tractandae, a N. T. scriptoribus adhiberi solet. Verterim: *Deus nobis pie colendus esto* i. q. χαριν δει ἡμας εχειν τῳ Θεῳ. Plura relege exc. 1. Ελεος i. q. χαρις, *benevolentia*; vtrumque enim vocabulum invicem jungi, 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. 2 Joh. 3 et a LXX ad exprimendum hebr. חן et חסד adhiberi solet. Loca innumera *Trommius* collegit. vid. nos ad Jac. 2, 13. Πολυ ελεος, ex hebr. רב חסד, pro ελεος μεγα. Sic πολυς Matth. 2, 18. 5, 12. 9, 37. 13, 5. Luc. 10, 4. Rom. 9, 22. Κατα το πολυ αυτυ ελεος, igitur כרוב חסדו i. q. πλουσιος ων εν ελεει, Eph. 2, 4. i. e. λιαν ελεων, *propter magnam ejus benignitatem*, — *pro summo erga nos favore*; alias βουληθεις, θελων, ευδοκιαν, κατα την ευδοκιαν τυ θεληματος αυτυ. Eph. 1, 3 — 5. ὑπερ της ευδοκιας αυτυ. Eph. 1, 5. 9. Phil. 2, 13. Αναγεννᾶν, proprie *regenerare*, indeque *emendare*, quia, quae primum procreantur, nova atque integra prodire, et labe carere solent cf. v. 23. Sensus igitur est: *qui propter magnam ejus benevolentiam homines nos reddit quasi regeneratos*, i. e. *prorsus emendatos*, sc. *religionis chr. beneficio*. Eodem sensu αποκυειν Jac. 1, 18. et ανωθεν γεννασθαι Joh. 3, 3. similiterque Deus etiam populum Israëlitarum *genuisse* dicitur, cum eum nonnisi *populum liberum fecit*. Deuter. 32, 18. Jam sequuntur commoda ipsa ex religione chr. ad nos redundantia. *Primum* est: Ελπις i. e. *spes felicitatis olim futurae*. vid. v. 4. Ελπις ζωσα (vel ζωης, vid. var. lect.) dicitur vero ex hellenismo pro ε. ζωοποιουσα ἡμας, h. e. *spes animum exhilarans*, nos: *belebende Hoffnung*; vel pro ipse *vera*, *certa*, (vt opponatur ελπισι, quae, vt cum Aeliano v. h. 13, 29. loquar, nonnisi εγρηγοροτων ανθρωπων ονειροι esse, hominesque fallere solent,) ex hebr. חי, *vivus*, *vim exserens*, vi opposs. rerum mortuarum, quae vi atque effectu carent. Sic Hebraei Deum *verum* אל חי, aquam *fontanam* מים חיים, Joh. 4, 10. vinum *bonum* יין חי dicere solent, atque hoc sensu Jesus etiam semetipsum αρτον ζωντα, panem *verum*, *optimum* vocat, Joh. 6, 51. Petrusque λιθος ζωντας adhibet, infra. 2, 4. 5. Θυτιαν ζωσαν vero Rom. 12, 1. vix huc trahere ausim, quia ζωσα, oppositione contra victimas *trucidatas* facta, sensu proprio retinendum esse videtur. Εις ελπιδα ζωσαν, vero

νήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χρι-
4 στοῦ ἐκ νεκρῶν, εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαν-
τον

posítum est pro: ἵνα ἐχωμεν ἐλπίδα ζωσαν. Δι' ἀνάσασεως I. X. ε. ν. jungi solent cum ἀναγεννησας, ita vt resurrectio J. C. pro *causa emendationis nostrae* habeatur, 1 Petr. 3, 21. Malim vero jungi ἐλπιδα δι' ἀνασ. I. X. vt sit: *spes resurrectionis*, *futuraeque felicitatis nostrae*, *quae nititur resurrectione Christi.* Atque recte sic Petrus, nam cum Jesus resurrexerit, sicque vaticinium de resurrectione sua impleverit, quis et nos quondam in vitam revocari, Christumque et reliquis, nos olim reiuscitandi, atque beandi promissis stare posse, dubitare ausit, poteritve? Ceterum Petrus prae reliquis apostolis doctrinam de resurrectione J. C. ante omnia vrgere, et quavis data occasione ad eam, tanquam ad fundamentum totius religionis chr. felicitatisque nostrae, provocare, amat. cf. v. 21. 3, 21. Act. 1, 22. 2, 24. 31. et cum tota hujus loci sententia 1 Cor. 15, 14. 17.

4. *Alterum* commodum, quod religioni chr. acceptum referimus, est *illa ipsa felicitas*, *in vita post mortem futura*, *olim obtinenda*, *nisi forte* εις ελπιδα (v. 3.) εις κληρονομιαν (v. 4.) ita invicem jungere malueris, vt sit εις ελπιδα κληρονομιας, adeoque vtrumque comma ad commodum vnum revocetur. Praefero tamen comma 3. a com. 4. sejungi. Εις κληρονομιαν αφθαρτον &c. pro: ἵνα ἐχωμεν κληρ. vel ἵνα κληρονομωμεν ευδαιμονιαν ἄφθαρτον &c. Κληρονομιά vero proprie est: *occupatio alicujus rei*, sive hereditate fiat, sive sorte, sive quavis alia ratione, nec non etiam *res ipsa*, *quam occupavimus*. Hinc ex hebr. נחלה praecipue ad *occupationem Palaestinae*, *felicitatemque eam*, *quae in hac terra Israëlitae fruebantur*, indeque demum ad *omnem omnino felicitatem*, praecipue in regno Messiano olim obtinendam, transferri solet. Ps. 37, 18. Jes. 54, 17. Act. 20, 32. Eph. 1, 14. quo sensu et h. l. retinendum esse, videtur. Ἄφθαρτος, ἀμιαντος et ἀμαραντος h. n. mere sunt synonyma et ad exhauriendam *summae felicitatis* notionem accumulata. Ἄφθαρτος, dicitur, *quod corrumpi nequit*, 1 Cor. 9, 25. 15, 42. 52. hebr. לא תחתבל. Dan. 2, 44. Ἀμιαντος, *macula*, et metaph. omnino *labe carens*, adeoque *ex omni parte perfectus*, Hebr. 7, 26. Jac. 1, 27. Ἀμαραντος vel ἀμαραντινος (5, 4.) denique, quod forsan paronomasiae causa τῳ: ἀμιαντος jungitur, est *non marcescens*, proprieque de floribus dicitur; inde metaphorice *in aeternum duraturus*. Alludi

τον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ὑμᾶς,

τους

VARIAE LECTIONES.

4. ὑμας. A. C. 1. 2. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 21. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 40. 45. 46. 47. Lectionar. 1. 3. Editio *Complut.* *Eraſmi*, *Ald.* *Colinaei*, *Stephani* 1. 2. *Plantin.* *Bogardi*, *Genev.* *Bezae* 3. 4. 5. *Bengelii*, *E. Schmidii.* Verſ. *Vulg.* *Syr.* *Belg.* *Arab.* *Oecumenius* ed. *Hieronymus* c. Jovin. 1, 45. *Auguſtinus*, *Gildas*, probb. *Grotio*, *Millio*, *Wolfio*, *Wetſtenio*, *Griesbachio* al. Et, ſi argumentum internum audiendum eſt, v. 6. quoque eandem lectionem requirere videtur, vbi ap. Chriſtianos tertia perſona diferte alloquitur: εν ᾧ αγαλλιασθε. ἡμας vero tuentur *Curcellaeus.* et edd. pleraeque recentiores. Quam quidem lectionem inde natam eſſe putaverim, quod ap. v. 3. dixerat. αναγεννησας ἡμας.

di ceterum voc. αμαραντος ad coronas ex floribus confectas, easque victoribus aſſignari ſolitas, cum quibus felicitas, nobis olim futura, non minus, ac vita noſtra cum certamine, comparari ſolet, non prorſus negaverim; quanquam et nulla hujus imaginis ratione habita, haec loquendi formula perſpicua eſt; at vero, quae veterum quorumdam interpretum ſententia eſt, ad *florem amaranthum*, nitorem atque gratiam diu ſervantem, et in coronis, Diis praecipue deſtinatis, adhiberi ſolitum, (*Plin.* 21, 25. *Athenaeus* 15, 11.) hic reſpici, oppoſitione facta contra coronas ex floribus cito marceſcentibus confectas, hoc quidem nexu longius repetitum et vix ferendum videtur. Ουρανοι, formam pluralem ad opinionem Judaeorum de pluribus, maxime *tribus*, (2 Cor. 12, 2.) et *ſeptem* coelis ſpectare, ex locorum, a *Wetſtenio* ad 2 Cor. 12, 2. allatorum multitudine apparet, ex qua *S. V. Koppius* ad Eph. 4, 11. omnium maxime inſignem transcripſit, ad quem relegendum ablegatum hic volumus lectorem. Jam vero cum ex ſeptem his coelis aliud pro ſede ſummi numinis, aliud vero pro domicilio angelorum atque piorum, aeterna ſalute olim beandorum, haberetur, factum eſt, vt ερανος et ερανοι *omnino* vtroque hoc ſenſu, et h. l. potiſſimum *poſteriori* adhiberentur. Εις ὑμας, בכם pro ὑμιν. Sic etiam *Arabs* et *Syrus*: *quae praeparata eſt vobis.* Κληρονομια τετηρ. εις ὑμ. eſt loquendi ratio a patre familias repetita: vti ille *pecuniam*

5 τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως, εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ.

ad liberos ſuſtentandos *reponit*, ſic etiam Deus *opes coeleſtes* nobis *aſſervare atque reponere* fingitur. Ab imagine vbi receſſeris, ſenſus remanet hic: *felicitas*, *quam Deus vobis quondam impertietur*. Eodem ſenſu ἀποκεισθαι Col. 1, 5. 2 Tim. 4, 8. Simili modo τηρειν de *poena* adhibetur, 2 Petr. 2, 17. Loca ſimilia e ſcriptoribus Jud. *Schötgenius* in hor. hebr. p. 1036. collegit.

5. Addita *fidei conditione*, ſub qua ſalutem iſtam aeternam ſperare poſſimus, in deſcribenda felicitate vitae futurae apoſtolus pergit. Τες φρερεμενες δια πισεως, reſolve per: εαν ὑμεις φρερησθε δια πισεως. In φρερεισθαι, *aſſervari*, vero h. l. tantum notio *perſeverantiae* in aliqua re per longum tempus, tuenda, teneri debet; et incidiſſe videtur apoſtolus in hanc loquendi formulam e verbo praeced. τηρειν: „felicitas vobis *aſſervatur*, ſi vos pro felicitate per fidem obtinenda *aſſervamini*.“ A luſu idearum, quem vocare auſim, ſi receſſeris, ſenſus eſt hic: *ſi conſtantia atque perſeverantia veſtra in profitenda atque retinenda religione chr. vos felicitate illa haud indignos reddideritis*. cf. Gal. 3, 23. Εν δυναμει τ Θε, pro δια της δυναμεως τ Θε, i. q. alias dici ſolet: δια τ πνευματος ἁγιο. Πιστιν de *obſequio erga vniverſam doctrinam J. C. omnino* intellexerim, quanquam non multum repugnaverim, ſi de *firma animi perſuaſione*, *omnem felicitatem*, *olim exſpectandam*, *tantum Dei favore*, *per Jeſum parto*, *nobis contingere poſſe*, intelligi malueris. De vtraque πιστεως ſignificatione relege *S. V. Koppii* exc. 6. in ep. ad Gal. Σωτηρια, *felicitas in regno Meſſiano olim obtinenda*, de qua σωτηρια, σωζειν &c. vocabula ſunt N. T. ſcriptoribus propria. Εις σωτηριαν, pro: εις το συμβαινειν ὑμιν την σωτηριαν. Ἑτοιμην αποκαλυφθηναι, i. e. ἥτις ἑτοιμη εστιν, ὡστε αποκαλ. Vocab. ἑτοιμη vero nonniſi *certitudinis* notionem inferre videtur, vt ſenſus ſit hic: *quae certiſſime apparebit*, ἥτις αληθως αποκαλυφθησεται. Αποκαλυπτειν vero, גלה, et αποκαλυψις v. 7. tum de *apparitionibus divinis*, Luc. 17, 30. Gal. 1, 16. tum de *rebus iis*, *quae nonniſi ſingulari Dei interventu hominibus innoteſcere poſſe putabantur*, inprimisque hoc ſenſu de σωτηρια *nobis olim futura*, adhiberi ſolent. cf. Matth. 11, 25. 27. Eph. 3, 5. ſaepiſſime alibi. Καιρος εσχατος, nec non

εσχα-

τῳ. ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε, ὀλίγον ἄρτι, (εἰ δέον ἐστὶ,) λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς, ἵνα

VARIAE LECTIONES.

6. αγαλλιασεσθε cod. quendam (ſed ſine dubio ex interpretamento,) habere *Wolfius* annotavit, quem tamen cod. ap. *Wetſt. Beng. Mill. Griesb.* fruſtra quaeſivimus.

Ibid. λυπηθεντας 6. 9. 14. a pr. m. 15. 16. 18. 22. 25. 33. 36. 38. 46. 51. Lectionar. 3. Haud dubie ex praevio φερομενος.

εσχατοι χρονοι, אחרית הימים (Num. 24, 14.) v. 20. εσχαται ἡμεραι, Act. 2, 17. 2 Tim. 3, 1. Hebr. 1, 2. Jac. 5, 3. εσχατος χρονος, Jud. 18. πληρωμα τω χρονω, Gal. 4, 4. πληρωμα των καιρων, Eph. 1, 10. מלאת הימים (LXX. πληρωσις των ἡμερων, Ez. 5, 2. Dan. 10, 3.) ex perpetuo vſu loquendi N. T. tum de *tempore Chriſti atque apoſtolorum*, tum de *regno Chriſti ſolenni*, dum denique de *fine rerum omnium*, adhiberi ſolent, quia haec omnia ex opinione tam Judaeorum, quam Chriſtianorum arctiſſime invicem conjuncta erant. Hoc loco potiſſimum, ſuadente nexus ratione, ſenſu poſteriori acceperim, vt i. ſit q ἡ εσχατη ἡμερα. Joh. 6, 39. 11, 24. vid. *S. V. Koppii* exc. 1. et 2. ad epp. ad Theſſal.

6—8. Iam Petrus, hac ipſa futurae felicitatis ſpe, vna cum calamitatum ad nos emendandos vi ſaluberrima, Chriſtianis propoſita, eosdem ad calamitates, religionis cauſa conſtanter ſuſtinendas, excitare conatur. Εν ᾧ, ex perpetua apoſtoli conſuetudine, adhibito pronomine relativo periodos periodis jungendi, pro εν τουτῳ δε ſc. καιρῳ εσχατῳ, vel, ſi malueris, cum *Grotio*, *Wolfio*, aliis, χρηματι, (vid. *Bos* ell. gr.) ita vt ad comma antecedens *omnino*, et praecipue ad vitae beatioris exſpectationem referatur, 2 Cor. 4, 17. Praefero prius. Αγαλλιασθε, pro futuro αγαλλιασεσθε, *felices eritis*, accipiendum eſſe, ſi εν ᾧ ad καιρ. εσχ. referatur, *Oecumenius* jam vidit. Sic etiam *Vulg.* et *Syrus*, qui, addit: *in perpetuum*. cf. infra v. 8. et Matth. 5, 12. Αρτι, pro νυν, εν τῳ νυν αιωνι, ſaepius in N. T. occurrit. Joh. 9, 19. 25. 13, 7. 1 Cor. 4, 11. alibi. Ολιγον, ſc. χρονου μερος, id quod vel ad vitae partem, vel ad totam vitam humanam omnino referri poteſt, quae et ipſa, etiamſi ad ſenilem aetatem decurrere con-

7 ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως ~ πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκι-

~ πολυτιμοτερον.

VARIAE LECTIONES.

ℵ. δοκιμον. 23. 56. Ex interpretam. *Ibidem.* πολυτιμοτερον A. C. 23. 25. 37. 39. 40. 45. 56. Verſ. *Syr.* prob, *Griesbachio*, non reprob. *Bengelio.* In ea tamen codicum multitudine, qui vulgarem lectionem πολυ τιμιωτερον, tuentur, ſigno ~ lectionem πολυτιμοτερον lectioni textus aequalem, deciſionemque Lectori relinquendam eſſe, indicatum volumus.

contigerit, cum aeternitate comparatione facta, tanquam momentanea apparet. Εἰ δεον ἐστι, vncis includendum, pro εἰ δει, Act. 19, 36 i. e. *non temere, ſed ſi ſalva virtute, et in fide tuenda conſtantia, calamitates evitari nequeunt.* Λυπηθεντες, reſolve per καιπερ λυπηθ. Εν π. pro δια π. π. Ποικιλοι πειρασμοι, vero ſunt *omnis generis calamitates religionis cauſa ſuſtinendae.* vid. ad Iac. 1, 2 et exc. 2. ad eandem ep.

7. Ἱνα, eſt εκβατικον, *quo fit, die Folge dieſer Leiden wird ſeyn, daſs &c* Πιστις, h. n. *obſequium erga religionem chr. omnino* vid. ad v. 5. Το δοκιμιον, proprie *id, quo quid exploratur*, Heſ. κριτηριον, h. n. vero pro *ſtatu explorato* adhiberi videtur, ita vt το δοκιμιον της πιστεως i. ſit q. το δοκιμον τ. π. (vid. var. lect.) vel πιστις δοκιμη, *fides* (calamitatibus ſuſtinendis) *explorata.* vid. nos ad Iac. 1, 3. Ὑμων της πιστεως, inverſio ſolennis, pro της πιστεως ὑμων. Iac. l. c. Πολὺ τιμιωτερον, vel πολυτιμοτερον, (vid. var. lect.) jungendum cum ἑυρεθῃ, נמצא, pro εἰη. Nos eodem modo: *damit euer Glaube erprobter, ächter befunden werde*, pro *ächter ſey* Χρυσιου, *Grotius* et *Wolfius* pro τυ δοκιμιυ τυ χρυσιυ accipiunt, nulla tamen, ſi quid video, neceſſitate vrgente, cum paullo poſt δοκιμαζομενυ expreſſe addatur, dummodo χρυσιυ - δοκιμαζ. junctim accipiantur pro: χρυσιυ, καιπερ δοκιμαζομενυ, ὁμως δε απολλυμενυ, *vt conſtantia veſtra pretioſior ſit auro perituro, quamvis igne probato.* Recte igitur το δοκιμιον της πιστεως, cujus fructus aeterne duraturi ſunt, τιμιωτερον τυ χρυσιυ vocatur. Απολλυμενος, i. q. φθαρτος, v. 18 *id quod periturum eſt*, et χρυσος απολλ. *aurum, quod vſu deteritur atque conſumitur*, vel, ſi malueris, cum *Wetſtenio: aurum, quod perit, a furibus ablatum, vel certe morte domini.* Eadem enallage temporis

δοκιμαζομένου, ευρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν, ἐν

poris hoc ipsum verbum *Philo*, observante *Loesnero*, vsurpavit, de Profug. p. 454. B. ουκ οιδας, ὁτι ναυν ιδιωτης μεν παραλαβων σωζεσθαι δυναμενην, ανατρεπει· κυβερνητικος δε ανηρ και την ΑΠΩΛΥΜΕΝΗΝ πολλακις εσωσε; cf. 2 Cor. 4, 3. Quare non opus est emendatione *D'Orvillii* ad *Charitonem* p. 705. posita, ex qua legi mavult απολελαμενε, quo aurum *lotum* indicaretur, non dissentiente *Syro* interprete, qui habet *depuratum*. Δοκιμαζειν, est vocabulum proprium, de *auri indole igne exploranda* vid. ad Iac. 1, 3. Δια πυρος, nam *auri experimentum ignis est*. *Plin.* h. n. 33, 19. cf. *Ovid.* Fast. 4, 783. Δοκιμαζομενον δια πυρος, alias vno verbo πεπυρωμενον dicitur. Vtrumque verbum invicem jungit *Philo* 1 Alleg. p. 54. D. ἡ φρονησις ἡν εικασε χρυσιῳ αδολῳ και καθαρᾳ, και ΠΕΠΥΡΩΜΕΝΗι, και ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΜΕΝΗι, και ΤΙΜΙΑι φυσει, εκει μεν εστιν εν τῃ τυ Θευ σοφια. Ceterum solenne est scriptoribus antiquis, virtutis tentationes cum auri probatione comparare, (*Isocrat.* ad Demonicum: το μεν χρυσιον εν τῳ πυρι δοκιμαζομεν, τυς δε φιλυς εν ταις ατυχιαις διαγινωσκομεν. *Cic.* ep. fam. 9, 16. *Non facile dijudicetur amor verus et fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: caetera sunt signa communia.* *Seneca* de provid. 5. *ignis aurum probat, miseria fortes viros.* *Ovid.* Trist. 1, 4. 25.

Scilicet vt fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est conspicienda fides.

Plura dabit *Wetstenius* in h. l.) auroque, omnium longe praestantissimo metallo, pretiosius dicere id, cujus *summum valorem* exprimere volunt. (*Philo* de sacrif. Ab. et Cain. p. 144. B. ὁ ΤΙΜΙΩΤΕΡΟΣ ΧΡΥΣΙΟΥ λογος. *Plato* Rep. 1. δικαιοσυνην δε ζητυντας πραγμα πολλῳ χρυσιῳ τιμιωτερον.) Επαινος, τιμη, δοξα, ex hebr. הדר, כבוד, תפארת, h. n. ne tantillum quidem differunt, sed ad felicitatis notionem exhauriendam accumulata sunt. Εις επαινον etc. vero jungenda cum ευρεθῃ, (sic etiam *Polyb.* p. 231. πολλα μεν αν ΕΥΡΟΙ τις ΕΙΣ τυτο.) vt positum sit pro: και τυτο το δοκιμιον της πιστεως εσεται vel αποβησεται ὑμιν εις επαινον etc. i. e. ἱνα ληψητε, εις ανταποδοσιν τυ δοκιμιυ της πιστεως ὑμιων, επαινον, etc. Αποκαλυψις I. X. hic et 1 Cor. 1, 7. i. e. q. παρουσια τυ Χριστυ, sc. εν τῃ εσχατῃ ἡμερᾳ, Matth. 25, 34. 2 Tim. 4, 1. (vid. ad Iac. 5, 7.) φανερωσις,

8 ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὃν οὐκ εἰδότες ἀγαπατε, εἰς ὃν, ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, ἀγαλλ ᾶσθε χαρᾷ ἀνεκ-

VARIAE LECTIONES.

8. ιδοντες C. 7. 27. 29, Lectionar. 1. Ed. *Bezae* 3. 4. 5. Verſ. *Vulg. Syr. AEthiop. Arab. Anglic.* (niſi forte hae omnes, difficultatis, quam in ειδοτες latere putabant, evitandae cauſa, ſic reddidiſſe ſtatuendum fuerit.) *Polycarpus, Irenaeus* 4, 9. 5, 7. prob. *Millio* prol. 1487.

Ibidem. Poſt ὁρωντες adhuc addunt πιστευετε, Verſ. *Vulg. Irenaeus* 5. 7. prob, *Millio.* Sed ſine dubio ex interpretam. vt ὁρωντες non minus quam πιστευοντες δε a verbo finito excipiatur.

Col. 3, 4. 1 Petr. 5, 4. et επιφανεια, 1 Tim. 6, 14. 2 Tim. 4, 1 *adventus Chriſti ad judicium extremum de hominibus habendum.* Εν αποκαλ. I. X. pro εαν αποκαλυφθησεται I. X. vid. ad v. 5.

8. 9. E diverticulo in viam redit apoſtolus, a qua inde a v. 4. paullulum digreſſus erat, nominisque J. C. in fine v. 7. mentionem faciens, jam ad deſcribendam felicitatem in ſeculo futuro, ſub ſola fidei in J. C. conditione obtinendam, revertitur. Ὃν, ſc. I. X. Ουκ ειδοτες, ſenſu h. l. non differt a μη ὁρωντες, *quamvis eum oculis non videritis*, (praeſentia enim pro praeteritis h. n. accipienda ſunt,) ſpectatque vtraque formula eo, quod Chriſtianis, in iſtis regionibus, Jeſum de facie cognoſcendi opportunitas, nunquam obtigit. *Xenoph.* Cyrop. p. 2. vtrumque vocabulum eodem ſenſu jungit, (Κυρῳ γαν ισμεν εθελησαντας πειθεσθαι τας μεν, απεχοντας παμπολλων ἡμερων ὁδον, τας δε, και μηνων, τας δε, ȣδ' ἘΩΡΑΚΟΤΑΣ πωποτε αυτον, τας δε, και ευ ειδοτας ὁτι ȣδ' αν ΙΔΟΙΕΝ.) quare non opus eſt, ιδοντες pro ειδοτες arripere. (vid. var. lect.) Αγαπᾶν Χριστον, apte ad hebr. אהב יהוה (vid. ad Jac. 1, 12.) pro *colere*, *venerari Chriſtum omnino*, ſiquidem ex *amore* omnis cultus divinus oriri debet. Πιστευειν εις Χριστον, h. n. ſenſu latiſſimo acceperim: *Chriſtum pro vero Meſſia habere, doctrinae ejus debitum obſequium praeſtare, omnemque felicitatem noſtram a ſola benignitate divina, per Chriſtum nobis parta, exſpectare.* vid. *S. V. Koppii* exc. 6. in ep. ad Gal. ſupra jam laudatum. Ὃν — πιστ. vero ſic reſolverim: εαν δε τȣτον τον Χριστον, και-

ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ, κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς 9

πί-

καιπερ μη ειδοτες αυτον, ὁμως αγαπᾶτε, και εαν εις αὐτον, καιπερ αρτι μη ὁρωντες αυτον, ὁμως πιστευητε, αγαλλιασθε &c. Similiter Marc. 15, 9. θελετε pro εαν θελητε, et sic et nos conjunctionem interdum omittimus: *liebt ihr diesen*, pro: *wenn ihr diesen liebt*. Αγαλλιασθε, a quo jam incipit apodosis, plane eodem sensu accipiendum est, ac v. 6. Ανεκλαλητος, i. q. αλαλητος, Rom. 8, 26. αρρητος, 1 Cor. 12, 4. et ανεκδιηγητος, 2 Cor. 9, 15. Χαρα ανεκλαλητος vero, *felicitas*, *quae*, *cum omnem nostram exspectationem superet*, *non voce exprimi*, *sed imo pectore tantum sentiri potest*; verbo, *felicitas summa*. Χαρα δεδοξασμενη, (נאדרי Exod. 15, 6.) pro χαρα ενδοξος, s. δοξαστη, *felicitas splendida*. Epitheton δεδοξ. a δοξα, כבוד, quo quidem nomine felicitas in regno Messiano olim obtinenda insignis est, repetitum videtur. cf. infra v. 11. Rom. 8, 18. 1 Thess. 2, 12. Αγαλλιασθαι χαρᾳ (i. e. συν, vel εν χαρᾳ,) est hebraismus pro *valde*, *magnopere gaudere*, similis illis χαριτεν εν χαριτι, Eph. 1, 6. αγαπῃ αγαπαν, Eph. 2, 4. formulisque hebraicis: מוֹת, חָנַן חֵן, שְׁלֹל שָׁלַל, מוּת, aliisque. Sensum igitur sic expresserim: *valde gaudebitis de futurae felicitatis magnitudine atque splendore*.

9. Κομιζεσθαι, in medio de *mercede reportanda* adhiberi solet a scriptoribus tam sacris, (veluti a Petro ipso 5, 4 et 2 ep. 2, 13. praetereaque 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. Col. 3, 25. Hebr. 10, 36. 11, 39.) quam externis: *Arrian.* exp. Al. l. 5. c. 27. p. 231. τα ΑΘΛΑ των πονων ΚΕΚΟΜΙΣΜΕΝΟΙ. *Jos.* a. i. l. 1. c. 18. ὃς (ΜΙΣΘΟΥΣ) αξιον εστιν επι τοιαυταις ευπραγιαις ΚΟΜΙΖΕΣΘΑΙ. Quapropter τελος της πιστεως h. n. non tam cum *Wolfio*, aliisque, per *scopum fidei*, (i. e. *id*, *quod fide vestra assequi conamini*,) quam per *mercedem fidei* reddiderim, quia merces in *fine operis* dari solet; quanquam neutra significatio neutram excludit. *Mercedis* sensu τελος habes apud *Pindarum* Ol. 1. v. 81. 82.

Δορυκλος δε ΤΕΛΟΣ
Πυγμας φερε, Τιρυνθα ναιων
πολιν.

cf. infra 4, 7. 17. Hebr. 6, 8. Hebraei eodem sensu אחרית Jer. 29, 11. Prov. 23, 18. et עקב, Ps. 19, 11. vbi LXX recte per ανταποδοσιν vertunt. Σωτηρια, eodem sensu vt v. 5. Singularem vero istam omnique argumentorum probabilitate destitutam veteris cujusdam interpretis rationem, qua σωτηρια pro abstracto σωτηρ accipitur, abunde refutatam vide a *Wolfio*. Σωτηριαν ψυχων, pro: τουτ' εστι

τῆς

10 πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάρι-

την σωτηριαν των ψυχων ὑμων. Ψυχων vero addit apoſtolus, quia felicitas olim obtinenda, de qua hic ſermo eſt, praecipue ad *animum* pertinet. vid. ad Jac. 1, 20. 25. Sic etiam Syrus: *animi veſtri ſalutem;* nam vt σωτηρια ψυχων ex hebraiſmo ſimpliciter pro σωτηρια ὑμων accipi poſſit, ὑμων in textu exprimi debuiſſet.

10 — 12. Ad eo majorem vero animis Chriſtianorum hujus felicitatis ſenſum atque exiſtimationem injiciendam, apoſtolus jam addit ſententiam hanc: *ipſi prophetae ſummo olim deſiderio tenebantur cognoſcendae hujus felicitatis, explorandique temporis iſtius, ad quod vaticinia, a ſe, praecipue de Chriſto, enuntiata, ſpectarent, ſed non contigit iis, adeo eſſe felicibus, vt nobis, qui vobis horum vaticiniorum, eventu confirmatorum, novaeque religionis nuntii ſumus, qua angeli adeo delectantur.* Περὶ ἧς σωτηριας, pro περὶ ταυτης της σωτηριας. Ἐκζητειν et ἐξερευναν v. 11. ſunt mere ſynonyma, omnique prorſus emphaſi carent, quam nonnulli iis temere tribuunt, ſiquidem ſignificant ſimpliciter *penitius inquirere in aliquid*, vel omnino *in aliqua re conſideranda vel inquirenda verſari.* Eodem ſenſu *Homerus* διερεσθαι et μεταλλαν invicem jungit. vid. locorum ſimilium multitudinem a *Loeſnero* e *Philone* ad h. l. congeſtorum, qui, vt vnum locum e pluribus eligam, de migrat. Abr. p. 416. E. ακριβειν, ἐξεταζειν et ερευναν eodem nexu atque ſignificatu adhibet. Προφητης, נביא, omnino eum deſignat, *qui ſingulari quadam ratione cum Deo conjunctus eſſe, afflatuque divino gaudere putabatur*, inprimis vero eum, *qui futura praedicebat* (alias Hebraeis ראה dictus 1 Sam. 9, 9. *Seher. Weiſſager. Vorherverkündiger.*) quia hoc non ſine ſingulari afflatu divino fieri poſſe credebatur. cf. Matth. 5, 12. 17. 11, 13. 12, 17. Rom. 1, 21. Hebr. 1, 1. coll. 2 Petr. 1, 20. vbi προφητεια, et Matth. 11, 13. 15, 7. 26, 68. Joh. 11, 51. Act. 28, 9. vbi προφητευειν eodem *rerum futurarum praedicendarum* ſenſu occurrit. Sicque et h. l. voc. προφηται acceperim, quia vaticinia ab ipſis edita ſtatim adduntur. De reliquis huius voc. ſignificationibus vid. *Ven. Koppii*, praeceptoris, pia mente aeternum colendi, egregium exc. 3. in ep. ad Eph. Χαρις, pro *beneficio ipſo*, (vid. ad v. 2.) et quidem h. n. pro σωτηρια

v. 9.

χάριτος προφητεύσαντες, ἐρευνῶντες, εἰς τίνα ἢ ποῖον 11
καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προμαρ-
τυρό-

VARIAE LECTIONES.

11. ερευνησαντες, 3. fine dubio ex praevio εξεζητησαν και εξηρευνησαν v. 10. oriundum.

v. 9. Εις ὑμας, עליכם, בכם, pro ὑμιν, לכם, ſc. αποβησομενη, μελλησα αποκαλυφθηναι, vel αποκαλυφθησομενη. Rom. 8, 18. *vobis eventura.*

11. Ερευνωντες, pro ερευνησαντες, quod etiam cod. quidam habet. (vid. var. lect.) Τις και ποιος. Illud cum *Grotio*, *Wolfio*, aliis, reddi ſolet: *qua annorum hebdomade?* hoc: *quanam rerum Judaicarum conditione, vtrum populo libero, an ſerviente?* Vereor autem, ne hoc a ſtili epiſtolaris, ſermonisque quotidiani popularitate, qua vtrumque vocabulum ſine vlla emphaſi jungi ſolet, prorſus alienum videri poſſit. cf. Marc. 4, 30. ΤΙΝΙ ὁμοιωσωμεν την βασιλειαν τȣ Θεȣ; η εν ΠΟΙΑι παραβολη παραβαλωμεν αυτην; Act. 7, 49. ΠΟΙΟΝ οικον οικοδομησετε μοι, λεγει Κυριος; η ΤΙΣ τοπος καταπαυσεως μȣ; nec minus apud externos, v. c. *Herodian.* 3, 12. p. 161. και ΤΙΝΑ ελεγχον μειζονα βελεσθε, η ΠΟΙΑΝ αποδειξιν φανερωτεραν; *Ariſtides* circa finem τȣ Πρεσβευτικȣ ΤΙΝΑΣ λογȣς ερωμεν απελθοντες; η ΠΟΙΑΣ αποκρισεις αποκρινωμεθα; et κατα των εξορχωμενων p. 90. νυν δε ΠΟΙΟΥΣ και ΤΙΝΑΣ μαλιστα ὁρωντες χαιρομεν και επληττομεθα, Quis, quaeſo, in omnibus hiſce locis vtrumque vocabulum invicem diſtinguere poſſit, auſitve? Quare etiam h. l. τις και ποιος pro ſynonymis haberi malim, eodem modo ſine emphaſi invicem jungi ſolitis, ac πως η τι Matth. 10, 19. Luc. 12, 11. vel, ſermone vernaculo, *ich weiſs nicht wie oder wann, wo aus und wo ein*, &c.; ita vt τις non minus quam ποιος tam ad *temporis ſpatium adventus I. C.* quam ad *ſtatum populi ſub adventum ejus*, vel, quod praetulerim, tantum, ad prius, referendum ſit. Ad Dan. 9, 22. 23. vero hic reſpici, omnes fere interpretes cum *Grotio* animadverterunt. Δηλȣν εις τι, noſtrum: *auf etwas hindeuten.* Το εν αυτοις, ſc. ον. Πνευμα Χριστȣ, vel poſitum eſt pro πνευμα απο τȣ Χριστȣ δοθεν αυτοις, *ſpiritus ſ. a Chriſto*, (antequam homo naſceretur jam) *iis conceſſus*, (*Barnabas* fin. epiſto-

τυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας.

epiſtolae: *prophetae ab ipſo habentes donum, in illum prophetaverunt.*) vel περὶ τȣ Χριστȣ λαλον αυτοις, *ſpiritus ſ. qui fata Chriſto olim futura iis praedicenda ſuggerebat.* Praefero prius, Προμαρτυρομενον, reſolverim per: ὁταν το πνευμα προμαρτυρει, ſc. δια τȣ σωματος αυτων, vel δι αυτων. προμαρτυρειν ceterum ſenſu non differt a προφητευειν. Τα παθηματα εις Χριστον, ſc. αποβησομενα, ελευσομενα, pro τα παθηματα τȣ Χριστȣ. Act. 5, 1. (vid. ad εις ὑμας v. 10.) formula enim eſt elliptica, vt latina illa: *quod ad me* ſc. *attinet.* Pertinet vero huc graviſſimum illud Jeſaiae effatum, C. 53. cf. Luc. 24, 25. 26. Act. 26, 23. Και μετα ταυτα (εσομενας, ſ. ελευσομενας) δοξας, ad reſurrectionem Chriſti, aſcenſum in coelum, miſſionem ſpiritus ſ. gentiumque vocationem ab interpretibus referri video, niſi forte δοξα, ſ. δοξαι, (nam forma pluralis tantum ad ſententiae vim augendam interdum adhibetur, vel ex numero plurali verbi παθηματα orta eſt,) ex hebr. כבוד de βασιλειᾳ ενδοξῳ, ſ. βασιλειᾳ των ȣρανων, vel τȣ Θεȣ, ad quam inſtituendam Chriſtus poſt mortem in cruce perpeſſam, aſcenſumque in coelum, mox rediturus putabatur, intelligere malueris. (vid. ad δεδοξ. v. 8.) His jam ita ex linguae rationibus, ni fallor, explicatis, vix opus videtur explicatione ea, in quam alias inclinabam. Putabam equidem τα εις Χριστον παθηματα, (quae quidem conſtructio, pro τα παθ. τȣ Χρ. paulo durior mihi videbatur,) poni pro τα παθηματα τȣ λαȣ εως Χριστȣ, vel εως της παρȣσιας τȣ Χριστȣ, vt ſenſus prodeat hic: *ſpiritus ſ. calamitates illas, quibus populum Jud. vſque ad J. C. tempora affectum iri praevidit, felicitatemque calamitates illas Chriſto adveniente mox inſequuturam, per prophetas jam annuntiari curavit.* Sed judicent de hac qualicunque ratione intelligentiores. Ceterum omnia hic ita enuntiata comparent, ac ſi apoſtolus prophetas tantum pro inſtrumentis habuerit, per quae ſ. ſ. vaticinia eloquutus ſit, quorum ſenſum prophetae nec ipſi interdam perceperint. cf. Luc. 10, 25. *Joſ.* ant. 4, 6. 5. και ὁ μεν τοιαυτα επεθειαζεν, ȣκ ων εν ἑαυτῳ, τῳ δε θειῳ πνευματι προς αυτα κεκινημενος — περι των ὁλων λογιζη, και δοκεις εφ' ἡμιν ειναι τι περι των τοιȣτων σιγαν η λεγειν, ὁταν ἡμας το τȣ Θεȣ λαβῃ πνευμα; φωνας γαρ, ὰς βλεται τȣτο, και λογȣς ȣδεν ἡμων ειδοτων αφιησιν. Vid. praeterea loca, infra ad 2 Petr. 1, 21. transſcripta, ibique *Weſt.*

12.

δόξας. οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ~ ἡμῖν 12
δὲ διηκόνουν αὐτὰ, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν
εὐαγ-

~ ὑμιν.

VARIAE LECTIONES.

12. ὑμιν A. C. 1. 5. 6. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 21. 22. 27. 29. 31. 32. 35. 36. 37. 38. 40. 46. 47. 52. Lectionar. 1. Ed. *Complut. Plantin. Genev. Colinaei.* Verſ. *Vulg. Copt. Syr. poſt. AEthiop. Arab.* probb. *Millio*, prol. 1209. *Weſtenio*, P. *Junio*, *Griesbachio.*

12. Αποκαλυπτειν, vid. ſupra ad v. 5. et 7. Οἷς απεκαλυφθη, apte ad ἐρευνων MEN v. 11. reſolvendum per ΑΛΛ' απεκαλυφθη αυτοις, ſc. τα παθηματα ταυτα, και αἱ δοξαι. Ὅτι ουχ ἑαυτοις, pro ουχ ἑαυτοις δε, *non vero prophetarum cauſa*, ſ. *in prophetarum emolumentum.* Magis perſpicua ſine dubio fuiſſet conſtructio haec: αλλ' ουκ απεκαλυφθη ἑαυτοις. Pertinet huc illud *Targum* Eccleſ. 1, 8. *In omnibus rebus, quae praeparata ſunt, vt fiant in mundo, defatigati ſunt prophetae antiqui, et non potuerunt invenire fines eorum.* Ὑμιν δε, pro αλλ' ὑμιν μαλλον. Διηκονουν, ſc. οἱ προφηται. Αυτα, pro κατ' αυτα, ſuppl. παθηματα I. X. και δοξας, *miniſtraverunt vobis circa calamitates regnumque Chriſti*, ſc. *vobis annuntiandum.* Jam vero διακονειν et διακονια κατ' εξοχην de *quolibet negotio in commodum Chriſtianorum ſuſcepto* in N. T. adhiberi ſolent, Rom. 11, 13. 2 Cor. 4, 1. 5, 18. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 5. Act. 6, 4. διηκονουν αυτα igitur paulo generalius expreſſum eſt pro: αλλ' ὑμων ἑνεκα προυφητευσαν οἱ προφηται ταυτα τα παθηματα, και τας μετα ταυτα δοξας I. X. *ſed veſtra cauſa*, i. e. *ad veſtram de Chriſto Meſſia perſuaſionem, veſtramque felicitatem augendam, virtutisque ſtudium excitandum, haec a prophetis enuntiata ſunt.* Ἁ, ſc. παθηματα και δοξας I. X. Vtrumque vocabulum eodem ordine Lucas etiam jungit C. 24, v. 26. Αναγγελλειν, ex hebr. ספר, Jeſ. 52, 15. i. q. διδασκειν, κηρυσσειν. Act. 14, 27. 15, 4. 20, 20. 27. Rom. 15, 21. 1 Joh. 1, 5. Ευαγγελιζεσθαι vero, cum derivatis ευαγγελιστης et ευαγγελιον ex hebr. בָּשַׂר Jeſ. 52, 7. quem quidem locum Judaei unanimi conſenſu de Meſſia interpretabantur, deſumtum, et ita ad *inſtitutionem apoſtolorum* translatum eſt, vt ευαγγελιζεσθαι ſimpliciter pro διδασκειν, ευαγγελιον pro διδαχη, et

ευαγ-

εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ἀποσταλέντι
ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.
13 Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν,
νήφον-

εὐαγγέλισης, cui h. l. εὐαγγελισαμένος respondet, pro διδασκαλος ſ. αποστολος in N. T. adhibeatur. Ὑμας, ſaepius enim εὐαγγελιζεσθαι ſenſu activo cum accuſativo, loco dativi, jungitur. cf. Luc. 3, 18. Act. 8, 25. 40. 13, 32. 14, 15. 21. Gal. 1, 9. Εν πνευματι ἁγιῳ, ex hebr. ב iterum pro δια πνευματος αγ. vid. ſupra ad v. 2. Αποστελλειν, vox de ſpiritu ſ. cum hominibus *communicando*, adhiberi ſolita, αποσταλεντι igitur i. q. δοθεντι. Luc. 24, 49. Joh. 14, 26. 15, 26. 16, 7. Απ' ὀρανὸ, i. q. απο τὸ Θεὸ, τὸ εν ὀρανῳ. vid. ad Jac. 1, 17. Εις ἃ, reſolv. και εις ταυτα ſc. τα παθηματα και δοξας. Επιθυμουσιν (אבו Pſ. 119, 20. 40.) παρακυψαι, in optativum junxerim: παρακυπτοιεν αν, *quam quidem de regno Meſſiano doctrinam ipſi angeli ſedulo perſcrutari cupiunt.* vid. quae de voc. παρακυπτειν ad Jac. 1, 25. ſcripſimus, cf. loca ab *Elsnero* atque *Loesnero* ad h. l. allata. Minime vero cum *Grotio* hic ad *Cherubim* alludi putaverim, qui verſus ἱλαστηριον ſpectabant; ſed omnem ſententiam ex vulgari iſta opinione, angelos omnibus iis delectari, quae ad veram religionem propagandam ſpectabant, in iisque occupatos eſſe, deſumtam putaverim. Reputa tecum legislationem Sinaiticam, ab *angelis*, ex ſententia Judaeorum, comitatam, natales J. C. ab *angelis* annuntiatas, comparationemque inter *angelos* Chriſtumque in epiſtola ad Hebraeos inſtitutam. Hinc etiam apoſtolus, angelos perſcrutandis religionis chr. doctrinis delectari, ſibi finxiſſe videtur. Dignus eſt, qui transſcribatur locus *R. Salomo* ad Num. 33, 23. *Adhuc futurum eſt tempus, ſicuti tempus iſtud, quo manifeſtabitur amor, (quo Deus Iſraëlitas complectitur,) illi ſedebunt coram eo, legemque diſcent ex ore ejus, et eorum ſeptum eſt ante angelos miniſterii, ipſique angeli interrogabunt eos, quid agit Deus? S. D. et videbunt oculi tui doctorem tuum.* Jeſ. 30, 20.

13 — Cap. 2, 10. II. Praemiſſis his de dignitate atque felicitate hominis Chriſtiani, ex religione percipienda, olimque adhuc ſperanda, jam eosdem *hortatur, vt ejuſmodi ſalutari religione digni quoque vivant.* Διο, *quare*, ſc. *cum tantus vobis*

νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν,

ἐν

VARIAE LECTIONES.

13. Pro φερομενην P. Junius δεδομενην, W. Wall. φερθεμενην.

bis honor sit, vt perspicere possitis, quae ipsos prophetas olim latebat. Αναζωσαμενοι, sc. εστε, idque pro praesenti tempore, (quod νηφοντες requirit,) αναζωννυετε, succingite. Τας οσφυας, pro ἑαυτες, κατα τας οσφυας, vel potius: το ἱματιον, εν ταις οσφυσι. Atque hoc quidem moris erat inter veteres, quoties ad iter ingrediendum, sive ad aliud quodvis negotium peragendum, se parabant, Exod. 12, 11. Luc. 12, 35. Joh. 13, 4. ne vestibus laxioribus atque demissioribus, huc illuc diffluentibus, impedirentur; addito vero vocabulo της διανοιας, verbum αναζ. ab armatura, a qua ad exprimendum virtutis studium loquendi formulas repetere amant sacri scriptores, (locus maxime insignis est Eph. 6, 13. sqq.) ad *praeparationem animi ad aliquam rem omnino* transfertur, latetque in formula hac paulo concisiore, (similem relege Eph. 1, 18. οφθαλμοι της καρδιας,) comparatio haec: παρασκευαζετε την διανοιαν ὑμων προς αρετην, (vt cum *Isocrate* loquar,) ὡς αναζωσαμενοι ἑαυτες παρασκευαζωσι προς πολεμον, η προς αλλο τι πραγμα. Est sane et nostris auribus durissima imago, sed cum eadem sit orientalis, non est, quod eam contra adversariorum reprehensionem tueamur. Quippe iisdem paene verbis in *Bohaddini* vita *Salad.* p. 73. init. legitur: *Ascalone igitur, locisque Hierosolyma ambientibus, sub imperium redactis, cinxit lumbum studii sui ac contentionis in persequendo proposito.* Νηφοντες, iterum pro verbo finito: νηφετε, vel δει ὑμας νηφειν. Voc. νηφειν, *sobrium esse*, vero, opponitur *comessationibus nocturnis*, indeque *omnis generis intemperantiae atque libidinibus;* vnde, si a tropo recesseris, νηφειν est: *a vitiis omnino se continere.* cf. 2 Tim. 4, 5. 1 Thess. 5, 6. 8. infra 4, 7. et 5, 8. Τελειως, *vel* est εις τελος, hebr. לתכלית, Judith. 11, 5. cf. Matth. 10, 22. *vel*, quod praestare videtur, *perfecte*, i. e. hoc nexu *firmiter*, *sine vlla dubitatione.* Ελπισατε, pro praes. δει ὑμας ελπιζειν, vel ελπιζετε. ελπιζειν vero εις τι, plane refert nostrum: *auf etwas hoffen.* Επι την φερομενην χαριν, trajectio solennis pro: επι την χαριν, την φερομενην. Φερειν autem opponitur τω: κωμιζειν, quorum illud est *offerentis*, hoc

acci-

14 ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὡς τέκνα ὑπα-
κοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον, ἐν τῇ
15 ἀγνοίᾳ ὑμῶν, ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ κατὰ τὸν
καλέ-

accipientis. In voc. φερομεν vero ſupplendum eſt απο τυ Θευ, idque omnino ſibi vult. *quae* dabitur *vobis a Deo.* (vid. var. lect.) Χαρις, pro *beneficio ipſo*, et quidem h. n. pro *felicitate futura.* cf. cum loco n. *Hom.* Il. ι. 609.

Ατρειδῃ ἡρωϊ ΦΕΡΩΝ ΧΑΡΙΝ. vbi tamen φερειν χαριν i. e. q. *gratificari.* Εν αποκαλ. I. vid. ad v. 7.

14. Τεκνα ὑπακοης, בני משמע, eſt hebraiſmus, ex quo praecipue *filii* (τεκνον, υἱος,) praetereaque et *patris*, אב, atque *domini*, בעל, Gen. 14, 13. nomina ad quamvis *ſimilitudinem* atque *conjunctionem* exprimendam adhibentur. τεκνα ὑπακοης igitur ſunt ανθρωποι ὑπηκοοι, ſc. τῃ διδαχῃ τυ Θευ, idque omnio pro ανθρωποι αγαθοι, σεβομενοι, vel φοβυμενοι τον Θεον, *homines pii.* Similiter υἱοι vel τεκνα φωτος, υἱοι ἡμερας, בני אור, pro ανθρωποι φωτεινοι, φωτι χρωμενοι, 1 Theſſ. 5, 5. Eph. 5, 8. υἱος απωλειας, בן יד משת, pro ανθρωπος απολλυμενος, ἁμαρτωλος, Joh. 17, 12. 2 Theſſ 2, 3. Jeſ 57, 4. υἱοι απειθειας, בנים לא אמן בם, pro απειθεις Eph. 2, 2. Col. 3, 6. τεκνα οργης, בני אף, Eph. 2, 3. et τεκνα καταρας, 2 Petr. 2, 14. pro ארורים ſ. ανθρωποι οργης και καταρας αξιοι. porro בני חיל Jud. 18, 2. pro *viris fortibus*, בני חיי, pro *viris bonis*, בן מות, pro *morte digno*, בן הכות pro αξιῳ πληγων. Ὡς τεκνα ὑπακοης, pro ὡς πρεπει τεκνοις υ. vel ὡς δει τεκνα υ. Μη συσχηματιζομενοι, pro μη συσχηματιζεσθε. σοσχηματιζεσθαι τινι, vel προς τι (*Plut.* Numa. 73. E. συσχηματιζονται ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ. Liv. 14. *ipſi ſe homines* in *regis*, *velut vnici exempli*, mores *formant.*) vero eſt: *conformare ſe ad aliquid*, *ad formam alterius ſe componere.* Rom 12, 2. Ταις προτερον (ſc. ὑσαις ὑμιν,) επιθυμιαις, *priſtinae veſtrae vitioſitati.* vid. ad Jac. 1, 14. Εν τῃ αγνοιᾳ, additur ad explicandum voc. προτερον, et ponitur pro: ὡς ειχετε εν τῃ αγ. ὑμ. Αγνοια, vero h. n. eſt χρονος της αγνοιας, Act. 17, 30. *tempus ignorantiae*, i. e. *tempus*, *quo religionem chr. adhuc ignorabant.*

15. Sequitur enumeratio *argumentorum*, cur pie atque honeſte nobis vivendum ſit. *Primum* ab ipſo *ſanctitatis exemplo* quod Deus nobis exhibet, repetitum eſt. Καλεσας, dicitur *Deus*, *qui homines ad religionem*

καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν
πασῇ ἀναστροφῇ γενήθητε· διότι γέγραπται· 16
„Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.„ καὶ εἰ 17
πατέρα

VARIAE LECTIONES.

16. Pro γενεσθε habent γινεσθε 4. 21. 38. 39. 40. 51. Lectionar. 1. OEcumenius. εσεσθε vero AC. 13. 36. 37. Ed. *Ald. Colinaei.* Verf. *Vulg. Clemens* Strom. 3. extr. p. 562. *Optatus* 2. Non dixit: ſancti *eſtis*, ſed ſancti *eritis*, dixit: non raprob. *Bengelio.* Lectio ex verſ. ſeptuagintavirali oriunda videtur, quae ſic habet Lev. 11, 44. et 19, 2.

gionem chr., ſalutemque ex ea ad nos redundantem, apoſtolorum ope adduci curavit. vid. exc. 2. Ἅγιος, קדש, quoties de *Deo* vſurpatur, eſt: *in quem vllum vitium cadere nequit* adeoque *ſumma noſtra veneratione digniſſimus eſt;* de *hominibus* vero vbi adhibetur, valet: *qui vitiis caret, ſcelerisque purus eſt.* vid. nos ad v. 2. Κατα ἅγιον, ſc. Θεον, vero poſitum eſt pro: κατα το ὑποδειγμα τϑ Θεϑ, τϑ καλεντος ὑμας, και τϑ ἁγια οντος. (vid. *Raphelii* obſerv. ex *Xenoph.* in h. l.) Ἁγιοι, vid. paulo ante, *ſceleris puri.* Γενηθητε, ὀει ὑμας γινεσθαι, vel ειναι. Ἀναστροφῃ, pro βιος. vid. ad Jac. 3, 13. Πασῃ, ὁλῃ.

16. Ad augendam hujus cohortationis vim atque gravitatem, *effatum divinum* Lev. 11, 44. vel ex verſione LXX virali memoriter citatum, vel ad textum hebr. expreſſum, in quo Deus Iſraëlitas ad vitae honeſtatem atque innocentiam hortatur, *ad Chriſtianos a vitio revocandos transfertur.* Διοτι γεγραπται, eſt formula ſolennis, dicta V. T. allegandi, eademque, ni fallor, ex hebr. כתוב, quo quidem nomine libri V. T. appellari ſoliti erant, oriunda, ſimilisque illis: ἡ γραφη λεγει, ἡ γραφη ἠλεγσα, Marc. 15, 28. οχι ἡ γραφη ειπεν, Joh. 7, 42. reliquis, exc. 4. in ep. Jac. p. 207. a nobis enumeratis. Ἅγιοι, vid. ad comma praeced. Γενεσθε, vel εσεσθε, quod codd. aliquot habent, (vid. var. lect.) pro ὀει ὑμας ειναι. Ὁτι, ὀιοτι. Εγω, pro και εγω, ſ. καγω, ſc. ὁ Θεος, cujus hic effatum affertur. Senſus eſt: *conformate vos ad ſanctitatis atque innocentiae exemplum, quod ego vobis exhibeo.*

17. Sequitur *ſecundum argumentum*, quo ad virtutem impellimur, idque a *benignitate* atque *juſtitia divina* deſumtum.

πατέρα ἐπικαλεῖσθε, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ

Και, *porro*. Ει, pro διοτι, quo ſenſu ſaepius occurrit. Πατερα, reſolve per ὡς πατερα, i. e. *fiducia atque* παρρησια *ea, qua liberi patrem alloqui ſolent*. Επικαλεισθαι, vero, *precibus venerari*, vt pars quaedam praecipua cultus divini, pro λατρευειν, σεβεσθαι omnino ponitur. 1 Cor. 1,2. Rom. 10,12. 13. 14. 2 Tim. 2, 22. Απροσωποληπτως, *unpartheyiſch*. vid. ad Jac. 2, 1. Κρινοντα, ſc. Θεον, np. εν τῃ εσχατῃ ἡμερᾳ. Το εργον, collective pro τα εργα, idque pro αναστροφην. v. 15. ſ. *totam vivendi rationem* omnino. Κατα, hebr. כ, *pro unius cujusque vivendi ratione*. Nos: *nach Maasgabe des Betragens eines jeden Menſchen*. Τον - εργον vero, pro mera periphraſi τȣ Θεȣ δικαιȣ habendum eſt. Latet autem in priori hac commatis parte, vti jam in initio hujus v. indicavimus, duplex recte vivendi argumentum, alterum a paterno Dei erga nos amore, alterum a juſtitia divina repetitum, dummodo verba και - εργον reſolveris ſic: διοτι δε ὁ Θεος, ὁν επικαλεισθε, εστι πατηρ ὑμων, και διοτι απροσωποληπτως κρινεῖ (εν τῃ εσχατῃ ἡμερᾳ) κατα το ἑκαστȣ εργον· εν φοβῳ κ. τ. λ. Εν φοβῳ, pro συν φοβῳ, vel μετα φοβȣ. φοβος vero vel ſimpliciter, vel addito voc. τȣ Θεȣ, (cui interdum adhuc jungitur τρομος, 2 Cor. 7, 15. Eph. 6, 5.) et φοβειν τον Θεον infra 2, 17. reſpondent vocabulis hebr. יראה, פחד, Pſ. 36,7. et רעדה Pſ. 2, 11. et ponuntur pro *pia veneratione Dei*, et omnino pro eo *pietatis ſenſu*, *ex quo homini Chriſtiano, quicquid agit, agendum eſt:* Noſtri *Ehrfurcht*, *Gehorſam*, tum quia vnicuique pietatis atque venerationis generi aliquis ſaltem, quantus quantus ſit, *timoris ſenſus* admixtus eſſe ſolet, tum praecipue, quia omnis religio Iudaeorum, cum, in cogitando ſummo numine non tam paternum ejus amorem erga homines a ſe creatos, quam potius vim ejus atque poteſtatem, eos, qui legibus a ſe latis obſequium denegarent, puniendi, animo ſibi repraeſentarent, *metu* potiſſimum *ſuppliciorum divinorum* continebatur. Αναστρεφειν, ab Helleniſtis formatur ad imitationem hebr. התהלך, idque, ex ſolenni vitae noſtrae cum via comparatione, pro ζῆν. Nos, ex eodem loquendi tropo, *wandeln* pro *leben*. vid. ad Jac. 2, 1. Χρονος παροικιας, mera *vitae noſtrae* periphraſis. Παροικια opponitur τῃ κατοικιᾳ, (quanquam Act. 17, 26. κατοικια i. eſſe videtur q. παροικια), atque reſpondet hebr. מגור Pſ. 55, 16. 119, 54. i. e. *peregrinatio*, *temporaria in aliquo loco commoratio*. Spectat vero, ſi recte judico, voca-

κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας
ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε· εἰδότες, ὅτι οὐ φθαρ- 18
τοῖς

vocabulum hoc ad priscam hominum Nomadum more vivendi rationem, cum qua sacri scriptores vitam humanam comparare amant, tum ad brevitatem ejus exprimendam, tum ad spem vitae futurae, in quam ex hac vitae peregrinatione tanquam in domicilium fixum atque duraturum transituri sumus, adumbrandam; eodemque consilio Paullus 2 Cor. 5, 1. sqq. nosterque 2 ep. 1, 13. corporis cum tabernaculo comparationem instituit. Quare sensum, qui mihi quidem in παροικιας vocabulo latere videtur, sic circumscripserim: *pie vitae vestrae tempus transigite, brevis enim est vita vestra, neque adeo longum virtutis certamen, et post mortem vobis adhuc vita alia speranda est.* Cf. cum l. n. Genes. 47, 9. Hebr. 11, 13. *Philo* de agric. παροικειν ὃ κατοικειν ηλθομεν. τῷ γαρ ὀντι πασα μεν ψυχη σοφὸ πατριδα μεν ὐρανον, γην δε ξενην ελαχε. de confus. ling. δια τὸτο ὁι κατα Μωϋσην σοφοι παντες εισαγονται παροικὴντες· αἱ γαρ τὸτων ψυχαι τελλονται μεν ΑΠΟΙΚΙΑΝ ὀκποτε την ἐξ ὐρανὸ. Ειωθασι δε ἑνεκα τὸ φιλοθεαμονος και φιλομαθὸς εις την περιγειον φυσιν αποδημειν. επειδαν ὲν ενδιατριψασαι σωμασι τα αισθητα και ὐητα δι αὐτων παντα κατιδωσιν, επανερχονται εκεισε παλιν ὁθεν ὡρμηθησαν το πρωτον, πατριδα μεν τον ὐρανιον χωρον, εν ᾧ πολιτευονται, ξενον δε το περιγειον εν ᾧ παρωκησαν νομιζὸσαι. *Plato* Axiocho. το κοινον δη τὸτο και προς παντων θρυλλὸμενον, ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΙΑ τις εστιν ὁ βιος.

18. Excipit haec *tertium* ad virtutis studium excitandum *argumentum*, a *merito Christi* depromtum. Ειδοτες, ex perpetua Petri consuetudine participiorum ope periodos periodis jungendi, positum est pro ειδετε γαρ, vel και ειδετε, (Act. 23, 5.) *zudem*, vel *dabey bedenket* &c. Φθαρτοις, pro δια φθαρτων. Voc. φθαρτος autem, quod saepius de metallis adhibetur, (*Philo* de Congr. er. qu. gr. p. 440. B. ὃκ ΑΡΓΥΡΟΝ, ὐδε ΧΡΣΟΝ τιν', η αλλο των εν ὑλαις ΦΘΑΡΤΑΙΣ.) ad auri, argentique, quibus apostolus nos a meritis supliciis divinis redemtos esse negat, valorem imminuendum, mortis J. C. vero, in cruce pro nobis perpessae, pretium augendum, ab apostolo adjicitur. Αργυριον et χρυσος, pro *pecunia, ex auro argentoque confecta* Λυτρον quod praeter hunc locum adhuc habes Luc. 24. 21. Tit. 2, 14. vocabulaque connata, λυτρωσις, Luc. 1, 68. 2, 38. Hebr.

τοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἐλυτρώθητε ἐκ

VARIAE LECTIONES.

18. απο pro εκ 3.

9, 12. απολυτρωσις, Eph. 1, 7. (hebr. פרות,) et λυτρωτης, (גֹּאֵל,) Act. 7, 35. (vnde nata sunt vocc. nostra, in religionis chr. disciplinam susceptа, *Erlöser*, *Erlösung*, *Erlöste*, *Erlösen*, latinaque: *redimere*, *redemtio*, *redemtor*, eodem sensu adhiberi solita,) proprie de *redimendis captivis* vsurpantur, a λυτρον, i. e. *pretium*, *quod pro hominibus e captivitate liberandis solvitur*. Hinc deinde λυτρον et λυτρωσις ad *mortem J. C. pro nobis cruentam in cruce perpessam*, *tanquam pretium redemtionis nostrae e peccatorum legisque Mosaicae servitute*, et λυτρωτης et λυτρον, ad *Christum*, *qui nos quasi ex hac ipsa servitute morte sua in libertatem vindicavit*, et λυτρωθηναι denique ad *homines a peccatorum*, *legisque Mosaicae tyranno*, *a quo quasi captivi tenebantur*, *liberatos*, transfertur. Omnem igitur hujus vsus loquendi rationem in eo positam esse videmus, quod peccata atque leges Mosaicae in *servitutis* atque *jugi* hominibus impositi similitudinem vocari solebant. Matth. 23, 4. Act. 15, 10. Jam si ab hoc orationis tropo receseris, λυτρον est: *ipsa mors J. C. caeterique ejus cruciatus pro nobis perpessi*, λυτρωτις, *perpessio horum cruciatuum*, λυτρωτης, quo nomine Christus venit, *is*, *qui morte sua nos a poenis divinis liberavit*, λυτρουν, quod item de Iesu dicitur, *mortem*, *pro hominibus a suppliciis peccatorum liberandis*, *perpeti*, et λυτρωθηναι denique, quod de hominibus adhibetur, *hac ipsa morte peccatorum veniam impetrare*, *et ab observandis legibus Mosaicis liberari;* et posteriorem hanc *liberationis a legibus Mos.* significationem et h. l. tenendam esse, nemo dubitat, cum statim expresse addatur: εκ της αναστροφης πατροπαραδ. Εκ, pro απο. (vid. var. lect.) Αναστροφη, alias pro βιος, (vid. ad v. 5. et Jac. 3, 13.) h. n. *pro vivendi ratione* ponitur, *certis legibus adstricta*, quia additur πατροπαραδοτε, i. e. εκ πατερων δοθεισης, *quam a patribus*, (i. e. a *majoribus*, ex hebr. אבות, 1 Cor. 4, 15.) *traditam accepistis;* atque haec est mera periphrasis *rituum lege Mosaica praescriptorum*. Πατροπαραδ. vero etiam apud externos scriptores hoc sensu venire, *Wetstenius* atque *Alberti* magna exemplorum multitudine confirma-

ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ 19
ἀμώμου

firmaverunt. Ματαιος et ματαιοτης, ex indole vocabulorum hebr. הבל, חבל, הוה, שוא, et ריק, *vanum*, *nihilum*, magnam significationum varietatem mutuatur, siquidem modo de *improbitate omnino* vsurpatur, Pſ. 57, 2. Prov. 13, 11. (vbi LXX per ανομια vertunt,) Pſ. 26, 4. 31, 7. 52, 9. alibi, quo tamen ſenſu in N. T. vix deprehenderis, niſi Eph. 4, 17. huc referas, vbi tamen *ignorantiae* ſignificatio melius procedere videtur; modo de *idololatria*, quo ſenſu Act. 14, 15. (non item Eph. 4, 17. cui loco et hunc ſignificatum, ſunt, qui ingerere cupiant,) acceperim; modo de *ignorantia*, inprimis cum LXX נסכל et הסכיל per ματαιωθηναι 1 Sam. 26, 21. reddant, quam quidem ſignificationem illo ipſo ad Eph. 4, 17. loco obtinere modo diximus; modo de *miſeria fragilique rerum conditione*, Rom. 8, 20. coll. Eccl. 1, 2. 3. Pſ. 39, 6. 89, 47. 48. modo denique et ante omnia de *eo, quod fructu atque utilitate caret*, atque hoc ipſo ſenſu 1 Cor. 3, 20. 15, 17. Tit. 3, 9. vbi aperte τῳ: ανωφελει jungitur, et apud Petrum tum l. n. tum 2 Petr. 2, 28. retinendum eſſe, vtriusque loci contextus clamat. ματαια ὑμων αναστροφη igitur in contemtum dicitur, pro *vivendi ratione, ex qua nullus omnino fructus ad vos redundat.*

19. Αλλα, ſc. ελυτρωθητε. Τιμιῳ αἱματι, pro δια τιμιου αἱματος. Τιμιος, *pretioſus*, τῳ φθαρτῳ v. 18. αἱμα vero, i. e. *mors cruenta*, ex hebr. דם, τῳ: αργυρ. ἡ χρυσιῳ, v. eodem, opponitur. Mortem autem cruentam, eandemque victimae innocentis ad hominum delicta expianda requiri, vetus jam erat Iudaeorum opinio, inde, ni fallor, oriunda, quod initio tantum in gravioribus delictis victimae necari ſolebant, quibus is, qui eas offerebat, ſignificare voluiſſe videtur, ſe eandem mortis poenam meruiſſe; vnde tum haec de ſanguinis, ad condonanda peccata, neceſſitate, opinio, procedente tempore ad leviora etiam, et demum ad omnia omnino crimina expianda transiiſſe videtur. Hinc in proverbium abiit apud Hebraeos: לא כפרא אלא בדם, quod Hebr. 9, 22. exprimitur ſic: χωρις αἱματεκχυσιας ου γινεται αφεσις, nec voc. נסלח vllibi in lege Moſaica deprehenderis, niſi *ſanguinis* mentione paulo ante facta. cf. loca ab *Eiſenmengero*

20 ἀμώμου καὶ ἀσπίλου, Χριστοῦ· προεγνωσμένου μὲν πρὸ

in libro *Entdecktes Judenthum* Vol. 2. p. 285. e. m. e Rabbin. scriptis collecta. Haec denique de αἱματεκχυσια, ad peccatorum veniam a Deo impetrandam necessaria, opinio etiam apostolis, (Paulloque inprimis) probatur, qui sanguinem *Christi* salutari hoc fine pro nobis effusum esse, vno ore contendunt. cf. Col. 1, 14. 20, 22. Eph. 1, 7. 11. 13. Hebr. 2, 14. 9, 14. 22. 10, 19. Rom. 5, 10. Ὡς - Χριστ, ad vocem τιμιος explicandam addita sunt. Ὡς αμνὸ, resolverim per: γν γαρ ἁιμα αμνὸ &c. Αμνος, *agnus* et *columba* veteribus *innocentiae*, *animi integritatis*, atque *patientiae* symbola esse solent, vt *serpens sapientiae* atque *astutiae*. Saepius inde agni nomen, inprimis a Iohanne, ad Christum transfertur, 1, 29. 36. coll. Iesai. 53, 7. Act. 8, 32. nisi forte ex hoc ipso prophetae loco, quem vnanimi consensu de Christo interpretabantur, ad ipsum transierit. Αμωμος, (proprie *irreprehensus*,) et ασπιλος, Jac. 1, 27. (*macula*, i. e. omnino *labe carens*,) significatu non differunt ab ἁγιος, τελειος, quibus saepius junguntur, et inter se mere sunt synonyma, (*Hesych.* enim ασπιλον per αμωμον reddit,) ad *innocentiae* notionem, quae jam vocabulo αμνος exprimebatur, eo penitius exhauriendam, ex hebr. קדש ותמים eodem modo hic et 2 Petr. 3, 14. invicem juncta, vt alias ἁγιος και αμωμος, Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. victimae tamen paschalis, in cujus similitudinem hic Christus vocari videtur, ratione habita, quae omni *macula* atque *deformitate* carere debebat. Exod. 12, 5. Χριστ, commate interposito ab antecedentibus sejungendum videbatur, quia additur, vt voc. αμνος de *Christo* intelligendum esse, indicetur. Quare Χριστ resolverim per: ὁτος δε ὁ αμνος εστιν ὁ Χριστος.

20. 21. Jam vero, quo magis Christianorum suorum animos meriti Christi sensu percellat, et ad observanda virtutis praecepta commoveat, apostolus addit sententiam hanc: *Christus ab aeterno quidem nobis constitutus erat redemtor, sed hoc potissimum tempore, quo* vos Christiani *vivitis, eum in mundum mittere, Deo visum est, vt* vos *per eum a peccatorum culpa redimeremini.* Quae tamen sententia, *ad sensum voluntatemque eorum, ad quos Petrus scribit, sic expressa*, non repugnat vnanimi sacrorum scriptorum doctrinae: meritum Christi etiam ad reliquos homines omnes pertinere; sed, quod

πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων

VARIAE LECTIONES.

20. εσχατε A. 13. 15. 27. 36. 37. Verſ. *Syr. Copt.* Codd. *Latini. Cyrillus* Glaph. p. 276. prob. *Millio*, prol. 922.

Ibidem ἡμερων pro χρονων 31. Tunc επ' εσχατε των ἡμ. magis reſpondet hebr. באחרית הימים.

quod Deus Chriſtum non ante hoc tempus jam miſerit, ejus rei cauſa potius quaerenda eſt in eo, (ſi homini alias de conſiliis divinis adeo reconditis judicare licet,) quod homines, ante hoc ipſum temporis ſpatium, in tanta animorum ruditate, religione Judaica gradatim quaſi praemulcenda, Chriſtianam, quae non ad res, quae ſenſibus ſubjiciebantur, ſed ad animum emendandum ſpectabat, vix accepturos eſſe praevidit. Προεγνωσμενε, arcte jungendum cum Χριστε v. 19. et ſic fere reſolvendum: τουτον δε τον Χριστον ὁ Θεος μεν προεγνω, h. e. ex *priori te*: προγινωσκειν ſignificatione, (vid. ad προγνωσις v. 2.) *Deus quidem Chriſtum ab aeterno novit*, ſc. *genus humanum per eum redemtum iri*; idque pro conſequente h. n. acceperim: *Deus quidem Chriſtum ab aeterno conſtituit*, vel *eſſe decrevit* ſc. *redemtorem noſtrum*, vt προγινωσκειν i. ſit q. προοριζειν, cui jungitur Rom. 8, 29. Eandem *decernendi* ſignificationem etiam apud *Joſephum* (ant. l. 1, c. 12. p. 20. vbi de Deo Sodomitas exuſturo habet ſic: ΕΓΝΩ τιμωρησασθαι της ὑπερηφανιας αυτες.) aliosque ſcriptores obtinere, *Kypkius* obſervavit, ſed loca omnia ab eo pro hoc vſu loquendi allata, cum tantum verbum *ſimplex* γινωσκειν, idque nonniſi ſenſu *judiciali* in iis occurrat, vix huc pertinere videntur: eadem vero verborum *conſtructione*, quae huic loco ineſt, *Ciceronem* vti, recte *Vir Ill.* animadvertit. Verba *Cic.* ad fam. ep. 1. l. 1. haec ſunt: *Craſſus tres legatos decernit*, ibid. ep. 7. *ſtipendium Caeſari decretum eſt, et decem legati*; in quo quidem loquendi genere ſuppleri debet: *vt daretur*, *vt mitterentur*, aliaque his ſimilia. Προ καταβολης κοσμε. καταβολην, a καταβαλλεσθαι, proprie convenire *aedium fundamentis*, ne tironem quidem fugit. Hinc vero ad *initia alicujus rei omnino* transfertur. Sic καταβολη πυρετε, *febris acceſſio*, apud *Philonem*, leg. ad Caj. p. 1009. et καταβολη γενεσεως, *prima rei origo*, apud eundem, Vit. Moſ. 1. p. 645. C. καταβολη

21 των τῶν χρόνων, δι' ὑμᾶς, τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας εἰς Θεὸν, τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόν-

βολη και θεμελιον πολυχρονιε και βαρειας τυραννιδος ap. *Polyb.* l. 13. c. 4. init. Vnde denique καταβολη πραγματος τινος, pro ipſa κτισει π. τ. adhibetur, ita vt προ, vel απο καταβολης τε κοσμε, quod adhuc legitur Matth. 13, 35. 25, 34. Luc. 11, 50. Joh. 17, 24. Eph. 1, 4. Hebr. 4, 3. 9, 26. Apoc. 13, 8. 17, 8. ex ſynecdoche i. ſit q. προ της τε κοσμε κτισεως, *ante mundum creatum*, niſi forte ex ſignificatione ſecunda voc. καταβολης vertere malueris: *ante prima mundi initia*. Ceterum προ καταβ. τ. κ. eodem modo, vt εν αρχη, בראשית, accommodate ad ſenſum hominum dicitur, pro eo, quod alias audit: προ των αιωνων, 1 Cor. 2, 7. απο των αιωνων, Col. 1, 26. προ χρονων αιωνιων, 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2. et hebr. מני קדם Pſ. 78, 2. quod LXX reddunt per: απ' αρχης. Quicquid autem fit in hac rerum natura, inprimis vero Meſſiae in has terras adventum, Deus ab aeterno decreviſſe putabatur. Φανερωθεντος, reſolve per: αλλ' εφανερωθη. Φανερωσθαι vero eſt voc. de *adventu Chriſti in mundum* in N. T. adhiberi ſolitum. Col. 3, 4. 1 Tim. 3, 16. Joh. 1, 31. Sic etiam επιφαινω, Luc. 1, 79. 2 Tim. 1, 10. Επ' εσχατων χρονων, pro εν εσχ. χρ. De ſenſu vid. ad v. 5. Δι' ὑμας, alias περι, vel ὑπερ ὑμων, *ad vos a peccatorum miſeria morte ſua liberandos*. cf. cum hoc commate locus *act. ſynod. Nicenae* primae 1, 18. p. 28. γεγραπται εν βιβλῳ αναληψεως Μωϋσεως, προσκαλεσαμενος Ιησεν υἱον Ναυη, και διαλεγομενος προς αυτον εφη — και προεθεασατο με ὁ Θεος προ καταβολης κοσμε, ειναι με της διαθηκης αυτε μεσιτην.

21. Τες — Θεον, reſolve per εαν ὑμεις δι' αυτε πιστευητε εις Θεον Δι' αυτε, i. e. ὡς μαθηται αυτε, *ab eo edocti*. Πιστευειν εις Θεον, i. q. Jac. 2, 19. πιστευειν ὁτι ὁ Θεος (ἐστι, και) ἑις ἐστι, *credere, eſſe, atque pie colendum eſſe Deum*, quae quidem doctrina, cum omnium facile princeps ſit, pro *toto religionis chr. ambitu* poni ſolet. Additur *cauſa*, cur in Deum credendum, i. e. cur religio a Deo profecta a nobis promto animo amplectenda, atque pia mente obſervanda ſit. Τον εγειραντα &c. igitur reſolverim per: ηγειρε γαρ αυτον εκ νεκρων, και δοξαν εδωκω αυτῳ, τῳ Χριστῳ. Δουναι δοξαν τῳ Χριστῳ, ex hebr. נתן כבוד i. e. q. δοξαζειν Χριστον, i. e. *gloriam atque honorem ejus augere*

δόντα, ὥστε τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν.
Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας 22
= διὰ

augere atque amplificare, et quidem eo, quod vi divina e mortuis reſuſcitabatur, qua quidem reſuſcitatione, vt vaticiniis Chriſti, ſic etiam divinae ejus majeſtati, vaticiniis iſtis, eventu confirmandis, nixae, complementum accedebat. δοῦναι δοξαν vero, vbi de *hominibus* adhibetur, in N. T. plurimum eſt: *reverentia erga Deum ad aliquid dicendum, agendumve impelli.* cf. Joh. 9, 24. Luc. 17, 18. Rom. 4, 20. Joh. 7, 19. Ὥσε - Θεον, pro: ἵνα μᾶλλον πιστευητε, και ελπιζητε εις Θεον, *quo magis Deum pie colatis, omnemque felicitatem veſtram ab eo exſpectetis, atque ſperetis.*

22. Explicatis jam hisce ad pie honeſteque vivendum *argumentis*, ad ipſam *paraeneſin* redit repetendam, *vt virtuti, et ante omnia τῇ φιλαδελφίᾳ ſtudere velint.* Τας ψυχας ὑμων, ex hebraiſmo ſatis noto, pro ὑμας; maluit vero dicere ψυχας ὑμων quia haec emendatio tantum ad *animum* ſpectat. vid. ad σωτηρια ψυχων, v. 9. Ἡγνικοτες, pro verbo finito atque praeſenti: ἁγνιζετε δε. ἁγνιζει καρδιαν, *animum maculis purgare*, vero ſibi vult, *vitiis*, (quae cum maculis comparari ſolent,) *animum liberare.* cf. Pſ. 51, 12. Jer. 4, 14. (vid. ad Jac. 3, 8.) Εν ὑπακοῃ, ex hebr. ב, pro οὐ ὑπακοης, minime vero, quae *Grotii* ſententia eſt, pro εις ὑπακοην, quia adhuc ſequitur εις φιλαδελφιαν. Αληθεια, et λογος της αληθειας (pro λογος αληθης,) Eph. 1, 13. ex hebr. אמת, et דבר אמת Pſ. 51, 8. eſt *omnis omnino vere de Deo ſentiendi, rectеque ac pie agendi ratio*, verbo, *religio vera*, quacunque tandem via generi humano innoteſcat. Hinc tum ad *religionem Judaicam*, tum *Chriſtianam*, (additis praecipue vocc. αληθεια τε χριστε, 2 Cor. 11, 10. τε ευαγγελιε Gal. 2, 5. Col. 1, 5. της πιστεως, 2 Theſſ. 2, 13.) vt et h. l. tum denique ad *religionem naturalem* Rom. 1, 18. transfertur. Ὑπακοη της αληθειας vero eſt formula paulo conciſior, pro ὑπακοη εις την αληθειαν, (vt πιστις αληθειας 2 Theſſ. 2, 13. pro πιστις εις την αληθειαν ponitur,) i. e. *obſequium verae de I. C. doctrinae praeſtandum.* De voce πνευματος vid. ad v. 2. Δια πνευματος vero, ſi ſana eſt lectio, (vid. var. lect.) abſente copula, arcte jungendum eſt cum ὑπακοη αληθ. vt ſit: υπακοη αληθ. ἥτις δια τε πνευματος κατεργαζεται, *obſequium, ad quod religioni chr. praeſtandum, ſpiritu ſ. impellimur.* Φιλαδελφια modo

= διὰ πνεύματος: εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς

VARIAE LECTIONES.

22. διὰ πνεύματος omittunt AC. 27. Verſ. *Vulg. Syr.* utraque *Copt. AEthiop. Hieronymus.* Omiſſio etiam probabilis videtur *Millio* prol. 1209. *Bengelio*, *Griesbachio*.

latiori ambitu pro *amore eo, quem omnibus praeſtare, jam ipſa humanae naturae fraterna quaſi ſocietate tenemur*, (in morum doctrina *allgemeine Menſchenliebe*,) modo *arctiori*, v. c. pro *amore erga Chriſtianos*, Rom. 12, 10. 2 Petr. 1, 7. pro *beneficentia* 1 Theſſ. 4, 9. aliisque ſingularibus virtutibus, prout contextus requirit, accipienda eſt. Hoc loco, vbi nil exſtat, quo voc. φιλαδελφια arctius circumſcribatur, ſenſu *priori* retinuerim. Φιλαδελφια ανυποκριτος, *humanitas ab omni fuco aliena, ſincera, ex animo profecta.* Eodem ſenſu nos quoque *ungeheuchelte Menſchenliebe*. vid. ad Jac. 3, 17. Quae quidem virtus, cum ſit longe praeſtantiſſima, inſtar omnium hic Chriſtianis ab apoſtolo commendatur. Εις φιλαδελφιαν ανυποκρ. vero jungendum eſt cum ἡγνικοτες, et reſolvendum per: ἁγνίζετε τας ψυχας, ἱνα ητε φιλαδελφοι ανυποκριτοι, vel ἱνα αγαπᾶτε αλληλας ανυποκριτως. Reliqua hujus commatis ad φιλαδελφιαν magis deſcribendam ſpectare videntur. Αγαπησατε αλληλους, pro praeſ. αγαπατε αλλ. Καρδια καθαρα, ad imitationem hebr. לב טהור, dicitur *animus; vel ſceleris*, (cum macula comparari ſoliti, vid. ſupra,) *omnino, vel ſingularis cujusdam ſceleris, ex nexu orationis intelligendi, purus.* Vnde h. l. quo de amore erga alios ſermo eſt, κ. κ. de *animo ſimulationis atque adulationis neſcio*, intellexerim, ita, vt ſenſu non differat a lectione Codd. quorundam εκ καρδιας, omiſſo voc. καθαρ. i. e. *ex ὁλης της ψυχης, toto animo, ſerio, von ganzem Herzen*, Matth. 5, 8. 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22. Marc. 12, 30. et ab εκτενως, i. e. *ex intimo animi ſenſu, non ritu externo*, i. q. εκ ὁλης της ἰσχυος, Luc. 10, 27. quod ibi, apte ad hunc locum, cum formulis ſynonymis εκ ὁλης της καρδιας, et εκ ὁλης της ψυχης jungitur. Vocabulum εκτενως vulgo ab intento nervo arcus repetitum putatur, malim vero ab intentis corporis viribus ad internos animi ſenſus translatis. cf. 4, 8. et Act. 12, 5. locaque a *Raphelio* ex *Polybio* ad h. l. allata.

23.

ρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς· ἀναγεγεν- 23
νημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ
λόγου

VARIAE LECTIONES.

23. θεϐ ζωντος. Ed. *Complut. Plantin. Genev.*

Ibidem εις τον αιωνα omittunt AC. 27. 29. Verſ. *Copt.* Codd. *Latini*, *Syra poſter. Cyrillus* in Jeſ. p. 563. 582. 609. 771. *Hieronymus* in Zach. 107. c. Jovinian 1, 45. probh. *Millio* prol. 1356. *Griesbachio.*

23. Quo magis vero Chriſtiani τῃ φιλαδελφια ſtudeant, apoſtolus jam addit *rationem* hanc: *vos enim emendati eſtis religione veriſſima, eademque ad animum corrigendum efficaciſſima.* Αναγεγεννημενοι ſc. γαρ εστε, idque h. n. ſignificatione propria retinendum eſt, pro: *regenerati eſtis.* Σπορα, *ſatio*, h. l. pro σπερματι poſitum eſt. Jam vero hoc ipſum σπερμα vt hebr. זרע, vel de *ſemine eo* intelligi poteſt, *quod ſpargitur in terram*, vel de eo, *ex quo gignitur homo*, vterque enim vſus loquendi apud externos ſcriptores obtinet. Senſus vtrinque hic eſſe videtur: *vos non naturali modo regenerati eſtis, vti herba progerminare, vel homo procreari ſoleat.* Praefero tamen prius, quia tum, vnde in comparationem commatis ſeq. apoſtolus inciderit, facilius perſpicitur. Σπορα φθαρτος igitur eſt *ſemen, quod vna cum fructibus mox perit, haud durat*; αφθαρτος vero, vi oppoſiti, *ſemen, quod, ut ipſum haud perit, ſic etiam fructus profert aeternum duraturos.* Jam, quae ſequuntur, addita ſunt, ad explicanda ea, quae per tropum modo expreſſa erant. Δια λογϐ igitur ſic cum antecc. junxerim: τϐτ' εϛιν, αναγεγεννημενοι εστε δια λογϐ &c. *h. e. emendati eſtis per religionem* &c. De hoc ſenſu verbi αναγεννασθαι vid. ad v. 3. Λογος, דבר, ſenſu non differt ab αληθεια v. 22. vid. ad Jac. 1, 13. Ζωντος, και μενοντος εις τον αιωνα, quo referenda ſint, vtrum ad Θεος, an ad λογος, male habet interpretes. Alii, *Beza, Erasmus, Grotius*, vtrumque epitheton *Deo* convenire exiſtimant, vt Θεος ζων και μενων ε. τ. α. ex hebr. אל חי, ſit *Deus verus atque aeternus:* ſed tunc cum exgrammaticae praeceptis, tum ex intimo conſenſu locorum omnium, (ne *Danielis* quidem loco 6, 26. quem iidem huc ab apoſtolo tranſcriptum eſſe putant, excepto,) quibus equidem vocc. Θεος et ζων tam apud LXX, quam in N. T. invicem juncta legi, Θεος vocabulo ζων praecedere debuiſſet ſic:

λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα.
24 διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀν-
θρώπου

˜ αυτης:

VARIAE LECTIONES.

24. αυτης ABC. 5. 7. 9. 15. Ed. *Colinaei* Verſ. *Vulg. Syr. vtr.* (non Arr.) *Copt. AEthiop. Origenes.* probb. *Millio* prol. 1209. 1356. *Griesbachio.*

Ibidem αυτε omittunt A. 2. 26. 30. 40. 63. Ed. *Eraſmi Ald. Colinaei. Bogardi.* Verſ. *Syr.* (non Arr.) *Origenes*, *OEcumenius* ed. Euthal. probb. *Millio* prol. 983. *Bengelio. Griesbachio.*

ſic: Θεε ζωντος, και &c. cf. Matth. 16, 16. 26, 63. Joh. 6, 69. Act. 14, 15. Rom. 9, 26. 2 Cor. 3, 3. 6, 16. 1Theſſ. 1, 9. 1Tim. 3, 15. 4, 10. 6, 17. Hebr. 3, 12. 9, 14. 10, 31. 12, 22. Apoc. 7, 2. 15, 7. et de locis apud LXX *Trommium* adi; alii vero, perpauci tamen, ζωντος ad Deum, και μένοντος autem ad λογον referendum eſſe putant; at vero, quis μένοντος tum nimis a λογε diſtare non viderit? Quare vtrumque vocabulum cum b. *Luthero* ad λογον revocari malim, quem quidem ipſum, (non vero *Deum*,) ab omni mutatione atque infirmitate vindicare apoſtolo intererat. Locum ipſum vero, dum ita jungo, ex Dan. 6, 26. depromtum eſſe, vix crediderim. λογος ζων igitur acceperim pro λογος ζωοποιων, λογος ενεργεμενος, ſ. ενεργης, *beglückende*, *zu unſerm Glücke wirkſame Religion*. cf. Hebr. 4, 12. vid. v. 3. Μενων εις τον αιωνα, i. e. *religio*, *quae et ipſa aeternum durat*, (ſiquidem divina eſt, atque veriſſima,) *et cujus fructus aeterne in nos redundant*. Εις τον αιωνα, in N. T. ſemper reſpondet hebr. לעולם, quod, provt contextus requirit, modo pro *aeternitate*, vt h. l. acceperim, modo, ſenſu populari, pro *tempore diuturno* adhiberi ſolet.

24. 25. Amplificatur ſententia commatis 23, *aeterne nobis ſervatum iri religionem chr. cum commodis ex eadem ad nos redundantibus*, effato *Jeſaiae* 40, 8. memoriter ab ap. allegato. Senſus prophetae, in recens, atque ab antecedentibus plane diverſum oraculum prorumpentis, hic eſſe videtur: *hominis quidem natura fragilis eſt*, *atque caduca*, *at vero*, *quae ego vobis jam annuntiaturus ſum*, *veriſſima ſunt*, *ſiquidem a Deo ipſo proficiſcuntur*. Noſter vero, nulla nexus ratione habita, his prophetae verbis vtitur, ad comparationem hujus

ϑρώπου: ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος = αὐτοῦ: ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς 25 τὸν

hujus religionis, aeternum duraturae, cum fugacitate vitae humanae inſtituendam, quanquam ſint, qui etiam Jeſaiam idem egiſſe contendant. Σαρξ, ex ea ſignificationum varietate atque multitudine, quam ex vſu loquendi hebr. בשר *S. V. Koppe* exc. 9. ad Gal. feliciſſime deduxit, hic *hominem* deſignat, ita vt πασα σαρξ hebraico כל בשר reſpondeat, i. e. *omnes homines*. Χορτος, *gramen*, *herba omnino*. Ὡς χορτος, i. e. φθαρτη εστιν, ὡς χορτος. vid. ad Jac. 1, 10. Και — χορτα, parallelismi cauſa, quem valde amant V. T. ſcriptores, cum antecedentibus junguntur. Δοξα, pro πραγμα ενδοξον. Ανθρωπα, ſi genuina eſt lectio, (vid. var. lect.) collective ſumendum pro ανθρωπων. Quodſi vero legeris αυτης, ſupplendum eſt σαρκος. Senſus vtrimque idem. Πασα δοξα ανθρωπα. vel σαρκος igitur eſt: παν πραγμα, ενδοξον ενωπιον των ανθρωπων, ſ. παν πραγμα, ὁ αν ενδοξον δοκει τοις ανθρωποις. v. c. *honores*, *divitiae*, *pulcra corporis forma*, et i. g. a. Ανθος χορτα, *Blüthe der Gewächſe*. vt Jac. 1, 10. Ὡς ανθος χορτα, iterum pro φθαρτη εστιν, ὡς ανθος χορτα. Εξηρανθη &c. Subito oratio Petri ex genere didactico in narrationem tranſit, plane vt Jac. 1, 11. et Pſ. 103, 16. nam ſic pergere debuiſſet: ὁ χορτος γαρ ξηραινει, και το ανθος αυτα εκπιπτει. Ξηραινεσθαι et εκπιπτειν ad Jac. 1, 11. explicata lege. Ceterum εξηρ. ὁ χορτος et και — εξεπεσε iterum parallelismo ſeſe excipiunt. Plura V. T. loca huic ſimilia ad Jac. 1, 11. collegimus, (quem quidem locum Petrum quoque hic ante oculos habuiſſe, dubio caret,) quibus ex ſcriptoribus externis adſcribo duo haec, vnum *Homeri*, Iliad.

Ὁιη περ φυλλων γενεη, τοιηδε και ανδρων.

alterum *Catulli*, carm. 11. v. 12.

——— *cecidit, velut prati*
Vltimi flos.

25. Ρημα τυ Κυριυ, ſenſu non differt a λογος τυ Θευ v. 23. Μενει εις τον αιωνα, vid. ad v. eundem. Τυτο — ὑμας ab apoſtolo adduntur, vt voc. ρημα, quod vnicuique doctrinae competit, de *chriſtiana* potiſſimum h. l. intelligatur. Τυτο, ſc. το ρημα τυ Κυριυ. *Unter dieſem Worte Gottes aber verſtehe ich* &c. Ευαγγελ. vocabulum proprium doctrinae *religionis chr.* vid. ſupra ad v. 12. Εις ὑμας, בכם, pro ὑμιν, לכם. vid. ad v. 10 et 11. Similiter *Philo* (vit. Moſ. 2. p. 656. C.) de legis divinae Iudaeis praeſcriptae firmi-

τὸν αἰῶνα. τοῦτο δὲ ἐστι τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν
II. εἰς ὑμᾶς. Ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν καὶ πάντα
δόλον καὶ ὑποκρίσεις καὶ φθόνους καὶ πάσας καταλα-
2 λιὰς, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν
ἄδολον

firmitate differit: τα δε, inquit, τετε μονα βεβαια, ασαλευτα, ακραδαντα, καθαπερ σφραγυσι φυσεως αυτης σεσημασμενα ΜΕΝΕΙ παγιως, αφ' ης ἡμερας εγραφη μεχρι νυν, και προς τον επειτα παντα ΔΙΑΜΕΝΕΙΝ ελπις αυτα ΑΙΩΝΑ ὡσπερ αθανατα, ἑως αν ἡλιος, και σελἡνη, και ὁ συμπας ὁρανος τε και κοσμος ᾖ.

Cap. II. non fejungendum arbitror a Cap. I. Pertinent enim verſus ſaltem decem priores ad idem genus cohortationum de virtute ſequenda, vitioque fugiendo, de quo Cap. I. fin. ſermo erat.

1. Ἀποθεμενοι (pro αποθεσθε vid. ad Jac. 1, 21.) — επιποθησατε invicem jugenda. Ουν, ſc. *cum tanta ſit religionis chriſtianae dignitas atque praeſtantia*, de qua paulo ante ſermo erat. Πας, hoc commate ſemper reddendum per: *omnis generis*. Κακια, δολος, ὑποκρ. κ. τ. λ. aucta videntur, vt *omnis ſceleris*, quo Chriſtianos, ad quos ſcribebat, obnoxios eſſe, apoſtolus forſan certior factus erat, *ambitus exhauriretur*; praemiſſa voce vniverſa, qua reliqua vitiorum genera, tanquam genere ſuo continentur, κακιας, i. e. *omnis generis malignitatis*, ſ. *Cicerone* judice, *conſuetudinis, alteri nocendi*, (Tuſc. qu. 4, 15.) ita, vt ſignificatione haud multum diſtet a πονηρια, αδικια, &c. quibus quidem vocabulis ſaepius jungitur. Rom. 1, 29. 1 Cor. 5, 8. alibi. Ὑποκρισεις, reliquaque vocabula, per ſe ſatis perſpicua, forma *plurali* exprimuntur, vel vt horum vitiorum *atrocitas augeatur*, vel, quod praetulerim, vt vitia haec *ad plures homines pertinere* ſubindicetur. cf. Gal. 5, 20. 21. 2 Cor. 12, 20. Καταλαλια, eſt *obtrectatio*, hebr. נרף enim Pſ. 44, 17. et הכלים Job. 19, 3. LXX vertunt per καταλαλειν, vtrumque vero eſt *obtrectare*. vid. ad Jac. 4, 11.

2. Ad acuendum vero hoc ipſum virtutis ſtudium, ad quod ap. hactenus excitaverat Chriſtianos, jam comparatione inter Chriſtianos, addiſcendae religionis chr. cupidos, infantesque lactentes, inſtituta, eosdem ad religionis chr. praecepta avide arripienda, conſtan-

ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε + εἴπερ 3
ἐγεύ-

+ εις σωτηριανι

VARIAE LECTIONES.

2. εις σωτηριαν addunt AC. 5. 7. 8. 9. 13. 14. 15. 16. 18. 22. 25. 27. 28. ex emendatione. 29. 31. 33. 36. 37. 38. 39. 40. 46. 56. Ed. *Colinaei*. Verſ. *Vulg. Syr. vtr. AEthiop. Copt. Clemens* Paed. 1, 6. *Origenes* in Rom. 3, 13. *Hieronymus*. in Zach. 10, 7. *Cyrillus* Glaph. Strom. 4. p. 393. *Damaſcenus*. *Gildas*. probb. *Grotio*, *Wetſtenio*, *Bengelio*, *Caſtalione*, *Hammondo*. Expunxerunt forſan, qui putabant, hoc pacto infantes a ſalute excludi; vel qui, ſola doctrinae chr. vi nos ſalutem aeternam impetrare poſſe, negabant.

ſtanterque retinenda, cohortari pergit. Ὡς — επιποθησατε, eſt ratio paulo conciſior, ſic fere reſolvenda: ὡς αρτιγεννητα βρεφη το γαλα της μητρος επιποθουσι, ουτω και ὑμας δει το λογικον γαλα επιποθειν. Αρτιγεννητον, i. e. αρτι γεγενημενον, i. q. alias αρτιγενες, αρτιγονον, αρτιτοκον, νεογονον, βρεφος. cf. *Pollus* 2, 8. Ὡς αρτιγ. βρεφη. Solent Judaei *recens converſum*, קטון שנולד, *diſcipulosque novitios*, חינוקות, *ſugentes* vocare. *Jalkut Rubeni* fol. 169, 3. *Proſelytus, qui ad religionem Jud. acceſſit, eſt inſtar infantis recens nati.* Vid. loca plura apud *Wetſtenium*. Το γαλα, alias *prima religionis chr. elementa* (τα στοιχεια της αρχης των λογιων του Θεου. Hebr. 5, 12.) adumbrare, atque τῳ βρωματι, 1 Cor. 3, 2. et τῃ στερεᾳ τροφῃ Hebr. 5, 12. *cibo ſolidiori*, i. e. ſi a tropo receſſeris, *doctrinis*, *intellectu difficilioribus* opponi ſolet; hoc nexu vero voc. γαλα, ex antegreſſa Chriſtianorum cum infantibus comparatione ab ap. repetitum, additis vocc. λογικον, (alias πνευματικον) i. e. *quod ad animum pertinet*, — *animo percipitur*, et αδολον, (alias καθαρον, ειλικρινες, αμιγες, &c.) i. e. *quod nullo vitio corruptum eſt*, ad *religionem omnino, quae ad animum emendandum, olimque beandum ſpectat, nec vlla humana doctrina per* καπηλευοντας τον λογον 2 Cor. 2, 17. *vitiata eſt*, transfertur. De hoc in vocc. γαλα et αδολ. loquendi vſu, loca innumera relege apud *Wetſt. Elsneri* interpretatio hujus loci vix digna eſt, quae commemoretur. Reliquas vero reliquorum interpretum argutias, ſi tanti videtur, refutatas lege ap. *Wolfium*. Επιποθησατε, *Hammondus* legi mavult επιποτισατε, *Gro-*

ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος Πρὸς ὃ προσερχόλε-

VARIAE LECTIONES.

3. Χριστος pro χρηστος 1. a prim. m. 4. 10. 19. 21. 28. 31. 33. 37. 40. 45. 47. 56. Ed. *Plantin. Genev. Clemens* p. 42. 71. 286. 422. *Gregorius Nazianzenus* in S. Baptiſma in Editis. *Procopius* in Jeſ. 30, 14. 41, 1. Pſ. 34, 9. *P. Junius.* ſine dubio ex mendo librariorum.

Grotius vero επιποτιζετε, ſed parum recte, cum, quod *Wolfius* jam vidit, tota Graecia vocem επιποτιζειν ignoret, ποτιζειν vero ſit *potum dare*, minime vero *cum vehementia appetere*, (quem tamen ſenſum nexus manifeſte requirit,) — *geſtire*, quod eſt επιποθειν. Ἱνα, vel redde per *vt*, vel εκβατικως: *quo fit*, — die Folge davon wird ſeyn, daſs ihr &c. Εν αυτῳ, ex hebr. ב pro δι' αυτȣ, ſc. τȣ γαλακτος, i. e. ſi ab imagine receſſeris, δια της διδαχης I. X. *addiſcenda religione chr.* Αυξηθητε. Etiam hoc vocabulo alludere videtur ap. ad infantes, qui, lacte nutriti, paullatim ſuccreſcunt; αυξανειν enim eſt verbum *creſcenti corpori vegetabili* proprium, Luc. 1, 80. Col. 1, 10. translate vero accipiendum pro: *in pietate proficere.* Εις σωτηριαν, (vid. var. lect.) reſolv. per: εις το τυγχανειν ὑμας της σωτηριας, *ad impetrandam ſalutem olim futuram.* Cf. Eph. 4, 13.

3. Loco V. T. amplificatur ſententia commatis 2, in quem, cum paulo ante de religione chr. ſub *lactis* ſymbolo ſermo eſſet, verbo εγευσασθε deductus eſſe videtur. Locus eſt Pſ. 34, 9. is tamen, neque ſecundum textum hebr. neque ſecundum LXX, expreſſus, nam praeter mutatam verborum conſtructionem, LXX poſt γευσασθε ex hebr. וראו, adhuc addunt: ΚΑΙ ΙΔΕΤΕ ὅτι χρηστος ὁ Κυριος, h. e. ex mente Davidis, ſi nexum Pſalmi conſulueris: *agite, vt omni modo vobis perſuadeatis, Deum eſſe numen benigniſſimum;* a quo tamen ſenſu eum, ad quem exprimendum Petrus his verbis vtitur, longe diverſum eſſe videbimus. Ειπερ, h. n. *conditionem* involuere, idemque eſſe videtur, q. ειγε, *ſi modo*, — *wenn anders*, Rom. 8, 8. (cf. *Hoogeveen* doctr. part. Tom. I. Sect. 7. p. 357.) quanquam non multum repugnaverim, ſi pro διοτι accipi malueris. Γευεσθαι, (טעם) vt θεωρειν et ιδειν, (ראה) pro more Hebraeorum, qui verba *ſenſuum externorum* ad exprimendos *ſenſus internos* transferre amant, per-

χόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀπο- 4
δεδο-

persaepe, vt et h. l. *experiendi* atque *percipiendi* sensu omnino adhibentur; e. g. γευεσθαι θανατου, Marc. 9, 1. coll. Luc. 9, 27. Joh. 8, 52. Hebr. 2, 9. 11, 5. θεωρειν θανατον Joh. 8, 51. ιδειν ἡμερας αγαθας infra 3. 10. Cf. Ps. 34, 9. 89, 49. Prov. 31, 18. Eodem sensu γευεσθαι etiam a *Josepho* vsurpari, *Krebsius* ad. Hebr. 6, 4. obseruavit; similiterque *Homerus* Od. υ, 181. adhibet ΓΕΥΕΣΘΑΙ χειρων, *pugnis feriri*; et Od. φ, 98. ΓΕΥΕΣΘΑΙ οϊστου, *sagittae acumen in se experiri*, verbo: *sagitta vulnerari*. Cf. Il. υ, 258. Ὁ Κυριος, ex ap. mente ad Christum spectat, et pro διδαχη του Κυριου accipiendum est. Χρηστον vero, quo melius metaphora a gustu repetita procedat, reddiderim per *suavis*, (i. q. ἡδυς,) quo quidem *suavitatis* sensu non modo in N. T. Luc. 5, 39. sed etiam apud τους εξω legitur. *Athenaeus* 13, p. 585. E. πεμψαντος δε τινος αυτῃ των γνωριμων οινον ΧΡΗΣΤΟΝ μεν, ολιγον δε. Et sic quidem totius commatis sensus hic esse videtur: *persuasum vero habeo, vos hoc facturos esse, si* (ειπερ) *pro hominibus haberi vultis, qui suavitatis atque felicitatis, ex religione chr. in nos redundantis, sensu praediti sunt.*

4. 5. Commata haec, (in quibus ap. verbis ex Ps. 118, 12. mutuatis, et ad v. 7. deinceps copiosius explicandis, Christianos ad religionis chr. praecepta cum accipienda, tum obseruanda, cohortari pergit,) invicem diuulsa, sensum quidem fundunt satis commodum; malim tamen ea, praeeunte *Wolfio*, ita invicem jungi, vt comma 4 protasin, com. 5. vero apodosin contineat. Προς ὁν, resolv. per: προς τουτον δε sc. Κυριον. Προσερχεσθαι, si priorem rationem sequaris, supple: πρ. εστε, i. e. δει προσερχεσθαι; si posteriorem vero praetuleris, resolve per: εαν προσερχομενοι (s. προσθεμενοι) ητε, i. e. *si vos, vt lapides vulgares, Christo, vti saxo angulari, jungamini.* Προσερχομενοι vero magis in *homines* convenit, quam in *lapides*, quibuscum homines h. l. comparantur. *Venerationis* autem significatio, qua προσερχεσθαι ex hebr. קרב ab interpretibus hic sumi solet, ab hujus quidem loci contextu prorsus aliena videtur. Λιθος, paulo generalius pro λιθος ακρογωνιαιος, cui Christus in loco isto Psalmi ab omnibus comparari putatur. vid. ad v. 7. Vsus vero semel hac lapidis imagine, epitheton addit, quo vulgaribus lapidibus opponitur λιθος improprie sic dictus, ζων, i. e. *vel* omnino *vita* atque *vi praeditus*, vi opp. lapidum

δεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον. καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδο-

vulgarium, *qui vita carent;* (vti θυσια improprie sic dicta, addito epitheto ζωσα Rom. 12, 1. sacrificiis vulgaribus, antequam Deo offerebantur, *trucidari* solitis, a Paullo opponitur,) vel ζων hic, *Grotio* judice, valet, quod alias audit: λογικον, καινον, πληρωμενον, πνευματικον, vt sit: *lapis vulgaribus lapidibus longe praestantior, lapis illustriori sensu sic dictus.* vid. nos ad 1, 23. Quid praeferam ipse, nescio, cum vsus loquendi, nexusque ratio vtramque significationem admittat. Προς λιθον ζωντα, vero accipe pro; ὡς προς λ. ζ. idque sic circumscripserim: ὁς λιθος μεν καλειται, vel: ὁς λιθῳ μεν ὁμοιωται, εν ἱεροις γραμμασι, αλλα λιθος εστι ζων. cf. v. 5. vbi plenius dicitur ὡς λιθοι ζωντες. Similis ellipseos exemplum habes apud *Sophocl.* OEd. Col. v. 138.

Μη μ' ικετευω προσιδηῖ' ανομον.

vbi Schol. λειπει το Ὡς, ἱν' ᾖ: ὡς ανομον. Plura exempla collegit *Lamb. Bos* ellips. s. v. ὡς p. m. 367. Ανθρωποι, paullo generalius pro οἱ οικοδομεντες. vid. v. 7. Αποδοκιμαζειν, q. εξωθενειν, *reprobare, verwerfen, für untauglich zum Eckstein erklären.* Παρα τῳ Θεῳ, et ενωπιον τυ Θευ, respondent formulis hebraicis לפני יהוה, et בעיני יהוה, i. e. *ex ipso Dei judicio*, quibus quidem tam V. quam N. T. scriptores haud raro vti solent ad superlativum, quem vocant, exprimendum, ita vt παρα τῳ Θεῳ εκλ. και εντιμον accipi possit pro μαλλα εκλεκτον και εντιμωτατον; malim vero ex oppos. ὑπο ανθρ. verbis inhaerere, vt sensus sit hic: lapis quamvis *ab aedificantibus* spretus, *a Deo* tamen maximi factus. Εκλεκτος hebr. בחור, *caeteris praestantior*, est epitheton, quod Christo etiam praeter hanc cum lapide comparationem tribuitur. Luc. 23, 35. Εντιμος, de lapidibus dictum, est *pretiosus*. Ceterum haec I. C. cum lapide angulari comparatio ab aedificantibus rejecto, a Deo autem electo, ad adumbrandam Iudaeorum crudelitatem spectare, qua Christum, εκλεκτον υἱον τυ Θευ, omni suppliciorum genere excruciatum, de medio tollere ausi erant, vix est quod moneamus.

5. Και, ex hebr. ו apodosin hic indicare putaverim. Gen. 28, 22. Αυτοι, pro ὑμεις αυτοι. Ὡς λιθοι. Ad hanc Christianorum cum lapidibus comparationem inde deductus esse videtur ap. quod Christum paulo ante cum λιθῳ ακρογ. comparaverat,

δομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνε-

VARIAE LECTIONES.

5. ενοικοδομεισθε pro οικοδομεισθε, A. ex emendatione. C. εποικοδομεισθε vero 27. 33. 36. 39. 46. Ed. *Colinaei*. Verſ. *Vulg. Cyrillus* de Adorat. p. 330. Glaph. p. 331. 427.

Ibidem ante ἱεράτευμα ſupplent εις AC. 5. 7. 15. 27. 29. 36. Verſ. *Copt. AEthiop.* Codd. *Latini Origenes* c. Celſ. p. 391. *Cyrillus* Glaph. *Euſebius* in Pſ. 63, 4. *Procopius* in 2 Reg. 7. *Fulgentius* ad Monim. 2. Interpretamentum lectioni ſubeſſe videtur.

verat, Levitaeque apud Hebraeos lapides templi dici ſoliti erant, vnde facilis erat eiusdem ſimilitudinis ad Chriſtianos omnes translatio. Ζωντες, eodem ſenſu, quo v. 4. Ex tanta locorum *a Wetſtenio* collectorum abundantia hunc praecipue, niſi vnice, huc pertinere exiſtimavimus: *R. Alſchech* in Hagg. 2, 10. *Parietes ſpirituales, quia homines pii ſunt praecipuum templum.* Οικοδομεισθε, ſc *tanquam ſuper Chriſto, lapide angulari;* quaſi ſcripſiſſet Petrus εποικοδομεισθε. vid. var. lect. cf. Eph. 2, 20. Οικος, ex hebr. בית Petrum de ἱερῷ, ſ. ναῷ potiſſimum intellexiſſe, inde ſuſpicor, quia ſtatim ad metaphoram, a *pontificibus*, ſacrificiis in *templo* offerendis, potiſſimum occupatis, repetitam, delabitur. Οικος πνευματικος, vero pro ὡς ο. π. idque paullo conciſius, pro: εις το ειναι, vel γινεσθαι ὑμας οικον πνευματικον. Jam praemiſſa hac verborum ſingulorum explicatione, ſumma ſententiae v. 4. priorisque hujus comm. partis, haec eſſe videtur: *Si vos tanquam lapides ad Chriſtum velut lapidem angularem acceſſeritis, futurum eſt, vt inde ſurgat templi moles, cultui divino conſecrati;* h. e. ſi a tropo receſſeris: *ſi vos ad Chriſti, ſummi doctoris veſtri, exemplum totam vitae veſtrae rationem compoſueritis, ejusque praeceptis morem geſſeritis, neceſſe eſt, vt vos, diverſis ſtudiis hactenus diſtracti, ad mutuum animi, ſtudiorumque conſenſum adducamini, et in vnum quaſi hominum coetum, quibus cultus divinus curae cordique eſt, magis magisque colligamini, ita vt* οἱ πολλοι ἑν σωμα ωσι. Rom 12, 5. Aliam vero ſatis ſingularem *Vitringae* aliorumque ſententiam, *fideles, qui modo cum infantibus recens natis comparati erant, nunc* λιθος ζωντας *appellari, facta ad voces hebr.*

ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ

בן filius *et* אבן lapis, *verbumque* בנה aedificavit, *alluſione*, quis quaeſo ferre potuerit? Quod tamen Petrus in hoc potiſſimum diſputandi genus a *templo* repetitum inciderit, ejus rei cauſa in falſis, et, ex eo, quod de arcae foederis abſconſione tradebant, oriundis, Judaeorum, de tertio quodam templo, olim a Meſſia aedificando, commentis, quaerenda videtur; ſub quo quidem templo imperitiores templum materiale, ſapientiores vero ſpirituale (בית רוחנית) intelligebant; (loca in vtramque ſententiam vid. ap. *Eiſenmengerum:* Entd. Judenth. T. II. p. 860. ſqq. et *Buxtorfium* in hiſt. arcae foed. c. 23. exſtat in *Vgolini* theſ. Vol. VIII, p. 330. ſqq. Plura vero, qui de fallaci hac atque inani Judaeorum ſpe, inprimis vero de argumentis ejus, Chriſtianorumque doctorum contra motis dubitationibus noviſſe cupit, adeat ante omnia D. *Chryſoſtomum* orat. 3 et 5 adv. Judaeos et *Mart. Raymundum* pug. fid. par. 2. cap. 9. §. 14. 15. 16.) quanquam tamen etiam horum commentorum nulla ratione habita, totum hoc diſputandi genus vel ex vnico loco Pſalmi v. 4. allegato commode deduci poſſe crediderim. Jam vero Petrus, cum *templi* paulo ante mentionem feciſſet, cogitando devolvitur ad comparationem longe aliam, nimirum cum *ſacerdotibus* inſtituendam. Ἱεράτευμα ἅγιον, pro ὡς ἱερ. ἁγ. idque iterum pro: εἰς το εἶναι vel γινεσθαι ἱ. ἁ. Ἱεράτευμα ἅγιον, pro ἱερεῖς ἅγιοι, (cf. Exod 19, 6. vbi LXX) vt ἀδελφότης v. 17. et 5, 9 pro τοις ἀδελφοις, σοφον ἀστρονομικα apud *Diog. Laërt.* 1, 34 pro σοφος ἀστρονομος, *aviditas* et *pudor* ap. *Phaedrum* 2, 1 pro *avido* et *verecundo*, *legatio* apud omnes fere Latii ſcriptores pro *legatis*, et, apte ad hunc locum, noſtrum *Prieſterſchaft*, *Geiſtlichkeit*, pro *Prieſter*, *Geiſtliche*. Ἅγιον, קדש, dicitur hoc ἱεράτευμα, quia ſacerdotes non niſi *integri*, *ſcelerisque puri* eligi ſolebant. (vid. nos ad 1, 2.) Atque haec ipſa *integritatis* ac *innocentiae* notio in hac Chriſtianorum cum ſacerdotibus comparatione vnice tenenda videtur, quaſi ſcripſiſſet Petrus: εἰς το εἶναι ὑμας ἁγιας ὡς οἱ ἱερεις. Ανενεγκαι, reſolve per ὥστε vel εἰς το ανενεγκαι (ſc. ὑμας,) quae propria eſt de *ſacrificiis offerendis* loquutio. vid. nos ad Jac. 2, 21. Θυσιας, ne vocem hanc de ſacrificiis proprie ſic dictis intelligant Chriſtiani, apoſtolus addita voce πνευματικας, (vt Rom. 12, 1. epitheto θυσια ΖΩΣΑ,) providet, i. e. *ſacrificia, quae animo quaſi offeruntur*, verbo:

Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διότι περιέχει ἐν τῇ γραφῇ·

VARIAE LECTIONES.

6. διοτι pro διο και tuentur AC. 1. 2. 4. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 24. 26. 27. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 43. 45. 47. 51. Ed. *Complut. Plantin. Genev.* Verſ. *Vulg. Syr. vtr. Cop.* probb. *Millio* prol. 983. *Wetſtenio.* Quare etiam a *Bengelio* et *Griesbachio* in textum ipſum receptum eſt.

Ibidem. ἡ γραφη pro εν τῃ γραφῃ habent. C. 7. 14. 27. 29. 33. exemendatione. 38. Verſ. *Vulg. P. Junius.* Sed vel refictus eſt contextus graecus ad verſ. Vulg. vel a ſciolo aliquo, qui genuinam lectionem, quia vulgaris non eſt, concoquere non poterat, graecum aliquod exemplum interpolatum eſt, vnde in reliqua tranſiit.

verbo: *pia animi ſenſa, morumque innocentia.* vid. *Schoetgenium* in h. l. Ευπροσδεκτος, alias ευαρεστος, *Deo acceptus.* Hebr. רוח ניחוח, οσμη ευωδιας τῳ Θεῳ. Lev. 1, 9. Ευπροσδεκτος vero reſolve per: τοιαυται γαρ θυσιαι ευπροσδ. εισι τῳ Θεῳ. Τῳ Θεῳ, ſive ex communi ratione ad ευπρ. ſive ad ανενεγκ. retuleris, ſenſus vtrinque idem. Δια I. X. ſi ad ανενεγκαι rejeceris, ſenſus hic eſt: *per Chriſtum, cujus doctrinae, mortique ſalutari vim ad bene beateque vivendum acceptam referimus;* ſi vero, quod praetulerim, cum propiori ευπρ. junxeris, δια I. X. vertendum: *propter Chriſtum, qui peccata noſtra morte cruenta, in cruce perpeſſa, expiavit.*

6. Apoſtolus jam ad argumentum commatis 4 rediturus, loco V. T. Chriſtum cum lapide angulari comparari, eosque, qui ad hunc lapidem confugiant, beatos praedicari, oſtendit. Διοτι περιεχει εν τῃ γραφῃ, eſt V. T. loca allegandi formula, in N. T. haud amplius obvia, eaque non minus bene graeca, ac ſi ſcripſiſſet ap. διοτι περιεχει ἡ γραφη, (vid var lect.) dummodo vel, *Grotio* judice, ſuppleveris ſic: διοτι περιεχει ἡ περιοχη, Act. 8, 32. vel, quod praetulerim, verbum περιεχει, pro more Graecorum, *neutraliter* ſ. *paſſive* acceperis pro: περιεχεται, *quia continetur in ſ. ſ.* Nos: *weil es in der Schrift heiſst* i. q. alias διο λεγει ἡ γραφη; Petrum enim, quae *Surenhuſii* (in βιβλ. καταλλ. p. 687.) ſententia eſt, in adhibendo voc. περιεχει de *ſummario complexu* plurium locorum (Jeſ. 28, 16. Pſ. 118, 22. Jeſ.

γραφῇ· „Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον,

8, 14) ex quibus ea, quae proxime sequuntur, petita sint, cogitasse vix crediderim. Locus nostro simillimus, observante *Krebsio*, deprehenditur apud *Josephum*, ant. 11, 4. 7. vbi Darius dicitur literis, ad praefectos suos missis, haec addidisse· βέλομαι γενεσθαι παντα, καθως ΕΝ ΑΥΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ. *Herodoti* vero locus, a *Raphelio* laudatus, ab hujus loci nexu prorsus videtur alienus. Jam sequitur ipse locus Jes. 28, 16. isque, prout memoria eum tenebat, ab ap. expressus, siquidem neque cum versione LXXvirali, neque cum textu hebr. conspirat. In loco ipso vero, nexu suo apud prophetam explicando, mira cernitur interpretum varietas atque dissensio. *Vitringa* λίθον ακρ. ex mente prophetae de *Messia*, quem lapidi angulari similem reddere Deus constituerit, intelligendum esse, nullus dubitat; sed quomodo propheta in describenda Judaeorum impietate comminandisque supplitiis divinis in vaticinium de salutari Christi adventu incidere potuerit, equidem non assequor. Magis mihi arridet *Ill. Michaëlis* sententia, qui totum hunc locum, praeeunte *Grotio*, qui tamen regni Messiae notionem animo prophetae prorsus excludi non vult, de stirpe *Davidica*, ex tanta gentis Judaicae calamitate servanda, interpretatur. *S. V. Kopius* denique (ad *Lowth* T. 3. p. 114. 115.) huic loco subesse putat imaginem hanc: *Gott*, inquit, *legt auf Zion einen Stein, vest, wohlgegründet, und stellet auf ihn hin* Recht *und* Gerechtigkeit, *mit Schnur und Wage, zu messen das Maas der Sünden der Nation, zu wägen ihre Thaten; und plötzlich stürzen Hagel herab, Fluthen brechen ein, und Jehovens Arm zerstört Land und Volk.* cf. 2 Reg. 21, 13. ita, vt, imagine remota, sensus remaneat hic: *exseram vim meam divinam e Sione, vt servem, qui ei confidant, perdam vero, qui eam spernant.* Perplacet sententia haec, veteri poëta vtique dignissima, excepto tamen hoc vno, quod, quo ipse lapis *angularis*, cui Justitia Dea imposita fingitur, spectet, non prorsus perspectum habeam. Mihi quidem in hoc loco perlegendo tam ad verba contumeliosa, quae Iudaeis, in describenda impietate eorum, commate praeced. tribuuntur: שיט שטף כי עבר לא יבואנו, (καταιγις φερομενη εκν παρελθη, ϗ μη ελθη εφ' ἡμας.) quam ad minas divinas, apte ad convicia illa v. 17. sic expressas: וסחר מים ישטפו, (ὁτι ϗ μη παρελθη ὑμας κατ-

ναῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ

καταισχ.) attendenti, propheta, *felicitatem* atque *securitatem* eorum, qui ad Deum confugiant, adumbraturus, ex his ipsis verbis a fluvio omnia inundante, secumque rapiente, repetitis, et ad exprimendam *calamitatem* ipsorum translatis, in tropum oppositum, a lapide angulari, in quo vnicam *inconcussae firmitatis* atque *securitatis* notionem teneri velim, repetitum, deductus esse videbatur, ita vt sensus hujus commatis, inter convicia Judaeorum, minasque divinas interjecti, tropo remoto, rediret fere ad haec: *En Deus, qui Sionem montem inhabitat, omnipotens est, ita vt is, qui ad eum confugit, inconcussa fruatur securitate atque felicitate.* Sed videant intelligentiores, satisne placeat haec interpretatio. Plura vero de hoc loco ex mente prophetae explicando dicere, ab hujus quidem loci consilio alienum videri possit, dum ex his jam ita dictis satis appareat, prophetam in h. l. pronuntiando proxime de Messia neque cogitasse, neque cogitare potuisse. Petrus igitur, qui λίθον ακρ. ad *Christum* transtulit, vel locum prophetae, alio nexu atque consilio pronuntiatum, ad Christum *accommodavit*, vel male de Christo ipso *interpretatus est.* Quae quidem *accommodatio* s. *interpretatio*, si conjecturae locus est, ex Ps. 118, 22. oriunda videtur, in quo quidem psalmo, aevo apostolico vnanimi consensu de Christo explicari solito, cum Christus conferri cum *lapide angulari* crederetur, factum hinc esse putem, vt omnis V. T. locus, in quo de λίθῳ ακρ. sermo erat, ad regnum Messiae adumbrandum revocaretur. His jam ita praemissis, sensum hujus V. T. effati sic sibi animo concepisse videtur apostolus: Ἰδὲ, הנה, particula excitativa, et transitiva. Τίθημι, sc. ἐγω ὁ Θεος, quem loquentem inducit propheta. Σιων, hoc nexu pro *tota Judaeorum terra atque gente* ponitur. Λίθον ακρ. ex Petri mente ad Christum referendum esse, dubio caret. Vtrum vero ad saxa *asylorum*, quae *Ill. Michaëlis* angulis templorum olim inserta fuisse contendit, an ad lapides *angulares*, nulla asylorum ratione habita, respexerit apostolus, decernere non ausim. Praefero tamen posterius, propter v. 4 et 5, in quibus de solis lapidibus *angularibus* sermo erat. Ἐκλεκτον, ἐντιμον, vid. ad. v. 4. In textu hebr. exstat בחן, pro quo LXX interpp. non male בחור legisse videntur. Καὶ — καταισχυνθῇ. Verba haec Paulus Rom. 9, 33. ita

7 οὐ μὴ καταισχυνθῇ." ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπει-

exprimit: και πας ὁ πιστευων επ' αυτῳ, ȣ καταισχυνθησεται. Ὁ πιστευων επ' αυτῳ, sc. τῳ λιθῳ ακρ. *qui animo fidenti ad hunc lapidem confugerit.* Ου μη καταισχυνθῃ. Textus hebr habet יחיש, Alexandrinos igitur vel יחיש *pudoris* significatione accepisse, vel יבוש legisse, *S. V. Koppius* ad Rom. 9, 32. jam observavit. Καταισχυνεσθαι *pudore suffundi* vero, ex veteri loquendi genere h. n. est *spe frustrari, miserum fieri.* Rom 5, 5. 9, 33. Jam metaphora remota mens Petrina haec esse videtur: *En, ego Jehovah ex gente Judaica Jesum Messiam prodire jubebo, qui, vti lapis angularis totius aedificii molem sustinet, sic doctrina atque passione sua felicitatis vestrae vnicum ac firmissimum erit fundamentum. Beatus ille, qui omnem felicitatis spem in eo reposuerit!*

7. Iam pergit ap ad argumentum v. 6. ad Christianos applicandum. Τιμη ex vsu loquendi omnium linguarum communi pro concreto τιμιος, vel εντιμος acceperim, (cf. v. 6.) quanquam non eo audaciae procedere ausim, vt εντιμος cum *Flacio* pro genuina lectione habeam, cum altera vox cum altera non sine summa negligentia permutari potuerit, nec vlla codicum hic observatur varietas. Totam igitur formulam ὑμιν - πιστ. resolverim sic: ὑμιν ȣν ȣτος ὁ λιθος ακρογωνιαιος εντιμος εστι, (s. δοκει,) διοτι πιστευετε εις αυτον, *vobis hic lapis res videtur pretiosa, quia animo fidenti ad eum confugistis,* i. e. si a tropo recesseris: *vos quidem honore prosequimini I. C. quia fidem habetis doctrinae ejus, omnemque felicitatem ab eo exspectatis.* Iam ea, quae sequuntur, ap. apte ad proxime superiora sic exprimere potuisset: τοις δε μη πιστευȣσι ατιμος εστιν ὁ λιθος, *impios autem vita atque doctrina ejus offendet.* Insignis vero habebatur in hanc sententiam locus Ps. 118, 22. arcte jungendus cum Ies. 8, 14. quare his potissimum locis ad exprimendam hanc sententiam vti maluit. Quare nolim ante λιθον verbum τιθημι vel λεγεται, vel simile quid suppleri. Posteriori autem loco de *immunitate ab Assyriorum jugo*, priori vero de *rege* sermo esse videtur, qui, post hostes profligatos, in regnum redux, et jam ante portas Sionis vna cum foederis arca constitutus, canendo in formulam istam proverbialem, cujus speciem prae se fert, erupisse videtur: λιθος ὁν &c. i. e. *res diu spretae ad magnos saepissime evehuntur honores; sic et ego, quem hostes diu spernebant,*

ἀπειθοῦσι δὲ, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος

VARIAE LECTIONES.

7. λίθος, loco λίθον, habent A. 9. 19. ex emendatione. 25. 39. ex emendatione. Verſ. *Vulg. Copt. OEcumenius.*

Ibidem. λίθον-- και omittit *Syrus*, idque recte factum cum *Grotio* contendunt *Millius* atque *Pfaffius*, (in diſſertat. de var. lect. N. T. p. 143.) verba haec ex Matth. 21, 42. immature huc relata eſſe, exiſtimantes. Sed ejusmodi conjecturam, in tam vnanimi omnium codd. conſenſu qui haec verba tuentur, locum habere non poſſe, vix eſt, quod moneamus.

bant, regemque recuſabant, rex et victor in regnum jam redituruſ ſum. Fieri tamen potuit, vt menti prophetae, in pronuntiandis his locis praeter ſenſum hunc, quem nexus requirit, ſimul inhaereret *Meſſiae* cogitatio, quam Petrus ſaltem his verbis ſubjeciſſe videtur, ex mente ejus jam ſic explicandis: Απειθασι δε, vi oppoſiti πιστ. pro τοις μη πιστευσι δε, idque reſolverim per: τοις λοιποις δε, διοτι μη πιστευσι εις αυτον. Λιθον ὁν, paulo negligentius pro λιθος (ὁτος) ὁν, ſicut 1 Cor. 10, 16. τον αρτον ὁν κλωμεν, ουχι κοινωνια, pro ὁ αρτος, ὁν κλ. κ. τ. λ. Recte *Grotius*: „Eſt conſtructio, qualis „illa: *urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt*“. Quemadmodum enim *pronomina relativa* ſaepiſſime caſu eo adhibentur, quo *ſubſtantivum paulo ante poſitum erat*, non eo, quem verbum, cui jungitur, requirit; ſic etiam verſa vice *ſubſtantiva* non ſemper caſu eo pronuntiantur, quem verbum poſcit, ſed eo, quo *pronomen relativum, quod ſequitur*, enunciatum eſt. *Schoergenius* vertit: *quod ad lapidem attinet* (κατα δε τον λιθον,) *quem aedificantes rejecerunt, factus is eſt angularis.* Recte per ſe, ſed, ſi comma integrum nexu ſuo perlegeris, magna duritie hanc verſionem laborare videbis. Ceterum hunc λιθον ex Petri mente ad *Chriſtum* ſpectare, notatione vix indiget. Αποδοκιμαζειν, *pro inutili declarare.* vid. *Raphelium* et *Elsnerum.* Οικοδομουντες, pro οι αρχιτεκτονες, more Hebraeorum, participia pro ſubſtantivis adhibendi. Intelligendos eſſe ſenatores magni ſynedrii *Petrus* docet, qui, eosdem alloquens ὑφ' ὑμων, inquit, των ΟΙΚΟΔΟΜΟΥΝΤΩΝ. Act. 4, 11. Ουτος, vel ad corrigendum accuſativum λιθον, quem pro nominandi caſu adhibuerat, vel ex hebraiſmo, ad augendam vim orationis repetitur. Verterim: *lapis, ab aedificantibus*

οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ λίθος προσκόμμα-
8 τος καὶ πέτρα σκανδάλου· οἳ προσκόπτουσι τῷ

ſpretus, ille ipſe lapis &c. Εγενηθη εις κεφ. γων. pro εγ. κεφαλη γ. ſubeſt huic dicendi formulae in *Petri* ſcripto vtique hebraiſmus (Gen. 2, 7. alibi) quamvis etiam ap. *Thucyd.* l. I. §. 13. eadem formula occurrat: τριηρεις τε, inquit, περι την Σικελιαν τοις τυραννοις ΕΙΣ ΠΑΗΘΟΣ ΕΓΕΝΟΝΤΟ. Κεφαλη γωνιας vero eſt hebr ראש פנה, ad verbum translatum, *lapisque angularis*, graece λιθος ακρογωνιαιος. cf. v 6. Eph. 2, 20. Hebr. ראש enim quamlibet *extremitatem* ſignificare poteſt: *extremitas anguli* (ר.פ.) tum ponitur pro *lapis extremus anguli*, i. e. *lapis angularis*. Και &c. ex Iesaiae loco (8, 14.) hic annectuntur. Voc. και vero h. l. acceperim pro τουτ' εστι, cum ea, quae ſequuntur, ad explicanda proxime ſuperiora addita eſſe videantur. vid. infra. Και λιθος, conſtructione paulo inverſa, pro: και εις λιθον, &c. Λιθος προσκομματος, אבן נגף, et πετρα σκανδαλα, צור מכשול, mere ſunt ſynonyma, paralleliſmi cauſa ſic expreſſa, et hoc fere modo reſolvenda: λιθος, εν ω προσκοπτεται, πετρα, εν ᾗ σκανδαλιζεται; *ein Stein an dem man anſtöſst, ein Fels, über den man ſtrauchelt.* Jam totus hic locus reddi et ad Chriſtianos revocari ſolet ſic: *improbis idem ille lapis, quem aedificantes pro inutili declararunt, per ſe quidem eſt lapis angularis, at vero ſimul lapis offenſionis*, i. e. ſi a metaphora receſſeris: *Chriſtus quidem ad recuperandam etiam impiorum ſalutem a Deo miſſus eſt, ipſorum vero incredulitate fiebat, vt hujus ſalutis haud fierent participes:* Cf. Luc 2, 34. Sententia quidem per ſe vtique veriſſima, ex huius tamen loci contextu aliquanto durius elicienda. Putem ego, verba και λιθος &c. ad explicanda verba: και εγενηθη εις κεφαλην γωνιας, ab ap. addita, adeoque κεφ. γων. non minus ac λιθ. προσκ. et πετρα σκ. intelligenda eſſe de *lapide offenſionis*. Lapis enim angularis, cum prae caeteris emineat, ſaepius vſu venit, vt praetereuntes culpa ſua ad eum offendant. Verterim igitur ſic: *lapis, ab aedificantibus rejectus, iis factus eſt lapis vere angularis, h. e. lapis offenſionis et ſcandali.* Tropo autem remoto ſenſus remanet hic: *ſibimet ipſi miſeriam contraxerunt eo, quod Chriſtum ſpreverunt doctrinamque ejus rejecerunt.* Cf. v. 8. qui etiam nolenti hanc interpretationem obtrudit.

8. 9. 10. Comma 8, ſi quid judico, ad explicanda ea, quae

v.

τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν· ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος 9
ἅγιον,

v. 7. inde ab απειθουσι — σκανδαλα, commata 9 et 10 vero ad illuſtranda ea, quae inde ab υμιν — πιστευουσιν ibidem paulo obſcurius dicta erant, addita eſſe videntur. Προσκοπτειν *offendere*, et metaphorice *ad peccandum aliqua re ſollicitari*, tropo a lapide, in quem impingimus, repetito. Matth. 4, 6. Nos eodem ſenſu: *an einer Sache Anſtoſs nehmen.* Sic etiam ap. *Sext. Empir.* legitur a. rhet 74 ΠΡΟΣΚΟΠΤΟΥΣΙ δε οι πολλοι τη τε λογε περιεργια. Λογος, *religio chr.* Iam aliis τῳ λογῳ ad προσκοπτουσι, aliis ad απειθουντες (coll. 3, 1. 4, 17.) nobis ad vtrumque referendum eſſe videtur, quapropter ab interpunctione omnino abſtinuimus. Senſus autem bifariam conſtitui poteſt, vel ſic: οι προσκοπτουσι τῳ λογῳ εκεινοι εισι οι τῳ λογῳ απειθουσι, quaſi ſcripſiſſet ap. ſic: το δε προσκοπτειν εστι τῳ λογῳ απειθειν; vel ſic: οι προσκοπτουσι, δια τουτο προσκοπτουσι, διοτι τῳ λογῳ απειθουσι, conſentiente *Syro*, ſic reddente: *et offendunt in ipſum, propterea quod non credunt ſermoni.* Εις ὁ, pro εις αυτο τουτο δε ſc. το προσκοπτειν και απειθειν. Ετεθησαν, (ſc. παρα τε Θεε,) ex hebr שום Ioh. 15, 16. Act. 13, 47. 1 Theſſ. 5, 9. i. q. alias ὁρισμενοι, vel προορισμενοι εισι, nempe quia ex veteri iſta cogitandi, dicendique ratione, quicquid etiam mali hominibus evenit, Deus id non tantum, vti nos loquimur, permiſiſſe, ſed aeternum conſtituiſſe, atque adeo ipſe ſua vi produxiſſe credebatur, dicebaturque. Sententia haec: *quae quidem fuit ſors ipſorum. So ſchien es ihr Loos mit ſich zu bringen.* Argutias interpretum in h. l. explicando vid. apud ipſos, inprimis vero apud *Wolfium.*

9. Ὑμεις δε, ſc. εστε. Γενος εκλεκτον, Iſ. 43, 20. pro λαος εκλεκτος, de quo vid. ad 1, 1. et Iac. 2, 5. Ἱερατευμα, eodem ſenſu, quo ſupra v. 5. Ἱερατευμα βασιλειον. Sic Alexandrini Exod 19, 6. vnde repetita eſt haec loquendi formula, parum accurate reddunt hebr. ממלכת כהנים, quod graece potius ἱερεων πολιτεια audire debuiſſet, i. e. *respubl. civitas, ſocietas*, *quae meris pontificibus conſtat*; ein Prieſterſtaat (ממלכה enim, vt ממלכת, eſt *regnum, cui imperatur*,) ſicque apud Moſen l. c. Iſraëlitae, apud noſtrum vero h. l. Chriſtiani translate vocantur, et quidem vel *pietatis* (vid. v. 5.) vel, quod praetulerim, *ſanctitatis* h. e. *conjunctioris cujusdam cum Deo neceſſitudinis*, *indeque*

ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγεί-

λητε

deque ſponte fluentis ſingularis cujusdam, prae quocunque alio hominum genere, dignitatis ſenſu, quae, ex Petri mente, non ſolum in ſacerdotibus Iudaeorum, ſed in *omnibus omnino Chriſtianis* cernebatur. Interpretes vero, quos inſpexi, omnes, verba ἱερατ. βασ. de *imperio ſpirituali*, quod in libidines animique affectus exercetur, intelligere, illudque *Ciceronis* pro Sylla: *regium eſſe, nulli ſervire cupiditati*, aliaque veterum loca huc trahere ſolent. An textui hebr. ſatis convenienter, viderint alii. Ceterum inter Judaeos traditio erat, verba illa Exod. 19, 6. in N. T. implenda eſſe. *Tanchuma* Fol. 31, 3. *Vbicunque Deus in lege vtitur voce* לי, mihi, *ea res* בע״הז ולע״הב *in V. et N. T. occurret;* e. c. *de Iſraële ſcribitur* Exod 19, 6. *Et vos mihi eritis regale ſacerdotium in V. et N. T.* Εθνος ἅγιον, עם קדש, *populus Deo inprimis carus et acceptus*, eſt nomen honorificum ex Deuter. 7, 6 et 14, 2 iterum a Judaeis ad Chriſtianos translatum Cf. *Philo* de Abr. p. 357 E. Την δε περισεμνον, τριαδα και περιμαχητον ένος ειδȣς επιλεγομενȣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ἹΕΡΑΤΕΥΜΑ, και ΕΘΝΟΣ ἈΓΙΟΝ οἱ χρησμοι καλȣσι. Targum Hier. *Et vos eritis nomini meo reges, et ſacerdotes, et populus ſanctus.* 2 Macc. 2, 17. Περιποιησις, eſt *acquiſitio, vindicatio alicujus rei.* Λαος εις περιποιησιν, pro λαος περιποιηθεις, vel λαος, ὁν περιεποιησατο' ὁ Θεος, *populus, quem Deus ſibi in peculium adſcivit;* ſenſu i. q. λαος ἁγιος paulo ante, et περιȣσιος. Tit. 2, 5. Cf. cum l. n. Eph. 1, 14. 1 Th. 5, 9. 2 Th. 2, 14. Hebr. 10, 39. Hebr. עם סגלה, Deuter. 7, 6. coll. Exod. 19, 6. Mal. 3, 17. Ceterum ap. ſynonyma ſynonymis accumulavit, ad exhauriendam *pietatis, felicitatisque* notionem, quam in honorificis hisce Judaeorum cognomentis, ad Chriſtianos translatis, vnice quaerendam eſſe, nexus cum ſeqq. requirit. Ὁπως, verterim: *in keiner geringern Abſicht, als daſs ihr* &c. Αρεται, quoties Deo tribuuntur, ſunt *laudes atque attributa ejus omnino*, alias vno verbo δοξα, (hebr. כבור, הוד, הדר, תהלה, Abac. 3, 3 Zach. 6, 13. Ieſ. 42, 8. 12. 43, 21. 63, 7.) comprehendi ſolita, (cf. *Philo* de nom. mut. p. 1073. B. Πολλη δε αγνοια νομιζειν τας Θεȣ ΑΡΕΤΑΣ, τας αρρεπεις και παγιωτατας χωρησαι ψυχην ανθρωπȣ δυνασθαι — ακρατȣς μεν γαρ αναγκαιον ειναι τας τȣ Θεȣ ΑΡΕΤΑΣ. vid. *Loeſnerum.*) inprimis vero, provt nexus re-

λητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ

requirit, ſumma ejus *potentia* 2 Petr. 1, 3. et *benignitas* hoc voc. inſignes ſunt. Vtroque ſenſu, propter pluralitatis numerum etiam h. l. acceperim. Cf. de hac *humanitatis* et *benignitatis* ſignificatione vocis αρετης *Philonem* de charit. p. 711. B. Επαποδυεται δ' αυτος αὑτῳ και αγωνιζεται, πολυτροπος ων ΑΡΕΤΗι και τινι ΕΥΤΡΟΠΙΑι χρωμενος προς τας καλας ὑφηγησεις. et *Joſephum* ant. 17, 55. in oratione Damaſceni pro Herode: Μαλιστα δε την ΑΡΕΤΗΝ επιπολυ εξηγειτο τȣ βασιλεως, ᾗπερ εις τε τροφας και παιδευματα χρησαμενος των ὑιεων. Plura dabunt *Krebſius* atque *Loesnerus*. De *potentiae* vero ſignificatione vid. *Heſ.* qui αρετην reddit per θειαν δυναμιν, et *Heſiod.* Εργ. v. 313. coll. *Plutarch.* de aud. poët. p. 24. Cf. etiam loca ea, in quibus αρετη plane vt lat. *virtus* pro *bellica fortitudine* adhibetur. *AEl.* V. H. l. 3. c. 23. *Theognis* IX. 1072. et *Etymol. M.* Εξαγγελλειν, i. q. alias διαγγελλειν, εξηγεισθαι, ὑμνειν, επαινειν, &c. Εξαγγελος *Heſ.* αγγελος, ὁ τα εσω γεγονοτα τοις εξω αγγελλων. et *Euripid.* Hippol. 776. Sch. εξαγγελος δε, ὁ τα πεπραγμενα ενδον της σκηνης τῳ χωρῳ αγγελλων. ὁπως — εξαγγ. igitur ſic reddiderim: *vt verbis factisque benignitatem divinam praedicetis*, (*damit ihr einen redenden Beweis der Güte Gottes abgebt.*) Loca ſimilia ſunt *Arrian. Epict.* 3, 24. Κακεινοι καθημενοι τας εμας ΑΡΕΤΑΣ ΕΞΗΓΟΥΝΤΑΙ — και εμε ὑμνȣσι. *Philonis* de Somn. T. I. p. 658, 26. Ινα — ἈΔΗιΣ μȣσικως τας τȣ οντος ΑΡΕΤΑΣ. *Polybii* p. 1411. qui habet εξαγγελλειν τας πραξεις. Τȣ — φως, eſt mera, ſed apta ad h. l. periphraſis τȣ Θεȣ, ſiquidem hac ipſa periphraſi continetur id, quo αρετη, benignitas illa divina, conſpicua eſt, quaſi ſcripſiſſet ap. ſic: ὁπως αρετ. τȣ Θεȣ εξαγγ. εκαλεσε γαρ ὑμας &c. Καλειν, vid. exc. 2. Σκοτος et νυξ, φως et ἡμερα, ſymbola eſſe, illud *ignorantiae*, et, vt h. l. *vitae humanae*, *flagitiis et calamitatibus funeſtae*, hoc vero *intelligentiae*, *animique*, *per religionem chr. veriora*, *melioraque edocti*, *ipſiusque*, quae ſignificatio h. l. obtinet, *ſaluberrimae lucis religionis chr.*, vix eſt, quod moneamus. Cf. inprimis de voc. σκοτος Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. Joh. 3, 19. Act. 26, 18. Rom. 13, 12. Eph. 5, 8. Col. 1, 13. 1 Th. 5, 4. 5. et de voc. φως Rom. 2, 19. 13, 12. Col. 1, 12. Θαυμαστ. dicitur haec lux, ad exprimendam *praeſtantiam* ejus, de qua vtique quisque *mirabitur*, qui εκ τȣ σκοτȣς primus ad eam acceſſerit.

10 αὐτοῦ φῶς. οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς Θεοῦ· οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες.

11 Ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδή-

ceſſerit. Dignus qui huc tranſcribatur locus *Macrob.* Sat. 1, 7. *Inde mos per ſaturnalia miſſitandis cereis coepit. Alii cereos non ob aliud mitti putant, quam quod hoc principe ab incomi et tenebroſa vita quaſi ad lucem et bonarum artium ſcientiam editi ſumus.* cf. Matth. 4, 16. Apoc. 15, 1.

10. Verba hujus commatis, quo amplificatur ſententia v. 9. repetita ſunt ex Hoſ. 2, 23. (coll. 1, 10.) et apud Alexandrinos conſentiente textu hebr. ſic leguntur: αγαπησω την ουκ ηγαπημενην, (vel ſecundum Cod Al. et ed. Ald ελεησω την ουκ ηλεημενην,) και ερω τῳ ου λαῳ μου, λαος μου ει συ. Propheta ibi, ſi nexum conſulueris, id agit, vt decem tribubus per Aſſyrios in exilium abductis, et a Deo, vt videbatur, prorſus rejectis, nova paterni amoris documenta polliceatur; vnde ſenſus hujus loci prodit fere hic: *vos, qui omni tutela mea deſtituti eſſe videmini, denuo in populum mihi peculiarem recipiam, quique nunc nihil ad me pertinere putatis, denuo cari et accepti mihi eritis.* Petrus igitur (cum Paullo Rom. 9, 25.) hunc locum propter ſimilitudinem, quae intercedebat inter Judaeos, tum temporis patria exules, gentesque nondum converſas, ad has accommodaſſe videtur. Οἱ pro: ὑμεις, οἵτινες. Ποτε, ſc. *antequam religioni chr. nomina daretis.* Ου λαος, ſc. τῳ Θεῳ ητε, *homines eratis ſcelerati atque favore divino excluſi;* vel, quod praefero, per ſe: ου λαος, *ne* populi *quidem nomine digni*, h. e. *abjectiſſimum hominum genus antea eratis.* Νυν, ſc. *poſtquam ad rel. chr. acceſſiſtis, omnemque vitam veſtram ad praecepta ejus accommodaviſtis.* Λαος Θεου, ſc. εστε, *Deo cari et accepti eſtis, vitamque vivitis felicem.* Οἱ ελεηθεντες, *olim miſerrimi, nunc beatiſſimi homines.* Ceterum, ſi quid ſentio, verba commatis 9 epiſtolam noſtram Judaeo-Chriſtianis, verba vero v. 10. ethnico-Chriſtianis ſcriptam eſſe, oſtendunt; nam gentiles, antequam converterentur ad rel. chr. non pertinebant ad *populum Dei*, quo tamen nomine Judaei ſemper inſignes erant.

11. 12. III. Nova paraeneſi ap. jam hortatur Chriſtianos, vt fugiendis foedis libidinibus, improbitatis ſuſpicionem,

πιδήμους, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτι-

VARIAE LECTIONES.

11, απεχεσθε. A. 2. 16. 20. 46. 56. Lectionar. 3. Ed. *Erasmi*, *Alii*. *Colinaei*. Verſ. *Vulg. Syr. Copt.* OEcumenius *ed.* prob. *Grotio.* Quapropter etiam *Bengelius* απεχεσθε in textum ſuſcepit, loco vulgaris lectionis απεχεσθαι, quam *Weiſtenius*, *Griesbachius*, aliique tuentur.

nem, quam ethnici de iis habebant, a ſe removeant. Αγαπητοι, q. αδελφοι. Jac. 1, 16. 19. Παροικοι et παρεπιδημοι ita invicem differunt, vt illi ſint *hoſpites in domo privata*, et *domeſticis* (οικειοις) opponantur, hi autem, vt ξενοι, *peregrini* in *republica*, *civibus* oppoſiti; quanquam etiam, vt et h. l., perſaepe invicem commutari, et pro ſynonymis haberi ſoleant; alias enim Alexandrini hebr. גרים vtroque vocabulo reddere non potuiſſent. Gen. 23, 4. Job. 31, 32. vid. *Trommium*. *Grotius* vero παροικους eſſe dicit, qui *ſedem habeant* extra patriam, παρεπιδημους autem, qui extra patriam *peregrinentur*; an cum idonea ratione, viderint alii. Quicquid vero ſit diſcrimen illud; h. n. ſaltem παροικοι και παρεπιδ. iidem illi ſunt *Chriſtiani*, *extra Palaeſtinam inter gentiles viventes*, quorum 1, 1. mentio facta erat. Ὡς παροικ. &c. vero reſolverim ſic: παρακαλω νυν προ παντων τουτους εξ ὑμων, οἱ εισι παροικοι και παρεπιδ. εν τοις εθνεσι, apoſtolusque conſilio cohortationem ad hos potiſſimum reſtrinxiſſe videtur, veritus, ne Judaeos Palaeſtinenſes, his ipſis libidinibus forſan parum obnoxios, offendat. Alii vero, iique plurimi, ſenſum hujus loci conſtituunt ſic: *vos alloquor, qui, peregrini quidem in hac vita, cives tamen futuri eſtis in vita coeleſti.* Huc etiam pertinet *locus Philonis* Qu. rer. div. her. p. 518. D. Τῳ φιλαρετῳ κατοικειν ὁ διδωσιν ὁ θεος, ὡς εν οικειᾳ γῃ, τῳ σωματι, αλλα ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ ὡς εν αλλοδαπῃ μονον επιτρεπει χωρεῖν παντος δε φαυλου συγγενες το σωματος χριον εν ᾧ μελετᾳ κατοικειν, ὁ ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ. cf. *Cic.* de offic. 1, 34. Sed vti *vitae coeleſtis* nullibi his commatibus notio injicitur, ſic etiam v. 12. manifeſte priorem rationem requirit. Απεχεσθαι επιθ. σαρκ. (alias αποτιθεσθαι, φευγειν &c. *ſich entfernt halten.*) i. q. Paulio audit: επιθυμιαν της σαρκος ὁ μη τελειν. Gal. 5, 16. σαυρουν την σαρκα συν τοις παθημασι και ταις επιθυμιαις. 24. νεκρουν την επιθυμιαν Col. 3, 5. μη ποιειν τα θελημματα της σαρκος

12 αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς· τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἔχοντες καλὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν: ἵνα, ἐν

ἐν τοις εθνεσιν εχοντες καλην

VARIAE LECTIONES.

12. εχοντες καλην εν τοις εθνεσιν. I. 2. 4. 21. 38. 40. 45. 46. 47. Ed. Complut. Eraſmi. Colinaei Plantin. Genev. Clem. Str. 3. p. 544. OEcumenius ed. Quae tamen auctoritates ad verborum ordinem ſic invertendum nobis quidem haud ſufficere videbantur.

κος Eph. 2, 3. μη κατα την σαρκα περιπατειν, Rom. 8, 1 4. 2 Cor. 10, 2. 3. ειναι, φρονειν Rom. 8, 5. ζην, 8, 13. Phil. 1, 22. quibus quidem loquendi formulis opponitur βιον ταις επιθυμ. vid. ad 4, 2. Επιθυμιαι, quid ſint, vid. ad Jac. 1, 14. Σαρκικαι vocantur, quatenus εκ της σαρκος, i. e. ex *principio illo, in homine non Chriſtiano, vnde, quicquid ille pravi facit, repetendum eſt*, oriundae ſunt. Gal. 5, 16. Eph. 2, 3. cf. *S. V. Koppii* exc. 9. in Gal. num. V. Στρατευονται κατα της ψυχης, i. q. αντικεινται τ. ψ., ſimilitudine a *militia* repetita, vt in οψωνιον Rom. 6, 23. αιχμαλωτιζειν, 7, 23. et πιπρασκειν, 14. eodem nexu a Paullo adhibitis. Libidines enim vt *hoſtes* τ. νοος conſiderari ſolent, quo quidem reſpectu etiam *M. Antonin.* 2, 17. dicit: ὁ δε βιος, πολεμος. Senſus igitur verborum αἵτινες — ψυχης hic eſſe videtur: *libidines, quae nos impellunt ad peragenda ea, quae rationi contraria ſunt* Alii: *quae pugnant cum animi noſtri ſalute.* Praefero tamen priorem rationem, in quam relege *Ariſtot.* Nicomach. 2, 2. Ὁ μεν γαρ ΑΠΕΧΟΜΕΝΟΣ των ΣΩΜΑΤΙΚΩΝ ΗΔΟΝΩΝ, και αυτῳ τουτῳ χαιρων, σωφρων· ὁ δε αχθομενος, ακολαστος. Plura ſuppeditabit *Wetſt.*

12. Την — καλην, ad v. 11. adhuc rejicienda eſſe putaverim. Καλη αναστροφη, quid ſit, vid. ad Jac. 3, 13. Καλην αναστροφην εχειν vero, pro καλως αναστρεφεσθαι vel ζην, *einen muſterhaften Wandel führen.* Εχοντες, pro imperativo και εχετε, vel δει εχειν. Εν τοις εθνεσι, *in quorum conſpectu vivitis, et a quibus ob religionis d verſitatem obſervamini.* Εν ᾧ, vel hebr. באשר, pro διοτι, vel ſuppl. χρονῳ, pro ὁταν. Loca pro hoc vſu loqu. ſatis noto, vid.

ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων, ἐποπτεύσαντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς.

Ὑπο-

vid. ap. *Wetſt.* *Grotius* vero, aliique, reddunt: *ob id ipſum*, ſc. *ob rel. chr.* ſed tum εν αυτῳ τουτῳ, vel ſimile quid, ſequi debuiſſet. Καταλαλεσι, *calumniantur*, ſc. τα εθνη των Ιουδαιων. vid. Jac. 4, 11. Κακοποιος, פּוֹעל עון, verterim per *homo ſeditioſus*, *rebellis*, propter v. 13. 14. Εκ των καλων εργων, pro: δια τα καλα εργα, *propter egregia facta*. Poſt εργων ſc. comma ponendum eſt, vt εκ των καλ. εργ. arcte jungantur cum δοξασωσι. Εποπτευσαντες, pro ἃ εποπτευσαν, vel εαν εποπτευωσι ſc. αυτα τα καλα εργα. εποπτευειν vero, quod adhuc habes 3, 2. coll. 2 Petr. 1, 16. eſt *accurate aliquid inſpicere*, (vid. *Ariſtoph.* Ran. v. 757. vbi *Schol.* et *Spanhem.* atque Od. η. v. 140. *Euſtath.* p. 497. 47. cf. *Wetſt.*) deinde pereunte emphaſi, pro *inſpicere omnino*. Δοξαζειν, de omnis generis cultu divino intelligi poteſt, quem nexus requirit. Vnde modo reddendum eſt per: *laudes div. celebrare*, modo per: *gratias agere ſummo numini* &c. Εν ἡμερᾳ επισκοπης, hebr, ביום פקדה, pro ὁταν επισκεψεται (Hom. ἡματι κεινῳ, pro τοτε.) ſc. ὁ Θεος, vel τους Ιουδαιους, vel τα εθνη, prout verbum επισκεπτεσθαι explicaveris. Επισκεπτεσθαι τους ανθρωπους vero dicitur Deus, tam ad *auxilium iis ferendum* Luc 19, 44. Exod. 20, 5. 6. quam ad *poenas iis infligendas*. Deuter. 5, 9. Ieſ. 10, 3. Vnde *Syrus*, *Grotius*, ac *patres* (*Suic.* Tom. I. p. 1177.) et interpp. fere omnes, poſteriori huic *puniendi* ſignificationi inhaerentes, locum reddere ſolent ſic: *laudent Deum tempore probationis, cum conſpicient gentes illae, ſolos Chriſtianos immunes ab illis malis, quae Judaeis ob turbulenta ac ſeditioſa ipſorum ingenia vbique locorum impendent.* (Malim vero equidem, ſi ad *Deum* haec verba revocanda eſſe, perſuadere mihi poſſem, *auxilii ferendi* ſignificationem in verbo επισκ. teneri, ſenſumque hujus loci conſtitui ſic: *vt gentes Deum laudent, pieque venerentur, quando animos ipſorum ad Chriſtum recipiendum pronos reddiderit.*) *Raphelius* vero ἡμεραν επισκ. intelligi vult de *die illo, quo epiſcopi ſ. magiſtratus publici, ad cognoſcenda hominum facta conſtituti, munere hoc cenſorio fungentes, vel poenas, vel praemia decernere ſoliti ſint* (vid. de hoc epiſcoporum munere *Xenoph.*

13 Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ

oecon. c. 9. p. 53. ed. *Bachii.* it. *Cic.* de legg. 3, 20 ex quo quidem loco sua repetiit *Columella* de R. R. 12, 3. vbi Interpp. Cf. etiam *Potter* archaeol. gr. 1, 3. *Vales.* ad *Harpocrat.* p. 134.) Vtraque vero, tum *Raphelii*, tum *Grotii*, aliorumque interpretatio nimis docta et ex longinquo repetita mihi quidem videtur. Equidem, verbi ἐποπτευσαντες, proxime praecedentis, ratione habita, ἐν ἡμέρᾳ ex hebr. ביום per *quando*, vel *quotiescunque* reddiderim, ἐπισκοπην vero ad *qualemcunque causae cognitionem* retulerim, ita vt sensus prodeat hic: *quotiescunque, causa rite cognita, de innocentia vestra constabit.* Fortasse etiam *Lutherus* idem in animo habuit, locum sic reddens: *wenn es nun an den Tag kommen wird.*

13-18. IV. Iam pergit ap. illustrare praeceptum generale v. 11. 12. per singula officia tam Iudaeo-quam ethnico-Christianis inter paganos observanda, ad commendandum ipsis *obsequium magistratibus publicis praestandum;* nec id praeter rem, cum Judaeorum animos ad seditiones contra Romanos excitandas, admodum proclives esse, (*Ios.* ant. 18, 2. 4. *Suet.* Claud. 25. Act. 18, 2.) et ea, quae supra v. 9. 10. de amore divino disputaverat, quo Deus eos in *populum sibi peculiarem* adsciverit, ab hominibus imprudentibus et malignis facile in iniquam, magistratuumque auctoritati contrariam sententiam trahi posse videret. vid. v. 16. Loca huic simillima sunt Rom. 13, 1. seqq. Tit. 3, 1. Ὑποταγητε, reciproce vertendum per: *subjicite vos.* Luc. 2, 51. Rom. 3, 7. 1 Cor. 16, 16. Eph. 5, 22-24. Jac. 4, 7. alibi. Ουν, sc. ἵνα ἐποπτευωσι τα καλα ἐργα ὑμων. Ανθρωπινη κτισις, interpretes tam veteres, quam recentiores, *Oecumenius, Lutherus Grotius, Wolfius,* alii, vnanimi consensu ex hebr. ברא Sirac. 7, 6. 39, 30. 34. 36. 40, 1. 9. quod inter alia etiam significet *ordinare*, pro *ordinationibus*, i. *statutis, quae inter homines locum habere debeant*, et haec iterum pro *regibus, magistratibusque ipsis* accipere solent. Sed haec interpretatio ad sensum aptior, quam ad vsum loquendi; nam omnis Graecia hanc της κτισεως significationem ignorat, et loca ista, quibus verbum ברא sic adhiberi putant, ex genere longe alio esse videntur. Equidem, cum in his acquiescere non possim, πασαν κτισιν vt κτισμα Jac. 1, 18. ex hebr. כל בריה pro *omnibus hominibus* acceperim, Marc. 16, 15. vbi

διὰ τὸν Κύριον· εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι· εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις, εἰς 14
ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν·
ὅτι

vbi *Lightfoot*, Rom. 8, 22. Col. 1, 15. 23. 2. Cor. 5, 17. vocabulumque ανθρωπινη additum esse putaverim, quo minus quis ab hac voc. κτισεως significatione aberret. Πασ. ανθ. κτισει ergo dicitur, pro πασιν ανθρωποις. Cave tamen arguteris, et misere quaeras, quomodo tandem rel. chr. et *omnibus omnino hominibus* obsequium praestemus, jubere possit? Hoc esset, si quid aliud, ibi omnia cum pulvisculo excutere, vbi *efficacior* loquendi modus sensu *populari* accipiendus, et h quidem l. ad εξσσιας ὑπερεχσας Rom. 13, 1. i. e. ad *eos* restringendus est, *qui nobis imperandi jus atque potestatem habent:* id quod verba, quae sequuntur, ειτε βασιλει &c. necessario requirunt. Δια τον Κυριον, pro δια την εντολην τθ Κυριθ I. X. cf. Matth. 22, 21. Ειτε – ὑπερεχ. junxerim cum v. 14. Βασιλευς, מלך, tempore Christi a Graecis, Judaeisque vocabatur *Romanorum imperator*, quia potestate fruebatur prorsus regia. *Joſ.* de b. i. 5, 13. *Spanh.* de vſ. et praeſt. num. T. 2. p. 397. Ὡς ὑπερεχ. pro ὑπερεχει γαρ παντων, vel: ἡ γαρ εξσσια αυτθ εστιν ὑπερεχσσα. Rom. 13, 1. *opibus enim et potentia valet.* Vocc. enim ὑπερεχοντες et ασθενεις, ελαττονες ſibi oppoſi ſolent. Loca vide ap. *Loeſnerum* et *Krebſium.*

14. Ἡγεμων, (alias διοικητης, φροντιστης, επιτροπος.) dicebatur *omnis omnino magiſtratus provinciarum, proconſul, propraetor, legatus Caeſaris, ipſi duces exercituum*, rel. ex quibus quidem h. l. *proconſules Aſiae* intellexerim. vid. *Grotium* ad Matth. 27, 2. Δι' αυτθ, ſc. τθ βασιλεως. Ὡς πεμπομ. reſolv. διοτι πεμπομενοι εισι, *ablegati ſunt*, ſc. *in provinciam, adeoque ipſius imperatoris loco haberi debent.* Joh. 20, 21. Eodem nexu πεμπειν ap. *Joſ.* ant. 17, 11. 2. Προσθηκην δε Συριας γεγονοτας ὑποτασσεσθαι τοις εκειθε ΠΕΜΠΟΜΕΝΟΙΣ στρατηγοις. Plura loca vid. ap. *Wetſt.* Εις εκδικησιν, pro εις το εκδικειν; εκδικησις vero eſt *vindicta*, *poenarum inflictio.* Κακωποιος, vid. ad v 12. Εις επαινον. pro εις το επαινειν; επαινος autem vi oppoſ. της εκδικ. et ex vſu loqu. etiam bene Graecis ſatis trito, pro *praemio*, vt επαινειν pro *praemiis afficere.* Cf. Rom. 13, 3. 1 Cor. 4, 5. et locum ex *Xe-*

15 ὅτι οὕτως ἐςὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀγαθοποιοῦν-
τας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν·
16 ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς
κακίας

noph. oecon. p. 53. ſupra ad v. 12. allatum. Αγαθοποιοι, vi oppoſ. των κακοπ. ſunt *ii, qui a rerum novandarum ſtudio alieni, legibus potius morem gerunt.* Eandem ſententiam Paullus expreſſit Rom. 13, 4.

15. Cauſa ſubjungitur, cur Chriſtiani magiſtratibus obſequium praeſtare teneantur. Ὁτι, pro διοτι, vel γαρ. Ὁυτως εςι το θελ. τȣ Θεȣ, pro: τȣτο γαρ εςι το θελ. vel ταυτη εςιν ἡ εντολη τ. Θ. cf. Matth. 10, 16. Αγαθοποιειν, cave reddas h. l. per *beneficia conferre in aliquem*, quod ſenſum funderet ap. conſilio prorſus contrarium, ſed accipe pro: *recte agere omnino.* Eodem ſenſu hoc verbum v. 20. 3, 6. 17. 3. Joh. 11. αγαθοποιος v. 14. Sirac. 40, 20. et αγαθοποιια infra 4, 15. occurrit. Φιμȣν, proprie *os obturare capiſtro*, (a φιμος, *capiſtrum*,) et de *bovibus triturantibus* dicitur, 1 Cor. 9, 9. 1 Tim. 5, 18. metaphorice autem *ad ſilentium redigo*, et omnino *compeſco.* Matth. 22, 12. 34. Marc. 1, 25. 4, 39. *Heſych.* φιμȣν, επιςομιζειν. φιμω in Gloſſar. *compeſco.* Αφρονες ανθρωποι, hic *pagani* vocantur, religionis chr. praecepta ignorantes, oppoſiti *Chriſtianis* συνιȣσι το θελημα τ. Θ. Αγνωσια, pro *calumniis ex ignorantia oriundis.* Iam totum hoc comma reſolverim ſic: Ἀυτη γαρ εςιν ἡ εντολη τȣ Θεȣ, ὁτι δια τȣ αγαθοποιειν (δι' εργων αγαθων) δει φιμȣν τας λοιδοριας των αφρονων ανθρωπων, τας εξ αγνωσιας προερχομενας. *Denn ſo will es Gott, daſs ihr die ſchiefen Vrtheile vnwiſſender Leute durch eine rechtſchaffene Aufführung verſtummen machet.*

16. Iam cavet ap. vt ne Chriſtiani maligni ea, quae de *libertate* Chriſtiana diſputaverat, ad *peccandi libertatem* extendant. Ὡς ελευθεροι, emphatice ſumendum pro: ὡς ανθρωποι αληθινως ελευθεροι, ſc. απο της ἁμαρτιας, αγαθοποιειτε. Joh. 8, 33. 36. Rom. 6, 18. 22. Επικαλυμμα, מסך, i. q. προφασις, *praetextus.* Nos eodem modo *Deckmantel*, pro *Beſchoenigung.* Ελευθεριαν εχειν επικαλ. της κακιας, i. e. *libertatis praetextu vti ad excuſanda peccata.* Sic *Philo* de decal. p. 768. A. Το μη ποιεισθαι ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ πιςιν απιςιας. de ſpec. legg. p. 785. C. ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ των ἁμαρτηματων αιδω ποιησαμενη. Δȣλοι Θεȣ, ex hebr. עבדי יהוה nil amplius, quam

κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι Θεοῦ. πάντας τιμήσατε· τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, τὸν 17
Θεὸν

quam *pii cultores numinis div.* vid. ad Jac. 1, 1. Consilio vero Petrus hoc voc. vtitur, vt habeat, quod ex diametro opponere possit voc. ελευθεριας, sensusque prodeat hic: *gerite vos pro hominibus vere* liberis, *sed, quod attinet ad obsequium Deo debitum, pro* servis *ejus*, i. e. *omnibus et singulis ejus praeceptis morem gerite.*

17. Iam ap. obsequium imperatori praestandum Christianis iterum vna cum amore erga fratres, et reverentia erga Deum, inculcans, providet, *vt ne aliud officium ab alio sejungi posse* arbitrentur. Παντας, *omnes sine discrimine.* Τιμησατε, pro praes. δει τιμαν. Vox τιμαν autem latius patet, et non *honorem* tantum, sed etiam *mutua charitatis officia* complectitur. Sic etiam apud *Isocratem* ad Demonicum. p. 4. τιμαν et αγαπαν invicem permutantur: Οι μεν γαρ, inquit, τους φιλους παροντας μονον ΤΙΜΩΣΙΝ, οι δε και μακραν αποντας ΑΓΑΠΩΣΙ. Quare non opus est, hoc praeceptum Petrinum ad eos restringere, *quibus honos quis debeatur.* Cf. Rom. 13, 7. et *Derech Arez Suta: Esto honorans omnem hominem.* Iam, quinam sint illi παντες, et quid sit τιμαν, pro vario dignitatis gradu eorum, quos τιμαν jubemur, luculentius declarat ap. Αδελφοτης, hebr. אחוה Zach. 11, 14. 1 Macc. 2, 10. 17. est abstr. pro concr. την εκκλησιαν των αδελφων, vel τους αδελφους. Cf. *Dio Chrys.* 38. p. 472. D. Η δε ΑΔΕΛΦΟΤΗΣ τι αλλο εστιν, η ΑΔΕΛΦΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ; η δε φιλαδελφια τι αλλο, η φιλων ομονοια; Eodem modo συμμαχια pro συμμαχοις *Herodot.* l. 1. p. 37. Θεραπεια pro Θεραπευσει *Matth.* 24, 45. vbi plura dabit *Wetst.* Vid. nos ad voc. ἱερατευμα v. 5. et de voc. αδελφοι ad Jac. 1, 2. Ceterum vox αδελφοτης ex hoc loco Petrino scriptoribus ecclesiasticis et praecipue *Basilio* evasit receptissima. vid *Suiceri* thes. eccles. sub hac voc. Αγαπαν, non est nostrum *lieben*, qui quidem animi affectus, omnibus erga omnes, nec est, nec esse potest, sed potius, *aliorum commodis, quantum per vires licuerit, quocunque modo, et quacunque data occasione, inservire.* Verbo: *benevelle alicui*, *jemandem wohlwollen.* Cf. Gal. 5, 13. Φοβειν τον Θεον, est *pie venerari Deum.* vid. nos ad Cap. 1. v. 17. Βασιλεα τιματε, sc. *obsequio legibus, ab ipso latis,*

Θεὸν φοβεῖσθε, τὸν βασιλέα τιμᾶτε.

18 Οἱ οἰκέται, ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ

tis, *praestando*. Videri possit gradatio melius procedere, verbis τον βασ. τιμ. ante Θ. φοβ. positis; sed cum ap. id praecipue ageret, vt *obsequium erga magistratum* Christianis commendaret, vis hujus cohortationis mirifice augetur eo, quod primum in fine hujus comm. collocata est. Sed haec magis animo percipi, quam verbis explicari posse, sentio ipse. Loca nostro simillima sunt duo haec: *Sophocles* Ajac. v. 653.

Τοι γαρ το λοιπον εισομεθα μεν
Θεοις εικειν,
Μαθησομεθα δ' Ατρειδας σεβειν
Αρχοντες εισιν, ὡς θ' ὑπεικτεον.

Artabanus ap. *Plutarch.* in Themistocl. p. 125. Ἡμιν δε πολλων νομων και καλων οντων, καλλιστος ὅτος εστι το τιμαν βασιλεα, και προσκυνειν εικονα Θεȣ, τȣ τα παντα σωζοντος.

18 - 25. V. Ab obsequio magistratibus publicis praestando ap. nunc pergit ad *officia servorum erga heros*, neque enim sublatam vult conditionem servilem inter Christianos, sed servos potius christianos ad singula officia heris praestanda hortatur. Οἱ οἰκεται, pro ὑμεις οἱ οικ. Οικετης, *servus domesticus*, *verna* Ὑποτασσομενοι, ex more Hebraeorum ad. v. 12. jam notato pro ὑποτασσομενοι εστε, vel ὑποτασσεσθε. Εν, pro συν. Πας φοβος, pro φοβος μεγιστος. Sic et nos: *mit aller Ehrfurcht*, pro: *mit der grössesten Ehrf.* vid. ad Jac. 1. 2. Αγαθος h. n. i. q. επιεικης, πραϋς, *nachsichtig*, *billig*. Σκολιος, plane vt lat. *pravus*, proprie i. e. q. *obliquus*, Luc. 3, 5. (*Hes.* σκολια, ȣκ ορθα, δισχερη, επικαμπη, ανισα, δυσκολα. ad animum vero vbi transfertur, σκολιος est *malignus*, *improbus*. Act. 2, 40. Phil. 2, 15. Vnde *morosus*, *asper*, *difficilis*, i. q. alias χαλεπος, ποικιλος το ηθος, (*der bald so. bald so ist.*) δυσκολος, quapropter etiam *Vulg. dyscolis* reddidit, vnde vero non sequitur, Vulg. quae solennis est criticorum coniectura, etiam δυσκολοις pro σκολιοις legisse. Bene Syrus *duros et perversos*, et Lutherus *wunderlich*; propius ad secundam significationem accedentibus *Arab.* et *AEthiop.* qui reddunt *perversae naturae et pravos*. vid. *Wetst.*

19. 20.

καὶ τοῖς σκολιοῖς. Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνει- 19
δησιν Θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας, πάσχων
ἀδίκως. ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ 20
ὑπο-

VARIAE LECTIONES.

19. Post χάρις adhuc habent παρα τῳ Θεῳ C. 7. 13. 21. 27. 29. 32. 36. Vers. *Syr. utr.* posterior cum asterisco. *Damascenus. Ephrem* T. 2. p. 88. probb. *Beza* in annot. ed. 3. 4. 5. *P. Junio.* — Θεϲ 5. — παρα Θεῳ. 15. 18. *Antonius* 118. — Θεῳ. 8. Sed omnes hae voces interpretandi causa additae videntur, inprimis cum v. proximo 20. eadem phrasis: τϲτο χαρις παρα Θεῳ, legatur.

19. 20. Sequitur ratio, cur servis, ne ipsis quidem dominis difficilioribus obsequium denegare, liceat. Τϲτο γαρ χαρις, minus graece, ac si dixerit ap. αὑτη γαρ χαρις sc. ϵϲτι, quae quidem verba multifariam reddi possunt. Vel sic: *hoc demum virtutis laudem meretur*, (χαρις ex hebr. חסד pro αρετη.) vel sic: *in eo cernitur vera humanitas et indulgentia, si pacis fovendae causa, incommoda multa suscipere non recusaveritis*, (χαριν, pro *gratia in dicendo et agendo*, quis non noverit?) vel sic: *hoc enim est generosum*, (si χαριεν pro χαρις substitueris) vel sic: *hoc enim veram gloriam nobis parat.* (χαρις ex hebr. חסד, *gloria* et si suppleveris ex v. 20. χαρις παρα τῳ Θεῳ, חסד לפני יהוה, *gloria ex ipso Dei, de nobis judicio redundans*, i. e. *vera gloria.* vid. var. lect.) vel denique sic: *hoc enim favorem div. nobis conciliat.* (τϲτο χαρις sc. ϵϲτι παρα τῳ Θεῳ, pro τϲτο γαρ χαριν τϲ Θεϲ ἡμιν παρεχει.) Quid praeferrem ipse, dubius haererem, nisi verba: ποιον γαρ κλεος v. 20. posteriorem explicationem prae caeteris requirere viderentur. Συνειδησις Θεϲ, *mens conscia Numinis, vindicis verae hominum virtutis.* Λυπας, pro τα λυπηρα, *tristia, ex morositate dominorum oriunda.* Πασχων, και πασχει, *et incommoda patitur*, iterum *morositate dominorum.* Αδικως, quod praeter hunc locum haud amplius in N. T. occurrit, est: *immerito, inique, sine culpa.*

20. Amplificatur sententia v. 19. Κλεος, i. esse q. v 19. et in fine hujus v. χαρις, nexus clamat. Ποιον γαρ κλεος, sc. ϵϲτι, pro: καθαμως κλεος vel χαριν sc. ενωπιον τϲ Θεϲ, ὑμιν

κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ
21 πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. Εἰς τοῦτο
γὰρ

VARIAE LECTIONES.

20. κολαζόμενοι, pro κολαφιζόμενοι, 7. 9. 27. 46. probb. *Hammondo, P. Junio.* Quae tamen lectio vel ex interpretamento, vel ex mendo librariorum oriunda videtur.

παρεχει, vid. ad χαρις v. 19. Similis verborum constructio Jac. 4, 14. ποια ζωη ὑμων; Ει — ὑπομ. sic resolverim: ει κολαφιζεσθε, διοτι ἁμαρτανετε, και ὑπομενετε. Ἁμαρτανειν vero h. n. retulerim ad *obsequium heris denegatum.* Κολαφιζεσθαι, *colaphum accipere*, hinc ad *omnis generis contumelias*, et quidem h. n. *ab heris morosis perferendas*, extendi, et i. esse q. paulo post audit πασχειν, et alias κολαζεσθαι, (vid. var. lect.) ne tironem quidem fugit. Αλλ' — Θεῳ, iterum circumscripserim sic: αλλ', ει πασχετε, διοτι αγαθοποιειτε, και ὁμως ὑπομενετε, τουτο &c. Αγαθοποιειν vero, vi oppos. ἁμαρτανειν, restrinxerim ad *obsequium heris lubenter et ex animo praestandum.* Ceterum nequeo mihi temperare, quo minus egregium illum *Senecae* locum de benef. 4, 11. huc transcribam: *Ignoto naufrago navem, qui revehatur et damus et instruimus. Discedit ille vix satis noto salutis auctore, et nunquam amplius in conspectum nostrum reversurus, debitores nobis Deos delegat, precaturque, illi pro se gratiam referant.*

21 — 23. Ad hoc obsequium heris praestandum, quo efficacius provocet Christianos, ap. jam Christi exemplum, quem eundem acerbissimas contumelias, atrocissimosque cruciatus summa animi magnitudine pertulisse affirmat, Christianis ad imitandum proponit. Εις τουτο, sc. το πασχειν και ὑπομενειν. Εκλητοι, sc. παρα του Θεου, *invitati vel provocati estis a Deo, per institutionem rel. chr.* vid. exc. 2. Tota autem haec loquendi ratio est ex genere eo, quo *certus* alicujus rei *eventus* cum *fine alicui proposito*, et *id, quod saepe accidit*, cum eo, *quod semper fit*, commutatur. Quid? igitur, si totum hunc locum sic circumscripserim: Ὑμας γαρ πολλακις δει πασχειν, διοτι εκλητοι εις την βασιλειαν των ουρανων; servos enim Christianos ab heris ethnicis duriter tractatos esse, quis dubitaverit? cf. 1 Thess. 3, 3. Matth. 16, 24. Ὁτι και Χριστος, pro

και

γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ· ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ 22
εὑρέθη

VARIAE LECTIONES.

21. περὶ pro ὑπὲρ. A.

Ibidem ἡμῶν pro ὑμῶν 1. 2. 4. 11. 15. 16. 17. 18. 21. 25. 33. 38. 40. 45. 47. Ed. *Complut. Eraſmi. Colinaei. Bogardi. Genev. Stephani. Wechelii. Plant. Bezae. Schmidii.* Verſ. *Vulg. Copt. Syr. Belg. AEthiop. Arab. Ephrem. Cyrillus. Damaſcenus. Cyprian. Tertull. Fulg.* al. Sic etiam ὑμῖν pro ὑμῖν 2. 4. 18. 45. 47. Ed. *Eraſmi. Colinaei. Bogardi. Stephani* 3. *Bezae. Schmidii.* Verſ. *Copt. Syr. Belg. AEthiop. Arab. Ephrem.* Sed vtraque verborum commutatio, praecipue prior, eo conſilio excogitata videtur, vt ne quis ſalutis, per Chriſtum *omnibus* hominibus partae, expers hic judicetur.

και γαρ ὁ Χριστος, *nam Chriſtus adeo, quamvis omnium hominum longe innocentiſſimus, praeſtantiſſimus.* &c. Ὑπερ, vel περι (vid. var. lect.) ὑμων, ſc. των ἁμαρτολων, *ad peccata vice veſtra expianda.* quo quidem ſenſu ὑπερ h. n. tenendum eſt in epp. Paull. Ὑμιν ὑπολιμπανων, pro και ὅτως ὑπελιμπανεν ὑμιν. Ὑπογραμμος, in Gloſſario *praeſcriptum*, (Nos: *Skitze.*) Hinc metaphorice, vt et h. l. i. q. ὑποδειγμα, *exemplar, ad imitandum propoſitum.* Nos *Muſter. Heſ.* ὑπογραμμος, τυπος, μιμημα, Επακολουθειν ιχνεσι, στοιχειν ιχνεσι, Rom. 4, 12. περιπατειν τοις ιχνεσι, 2 Cor. 12, 18. et apud alios Graeciae ſcriptores ιχνεσι βαινειν, εις ιχνος ιεναι, καθ' ιχνος ακολουθειν, (vid *Wetſt.*) formulae ſolennes pro ὁμοιον ειναι τινι, vel μιμεισθαι τινα, tropo ex conſuetа vitae cum *tramite* comparatione repetito. Eodem modo Hebraei. הלך אחר, Syri הלך בעקבא, Latini *veſtigiis inſiſtere, veſtigia premere*, Nos *in jemandes Fuſstapfen treten*, pro *imitari aliquem.* Cf. cum h. v. 1 Petr. 3, 17. 18. Joh. 13, 15. Phil. 2, 5. 1 Joh. 2, 6.

22. Apoſtolus jam uberius exponit ea, *quae Chriſti exemplo inſint imitatione digna*, verbis vtens ex Jeſ. 53, 9. depromtis, iisque tam ex ſ. vatis, quam apoſtoli mente de *Jeſu Meſſia* intelligendis. Alexandrini pau-

23 εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρί-

VARIAE LECTIONES.

23. παρεδίδε δε τῳ κρινοντι δικαιως. *Vulg* sic reddit: *tradebat autem judicanti se injuste*, quod tum de *Pilato*, injusto judice, cui Iesus se permiserit, intelligendum esset. Defendunt hanc lectionem *Richard Simon*, *Casaubonus*, alii, statuentes *Vulg. interpr.* vere legisse: σε αδικως, quod tamen in vniversali codd. Graecorum, et vers. praecipue Syr. et Arab. consensu, quae vulgarem lectionem tuentur, nemini probabile videbitur. Mendum librariorum potius in ipsa vers. Vulg. latere putaverim. *Cyprianus* quidem de bono patientiae et *Paulinus* ep. 2. locum sic allegant; sed *Augustin* tract. in Joh. 21. et *Fulgentius* l. 1. ad Thrasymachum contrariam vocem *juste* adferunt. Iam vero fieri facile potuit, vt librarii duorum illorum patrum loca interpolarent, cum id sine argumenti, quod tractabant, detrimento fieri potuerit; at vero *Augustinum* l. c. *juste* legisse, dubitari non potest, cum locum Petrinum eo fine attulerit, vt probaret, patrem et filium judicium exercere.

Io aliter sic vertunt: ὁτι ανομιαν ουκ εποιησεν, ουδε δολος εν τω στοματι αυτου, at in nonnullis codd. ουδε δολος ευρεθη εν τω στοματι αυτου. Fortasse haec verba ad verba Petrina sunt reficta. Ἁμαρτιαν ποιειν, vt ἁμαρτιαν s. ανομιαν εργαζεσθαι Matth. 7, 23. Jac. 2, 9. ex hebr. עשה חמס פעל עון i. q. ἁμαρτανειν. Ἐυρεθη, hebr. נמצא, quod quidem apud Jes. l. c. non exstat, sed recte subauditur, pro ην, היה. cf. Jes. 39, 2. vbi נמצא per ην ab Al. vertitur. Δολος, מרמה, non *fraudem* solum, sed *omnis generis impietatem* involvit. Sensus est: *qui nec agendo nec loquendo vnquam peccavit:* et haec est mera periphrasis *hominis ex omni parte perfecti.*

23. Αντιλοιδορειν, q. αποδουναι λοιδοριαν αντι λοιδοριας, *convicia regerere*, *Schmähreden zurückgeben*. Παραδιδωμι, q. επιτρεπω, *trado*, *permitto*. Παρεδιδε, suppl. vel τας λοιδοριας των εχθρων αυτου, vel εαυτον, (vid. *Bos* ell. gr.) vel denique την κρισιν, quod equidem praetulerim, propter vocem κρινοντα, quae κρισιν praestruit.

'O

κρίνοντι δικαίως· 24 ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν
ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις
ἀπο-

Ὁ κρινων δικαιως, est mera, sed apta eadem ad h. l. *Dei* periphrasis. Cf. cum h. l. *Joſ.* ant. 7, 9. 2. Περι της τȣ παιδος απονοιας κοινολογησαμενος, και περι παντων επιτρεψας κριτῃ τῳ Θεῳ. Jer. 11, 20 Ceterum eandem indulgentiam Hebraei praecipiunt, eumque, qui ita agit, חסיד, *ſanctum* vocant. Loca *Schoergenius* hor. hebr. p. 1040. collegit.

24. 25. Apoſtolus ſemel in hanc cogitationem, de cruciatibus Chriſti, quae totum animum ejus implebat, delatus, jam pergit ad explicandam *vim eorum homines beandi ſaluberrimam*, quanquam totum hoc argumentum ab hoc quidem nexu plane alienum erat. Ante oculos eum habuiſſe his commatibus Jeſ. 53, 4. 5. 6. quisque videt, quanquam tamen nonnulla tantum ad verbum transſcripſit. Ἁμαρτια, ex hebr. עון per dilogiam, quam vocant, hoc commate prima vice *peccatorum ſupplicia*, altera autem *peccandi libidinem* deſignat. Αυτος, emphatice ſumendum pro: *ipſe*, non *alia quadam hoſtia*. Αναφερειν ἁμαρτιας vero Chriſtus dicitur, facta alluſione ad hoſtias Judaeorum, quae peccata ipſis impoſita *ferebant*, ſicque peccatis onuſta *offerebantur* in altari, quod h. l. eſt το ξυλον; Εν τῳ σωματι αὐτȣ addita eſſe videntur, ad explicandum vocabulum αυτος. Ὃς — ξυλον igitur ſenſum fundunt hunc, ὃς ανηνεγκεν εαυτον, τȣτ' εστι το σωμα αὐτȣ, ἁμαρτιας ἡμων βεβαρημενον, επι το ξυλον. Sic etiam *Syrus* intelligi vult, ſic reddens: *portavit peccata noſtra omnia, et aſcendere fecit illa.* Quae quidem interpretandi ratio eo mirifice adſtruitur, quod apoſtoli, olim Judaei, et ſacrificiorum diſciplina inſtituti, ea, quae Chriſtus pro nobis perpeſſus eſt, ad ſacrificii ſimilitudinem revocare ſoliti ſint, et quod Petrus ipſe 2, 5. αναφερειν de ſacrificiis offerendis adhibeat. Qui tamen de ſacrificiis h. l. cogitare nolunt, ii αναφερειν accipere ſolent, (vt hebr. נשא, lat. *ferre*, noſtrum *ertragen*,) vel pro *pati*, vt ſenſus prodeat hic: *qui peccatorum ſupplicia pro nobis perpeſſus eſt;* vel pro αφαιρειν, *auferre*, Joh. 1, 29 (ex hebr. נשא et סבל, quod Al. Lev. 10, 12. Num. 14, 8. alibi, per αφαιρειν Joſ. 24, 32. 2 Sam. 21, 13. Eſr. 1, 11. per αναγειν, et Jeſ.

53,

ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ

53, 4. eodem ſenſu per φερειν reddidere.) Nec aliter Paullus Hebr. 9, 28. intelligi vult, vbi *Latinus* ſic habet: „ad multo„rum *exhaurienda* peccata" Senſus tum oritur hic: *qui peccatorum ſupplicia, morte ſua in cruce perpeſſa, ſuſtulit.* At vero: ΕΠΙ το ξυλον! Certe id pro ΕΝ τῷ ξυλῷ accipere, paullo durius mihi quidem videtur. Sunt etiam, et inter hos ipſe *Grotius*, qui voc. ἁμαρτιας pro *peccato* retinent, quo ſolo tamen locus, alias facilis, perobſcurus et coactus redditur. Επι το ξυλον, עץ על pro εις το ξυλον. Eſt vero ξυλον ex hebr. עץ, quod non ſolum *inſtrumentum ligneum, quod in variis ſupplíciis varia forma adhibebatur*, ſed *varia ſuppliciorum genera ipſa*, ex vniuscujusque loci indole accuratius dijudicanda, indicat, h. n. i. q. σαυρος, *crux*. Act. 5, 30. 10, 39. 13, 29. Gal. 3, 13. Relege de hac re doctiſſ. diſputat. *Caſauboni* in exercitt. Anti-Baron. 16. §. 77. Ἱνα, *eo conſilio, vt grati animi ſenſu compulſi* &c. Απογινεσθαι, proprie *procul abeſſe ab aliqua re*, deinde per euphem. eſt *mori*, quo ſenſu τῳ: γινεσθαι, *naſci*, opponitur. Saepiſſime ſic apud *Herodot.* 2, 85. Θρηνος δε και ταφαι σφεων εισι τοισι, εαν ΑΠΟΓΕΝΗΤΑΙ εκ των οικηϊων ανθρωπος. 136. μηδ' αλλον μηδενα των εαυτω ΑΠΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝ θαψαι. 5, 4. κατα δε τον ΓΙΝΟΜΕΝΟΝ σφι και ΑΠΟΓΙΝΟΜΕΝΟΝ ποιευσι ταδε· τον μεν ΓΙΝΟΜΕΝΟΝ — τον ΑΠΟΓΙΝΟΜΕΝΟΝ παιζοντες τε και ἡδομενοι γῃ καλυπτεσι. Plura loca vid. ap. *Raphel. Weiſt. Krebs.* απογινεσθαι ἁμαρτιαις igitur ex opp. ζην τῃ δικ. i. q. Paullo audit αποθνησκειν τῃ ἁμαρτιᾳ, Rom. 6, 2. 10. νεκρον ειναι τῃ ἁμαρτιᾳ. 6, 11. *abſtinere a peccatis perpetrandis.* Δικαιοσυνη vi oppoſ. ἁμαρτιας, vt hebr. צדקה, pro *virtute* omnino. vid. *S. V. Koppii* exc. 4. in Gal. Ζην τῃ δικαιοσυνῃ, vi oppoſ. απογ. ἁμαρτ. *omnem vitam virtuti dicare.* Nos eodem ſenſu: *für die Tugend leben.* Paullus: ζην τῳ Θεῳ. Rom. 6, 10. 11. Gal. 2, 19. Ὃν — ὑμων, ad verbum transſcripta ſunt ex Jeſ. 53, 5. et quidem ſecundum verſionem Al. excepto hoc vno, quod Al. apte ad textum hebr. hunc locum prima perſona reddiderunt, quem Petrus, quod caſu factum eſſe videtur, quamvis praecedente verbo *primae* perſonae ζησωμεν, *ſecunda* perſona enuntiat. Μωλωψ, quod proprie eſt *vibex*, et *livor ex contuſione oriundus*, (vid. *Weiſt.* et *Raphel.*) ad *quemvis dolorem*, et h. n. ad omnes *cruciatus*, *atque miſerias Chriſti*, *pro nobis perpeſſas*

αὐτοῦ ἰάθητε. ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενοι· 25
ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον
τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

Ὁμοίως αἱ γυναῖκες, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις III.
ἀν-

ſas transfertur. Cave tamen, arguteris in forma ſingulari μωλωψ, quaſi tam innumera fuerint vulnera Chriſto inflicta, vt *vnus livor* totum corpus texiſſet; ad quas quidem argutias *Schoetgenium* deſcendiſſe video. Ὀυτῳ μωλωπι αυτε, vero pro τῳ μωλωπι, vel διατε μωλωπος αυτε, ad imitationem hebr. אשר בהם, אשר בו, אשר אתם, Joſ. 13, 21. Gal. 3, 1. Ιαθητε, ſpectat ad voc. μωλωψ, et poſitum eſt pro ευδαιμονιαν εχετε; *cujus miſeria vobis peperit ſalutem.*

25. Cf. Jeſ. 53, 6. Προβατα. Saepius *diſcipuli* cum *ovibus*, vti *doctores* cum *paſtoribus*, comparari ſolent. cf. Matth. 9, 36. Joh. 10, 11. 14. 16. Hebr. 13, 20. 1 Petr. 5, 4. coll. Num. 27, 17. 1 Reg. 22, 17. Πλανασθαι, h. l. ſenſu proprio: *a recta via aberrare.* Sic *Homerus* de ovibus:

Αιγ' εν ορεσσι
Ποιμενος αφραδιησι διεπαγεν.

cf. de hac ovium ſimplicitate, et ad deerrandum proclivitate *Ariſtotel.* hiſt. animal. 9, 3. Επιστρεφειν, vi oppoſ. πλαν. eſt *redire ad paſtorem, e cujus conſpectu abierant.* Επισκοπος, ex hebr. פקיר, פקוד, vel מפקד deſignat eum, qui omnino alicujus rei, ex nexus ratione dijudicandae, curam gerit. Num. 4, 16. 31, 14. Jud. 9, 28. 2 Reg. 11, 16. 19. alibi. Hoc nexu igitur i. q. ποιμην, vel, ſi malueris, *paſtor ſupremus*, αρχιποιμην, infra 5, 3. cui ſubditi ſunt *paſtores mercenarii.* Cf. ante omnia infra 5, 2. et Act. 20, 28. vbi ποιμαινειν et επισκοπ. invicem junguntur. Των ψυχων υμων, ex hebr. נפשותיכם, pro ſimpl. υμων, niſi forte voc. ψυχ. eo referre malueris, quod ſalus ea, quam Chriſtus nobis comparavit, praecipue ad *animum* emendandum atque beandum ſpectat. Tropo remoto ſenſus remanet hic: *olim quidem expertes eratis religionis chr. felicitatisque ex ea ad nos redundantis, nunc autem participes ejus facti eſtis.*

Cap. III. 1 — 7. VI. Sequuntur *officia* a *conjugibus invicem praeſtanda*, et quidem officia *vxorum* inde a v. 1 — 6, *maritorum* vero v. 7. Cf. cum *toto* h. l. Eph. 5, 22-24. Col. 3, 18. 1 Tim. 2, 9. Ὁμοιως, vt

ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται, ἐποπ-

VARIAE LECTIONES.

1. κερδηθησονται pro κερδηθησωνται A. 22. 24. 25. 26. 27. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 46. Ed. *Complut. Clem. Al. OEcumenius.* Videtur autem haec transmutatio ab iis inſtituta eſſe, qui, futura Graecorum paſſivis conjunctivis deſtitui, putabant. Sed ſimilem ve borum formam habes 1 Cor. 13, 3. καυθησωμαι et Matth. 5, 25. qualis etiam eſt apud *Iſocratem* orat. ad Demonic. p. 10. οφθησῃ. *Doriſmum* vero in hac ſtructura fruſtra quaeri, alii ſatis oſtenderunt.

vt ὡσαυτως, eſt tranſeundi particula 1 Tim. 2, 9. Αἱ γυναικες, pro ὑμεις αἱ γυν. vid. ad 2, 18. Ὑποτασσομεναι, iterum pro ὑποτασσεσθε. vid. ibidem et Eph. 5, 22. ὑποτασσεσθαι vero h. n. non tam *ſervilem*, quam *voluntariam* potius *obedientiam*, ex propriae infirmitatis ſenſu profectam, denotat. vid. loca a *S. V. Koppio* ad Eph. 5, 23. allata; quibus addo locum *Joſephi* adv. Appion. 2. Moſis inſtituta deſcribentis: γυνη δε χειρον φυσει ανδρος εις τα παντα. Paulo poſt: τοιγαρουν ὑπακουετω, μη προς ὑβριν ταυθ' ἡγεμενη, αλλ' ἱν' αρχηται. Θεος γαρ ανδρι το κρατος εδωκε. cf. loca ad v. 5 et 6 transſcripta. Ἰδιοις ανδρασιν, pro τοις ὑμετεροις ανδρασι. 1 Theſſ. 2, 14. Eph. 5, 22. 24. *maritis veſtris.* Τινες, ſc. ανδρες. Λογος, per dilogiam prima vice λογον αληθειας, *religionem chr.* altera vero *oralem inſtitutionem rel. chr.* ſignificat, quanquam etiam, ſi malueris, vtraque vice ſenſu poſteriori retineri poteſt. Απειθειν τῳ λογῳ, alias *objequium denegare rel. chr.* vel etiam *ad rel. chr. nondum acceſſiſſe.* Ει τινες απειθουσι, reſolv. per: ει τινες μη θελουσι πειθειν, vel πιστευειν. Δι' αναστροφης, emph. pro δι' ἁγνης vel καλης αν. vid. ad v. 2. Ανευ λογου, *ſine graviori admonitione, ipſo vxorum exemplo commoti.* Κερδαινειν, h. n. i. q. σωζειν, 1 Cor. 7, 16. *ad rel. chr. adducere*, nam *homo ad rel. chr. converſus* vt *lucrum*, vel *quaeſtus* conſiderari ſolebat, quem Deus vel rel. chr. feciſſe putabantur. cf. Matth. 18, 15. 1 Cor. 9, 19-22. Ceterum vere eo tempore accidiſſe, vt mulieres chriſtianae ſolo, quod praeibant, caſtae virtutis exemplo maritis ethnicis religionem chr. commendarent, non ſine aliqua veri ſpecie ex 1 Cor. 7, 16. colligi poteſt.

ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν. 2
ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως 3
χρυ-

poteſt. Dicebant, *Grotius* inquit, quod dicebat *Libanius*: „Proh, quales feminas habent Chriſtiani!“

2—4 Iam quae in vniverſum expreſſerat ap. v. 1 per δι' ἀναστρ. ὑμων, nunc v. 2—4. accuratius definiuntur, et explanantur. Εποπτευσαντες, pro εκν εποπτευωσι. vid. ad 2, 12. Την — ὑμων, ſic reſolv. την ἀναστρ. ὑμ. ευσεβη και ἁγνην. Φοβος, ſc. τὸ Θεϊ. (quod in vocabulis, religioni exprimendae propriis, non raro omittitur) vid. ad 2, 18. *Paullus* vno verbo θεοσεβεια. 1 Tim. 2, 10. *Wetſtenius* φοβον τε ανδρος intelligi vult, coll. Eph 5, 33. quo tamen loco nil efficitur, cum ibi ανδρα expreſſe addatur, quod h. l. nullo, quantum memini, ſimili exemplo eſſet ſupplendum. Αναστρ. ἁγνη, vita *pura*, i. e. *innocens*, *caſta*, *vitiis non contaminata*. cf. Phil. 4, 8.

3. Ὧν, ſc. γυναικων, pro ὑμων δε, vel ὑμετερος δε, ſc. ὁ κοσμος. Κοσμος vero *ornamentum*. Εσω ϗχ, pro ϗ δει ειναι. Ὁ ἐξωθεν εμπλοκης &c. pro ὁ κοσμος ἐξωθεν ων, (vel ἐξωτερος,) ὁ εσιν (vel κατεχεται) εν εμπλοκῃ τρ. &c. *ornatus mulierum non debet eſſe externus, quippe qui continetur artificioſa criniumcompoſitione* &c. Eandem formulam κοσμος ἐξωθεν vid. in loco *Philonis* mox allegando. Εμπλοκη τριχων. Comam vnguentis madidam (*Joſ.* b. j. 4, 9. 10. *Ovid.* de Med. Fac. 18. *Martial.* 3, 72. 10, 65.) et calamiſtro criſpatam (*Cic.* poſt red. 7. pr. Sextio 8. *Servius* ad AEn. 12, 98.) mulieres tam Graecae quam Romanae vel pectinis ope ex auro confecti, et κτενιον, ξανιον, vocari ſoliti, (*Pollux* 5, 16. 96. 10, 28. *Petronius* 126. *Ovid.* F. 1, 405.) vel acu crinali, eademque aurea, quam δορατιον, περονη, καλαμις, καλαμος, εντροπον Graeci vocant, (*Pollux* 5, 96. *Martial.* 2, 66.) in orbem flectere ac in cincinnum denique colligere ſolebant. Ceterum quae a Petro h. l. in vniverſum εμπλοκη των τριχων, (quo quidem ipſo voc. etiam *Euſtath.* vtitur in Il. λ. p. 781. 52.) a Paullo πλεγματα 1 Tim. 2, 9. a reliquis vero Graecis modo πλοκαμος, modo πλοκιον, πλοκος, πλεκος, εμπλοκια, modo denique βοστρυξ, βοστρυχος, βοστρυχιον &c. ſpeciatim vero in *viris*, ſi qui forte flexo capillo incederent, κρωβυλος, ſ. κορδυλη, in *mulieribus* κορυμβος, in *virginibus* denique σκορπιος vocantur.

4 χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος· ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου

cantur. *Thucyd.* 1, 6. Schol. Romani yero muliebrem hunc capitis ornatum omnino *tutulum* vocabant cf. *Varro* l. 4 et *Val. Max.* 2, 1. Adſtipulatur his a me dictis *Heſych.* πλεκος, πλεγμα. εμπλοκια — το συν ταις θριξι πλεκομενον γυναιξιν πλοκαμοι, κονδυλοι τριχων πεπλεγμενοι. βοστρυχοι, πλοκαμοι. Περιθεσις, et περιτιθεναι non minus ac ſynonyma ενδυσις et ενδυειν ſunt formulae ſolennes de corpore tam veſtibus, quam aliis ornamentis amiciendo atque exornando. cf. 1 Cor. 11, 23. *Philo* 3. de vit. Moſ. p. 689. D. Επι μετασιαν καλων των πατρωων, ει μη ειεν υἱοι δευτερας θυγατερας, ἃις φησι δειν ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΑΙ τον κληρον, ὡσανει κοσμον εξωθεν, αλλ' ουχ ὡς ιδιον και συγγενες κτημα. το γαρ ΠΕΡΙΤΙΘΕΜΕΝΟΝ ἀδεμιαν οικειωσιν εχει προς το διακοσμουμενον, ἁρμονιας και ἑνωσεως αλλοτριωμενον. Χρυσια, *aurea* ſc. *ornamenta* vel *corporis omnino*, velut frontalia, annuli, monilia, inaures, &c. vel *capitis* potiſſimum, ipſis *crinibus* innexa, v. c. pecten, acus crinalis, &c. Sic etiam *aurum* ap. Ovid. ep. 21, 88. Περιθεσις χρυσιων, pro χρυσια περιτιθεμενα. Ἱματια πολυτελη, *ſplendida*, *pretioſa*, *purpurea*, quae μαλακα Matth. 11, 8. vocantur. Ενδυσις ἱματιων πολυτελ. iterum pro ἱματια πολυτ. ενδεδυμενα, ſ καταστολη πολυτελης. Ceterum multus fuit mulierum tam Judaeorum, quam Graecorum atque Romanorum ex auro, argento, purpuraque ornatus. Adi loca haec: Iſ. 3, 16. ſqq. *Phintys*, Grotio ad 1 Tim 3, 9. citatus, feminis nuptis ſic praecipit: χρυσον δε και σμαραγδον ἁπλως μη περιτιθεσθαι, και γαρ πολυχρηματον, και περιφανιαν εμφαινον πογταις δαμοτικας. vid. etiam *Clement.* paedag. 2, 10. *Jul. Paul.* ſent. 2, 4. *Val. Max.* 2, 1. *Poll.* 7, 24. *Plut.* ſympoſ. 6, 7. *Digeſt.* tit. *de auro, argento mundo*, et loca deincepſ ad finem v. 4. a nobis afferenda.

4. Αλλ', ſc. ὁ κοσμος ὑμων εσω. Ὁ κρυπτος ανθρωπος, vt ὁ εσω (vel εντος,) ανθρωπος Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. vi oppoſiti τα εξω (vel εξωτερα,) ανθρωπα, vel *corporis*, mera eſt periphraſis τα νοος, aliis etiam ſcriptoribus communis, quorum verba *S. V. Koppius* ad vtrumque Rom. et Eph. locum attulit, ad quem adeo lectorem ablegatum volumus. (*Philo* de Gig. p. 288. D. eodem ſenſu

ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές.

sensu dicit ὁ προς αληθειαν ανθρωπος.) Ex ejusmodi formulis vero, in quas omnes omni tempore homines naturali ingeniorum consentu facile incidere potuerunt, male, lectorum ab ap Platonis aliorumque, apud quos hae formulae deprehenduntur, scriptorum, argumentum peti, idem ille exc. 9 ad Gal. p 126 jam declaravit. Της καρδιας, vncis includenda censuerim, quia ad explicanda verba ὁ κρυπτος ανθρωπος addita esse videntur. Locus ita reddendus est, ac si scripsisset ap. sic: αλλ' ὁ κρυπτος ανθρωπος, τουτ' εστιν ἡ καρδια αυτου. Εν τῳ &c. cum formula ὁ κρ. ανθρ. ad quam copiosius explicandam haec adduntur, arcte jungenda sunt sic: ὁ κρ. ανθρ. ὁ ων, vel ὁ κατεχομενος, εν αφθ. &c. et hoc pro: ὁ κρ. ανθ. τουτ' εστι το αφθαρτον &c. Το αφθαρτον — πνευματος, vero ex graecissimo solenni, pro: πραϋτης και ἡσυχια του πνευματος αφθαρτος. Αφθαρτον vero hanc πραϋτητα vocat, eandemque ad πνευμα refert, vt *caducis corporis* ornamentis opponatur. Alii αφθαρτον eo referunt, quod hae virtutes *semper coli* debeant a mulieribus; neque id male, quanquam parum ex nexu. Ὁ, pro τουτο, sc. το αφθ. του πρ. κ. ἡσ. πν. Πολυτελες ενωπιον του Θεου, יקר לפני יהוה, *pretiosum ex ipso Dei judicio*, est ratio hebraica saepius notata, pro: μαλιστα πολυτελες. Omnia hoc implicitum verterim fere sic: *Vielmehr sey Euer Schmuck der innere Mensch, oder das Herz, darunter verstehe ich eine sanfte stille Seele, ein Kleinod, was uns niemand rauben kann,* αφθ.) — *ja das alles hat selbst in Gottes Augen einen hohen Werth.* Cf. cum l. n *Plut.* praec. nupt. p. 141. D. Κοσμος γαρ εστιν, ὡς ελεγε Κρατης, το κοσμειν· κοσμει δε το κοσμιωτεραν γυναικα ποιων· ποιει δε ταυτην ου χρυσος, ουτε σμαραγδος, ουτε κοκκος, αλλ' ὁσα σεμνοτητος, ευταξιας, αιδους εμφασιν περιτιθεσιν. *Plato* de rep I. δικαιοσυνην δε ζητουντες, πραγμα πολλων χρυσιων τιμιωτερον. *Melissa* ad Claretam p. 749. Κοσμιοτητα και σωφροσυνην αντι χρυσου και σμαραγδου. *Aristoteles* in OEconomicis: δαπανη τε και εσθητι, και τη αλλη κατασκευη χρησασθαι, και ελαττονι ἡ κατα τους της πολεως νομους ενδυμενην, ὁτι μητε το των ενδυματων λαμπρον, μητε του καλλους το εξοχον, μητε χρυσιου μεγεθος ὁτω συντελει εις συσασιν γυναικος, ὡς ἡ των πραγματων ευταξια και το του βιου σεμνον τε και ευπρεπες. ὡς ἁπας μεν τοιουτος ὁ της ψυχης κοσμος επερασος μαλλον, και βεβαιοτερος πολλῳ, ὡστε μεχρι γηρας εαυτῃ τε και τοις

5 λές. οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις

VARIAE LECTIONES.

5. ἅτ ελπιζουσαι επι τον Θεον omittit *AEth.* probante *Millio* prol. 1217. cui haec phrasis παρεμβλησεως suspecta est, siquidem nemo talia, si adfuissent, omittere potuerit. Sed quomodo, arbitremur, factum esse, vt phrasis haec codices ad vnum omnes caeterasque versiones occuparet, nisi pro genuina habenda esset? Videtur potius interpres AEth. vel errore quodam, vel eam ob causam, quia sensum verborum αἱ — Θεον jam voc. ἁγιαι contineri putabat, hanc phrasin vertendo praetermisisse. vid. comment.

Ibidem. εις pro επι τον AC. 13. 15. 27. 36. *Damascenus.*

τοις παισι τον αληθη καλλωπισμον προσποριζεσθαι. Vid. praeterea *Justin.* 20, 4. *Ter.* Heaut. 2, 3. 47. *Senec.* consol. ad Helvid. 16. *Plautus* Amphitr. 2, 2. 209. quae quidem loca, quamvis egregia, huc transscribere nimis longum foret.

5. 6. Ap. cohortationem *exemplo a Sara repetito* illustrat. Ἅγιαι, vel *mulieres piae*, vel *mul. venerandae*, vt sit nomen honorificum. (vid. ad 1, 2.) Praefero prius propter ea, quae sequuntur. Ελπιζειν επι τον Θεον, (vel εις τον Θ. vid. var. lect) hebr. בטח ביהוה, חסה ביהוה, Ps. 6, 12. *confidere Deo*, non minus quam αγαπαν τον Θεον, אהב יהוה, *Deum amare*, vt virtus praestantissima, pro *quolibet piae virtutis genere* omnino ponitur, ita vt in γυνη ελπ. επι τ. Θ. mera *piae* mulieris periphrasis contineatur. Ὑποτασσομεναι, pro δια το ὑποτασσεσθαι, vel ὑποτασσειν ἑαυτας (. ὑπακουειν. v. 6. *durch Unterwürfigkeit.* Τοις ιδιοις ἀνδρ. iterum pro τοις ανδρ. ἑαυτων. vid. ad v. 1. Cf cum 1 n. *Clem.* strom. 4. p 364. ex *Eurip.* Oreste: πασα γαρ θελη εσιν ανδρος ἡ σωφρων γυνη. *Meliss.* l. c. αρεσκειν δε, (δει) τῳ αὐτᾶς ανδρι, επιτελεας ποιευσαν τας εκεινα θελησιας. αἱ γαρ τῳ ανδρος θελησεις νομος οφειλει αγραφος ειναι κοσμια γυναικι, ποθ' ὃν χρη βιων αυταν. νομιζειν δε προϊκα ποτενενηχθαι ἁμα αυτᾳ καλλισαν και μεγισαν την ευταξιαν. *Philemon* fragment. p. 350. v. 123. bonae vxoris esse dicit:

Μη κρειττον ειναι τω ανδρος
αλλ' ὑπηκοον.

6.

ἰδίοις ἀνδράσιν· ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ, κύ- 6
ριον

6. Ὡς, pro ὁυτως. Ὑπακουειν, i. q. supra ὑποτασσεσθαι. Κυριον αυτον καλουσα, i. e. κυριον γαρ αυτον εκαλεσε. Κυριος vero est hebr. אדני, Genes. 18, 12. qui quidem locus hic respicitur cf. 2 Sam. 11, 26. Eodem sensu בעל Gen. 20, 3. Exod. 21, 3. Ioël 1, 8. Non solum vero Hebraeorum, sed etiam Graecorum vxores maritos κυριους vocasse, abunde testantur loca haec: *Plut.* de virt. mul. p. 252 B. vbi Megisto, Timoleontis coniux sic Aristotimum tyrannum alloquitur: ει μεν ης ανηρ φρονιμος, ουκ αν διελεγου γυναιξι περι ανδρων, αλλα προς εκεινους αν, ὡς ΚΥΡΙΟΥΣ ἡμων, επεμπες. *Aristoph.* equit. 965. διωξεις Σμικυθην και ΚΥΡΙΟΝ. vbi Schol. sic: ὡσπερ εν ταις εισαγωγαις των εγκληματων κηρυττειν εειωθασιν, επειδαν γυναικι επιφερεται εγκλημα. ὁυτω γαρ προκαλεισθαι ειωθασιν εν τῳ δικαστηριῳ. Ἡ δεινα και ὁ ΚΥΡΙΟΣ, τουτ' εστιν ὁ ΑΝΗΡ. Adi etiam *Eustath.* in Od. ξ. p. 536. 34. Quid, quod, observante *Elsnero*, mariti non κυριοι solum, verum etiam δεσποται vocabantur. cf. *Eurip.* Med. v. 223. et Hel. 578. *Achill. Tat.* l. 5. p. 309. Romae quoque sic loquendi mos erat, quanquam, corruptis Romanorum moribus, ex more contrario vxores *dominae* a maritis vocabantur. Εγενηθητε, pro fut. εσεσθε. Τεκνα, emphat. sumendum pro οντως τεκνα εγεν. *licet non sitis natae Judaeae, filiae tamen ejus eritis.* τεκνον vero vel υἱον τινος ειναι, pro more Hebraeorum etiam N. T. scriptoribus recepto, vel *felicitatis*, vel *pietatis*, vel aliam quamcumque *similitudinem* exprimit, qua cum aliquo jungimur. Rom. 8, 16. 17. 9, 7. 8. Gal. 3, 7. alibi. Hoc nexu *pietatis* similitudo tenenda est, ita vt sensus prodeat hic: *huic Sarae pietate similes eritis*, vel: *hanc Saram imitabimini.* Αγαθοποιουντες, pro εαν αγαθοποιητε· αγαθοποιειν vero vel ad *virtutis studium* omnino extendi, vel ad *obsequium maritis ab vxoribus praestandum* adstringi potest, (vid. ad 2, 20.) prout πτοησιν deinceps acceperis. Μη φοβουμ. μηδεμ. πτοησ. ex graecismo solenni pro: και μη φοβηθητε τινα πτοησιν. Και — πτοησιν, jam alii aliter interpretantur. Pessime omnium, qui πτοησιν de *libidine venerea*, vel *amore impotenti* intelligunt, quo sensu omnino apud *Aristotelem* de generat. animal. l. 4. c. 5. occurrit. Verba sic audiunt: διο και των γυναικων ὁσαι προς την ὁμιλιαν ακρατεις την τοιαυτην, ὁταν πολυτοκησωσι, παυονται της ΠΤΟΗΣΕΩΣ. Sensum tunc ex l. n. prodeun-

ριον αὐτὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι καὶ

cem *Henr. Steph.* in Schediasm. l. 2. Sched. 12. p. 59. in supplemento ad Tom 5. Thes. crit. Gruteriani, exprimit, allatis Petri verbis sic pergens: *vbi non male fortasse* μηδεμιαν πτοησιν intelligemus το περι μηδεμιαν επιθυμιαν επτοησθαι. Sed quis quaeso non viderit, quam coacta, apostolo indigna, et a nexu prorsus aliena, haec sit interpretatio? *Grotius* de *terriculamentis* sermonem esse putat, *ad prodendam pudicitiam, quam magistratus provinciarum saepe etiam minis attentaverint.* At vero et haec interpretatio ex longinquo repetita, et ex nimio studio, omnes virtutes, quarum hic mentio fit, in vita *Sarae* etiam deprehendendi, oriunda esse videtur. Nam vti αγαθοποιειν eo refert, quod Sara benigne exceperit hospites, sic hunc locum eo spectare putat, quod Sara Abimelechi cupiditati non cesserit. Gen. 20 Πτοησις potius s. πτοα, (a πτοεω, *perterrefacio, attonitum reddo*) vel est *metus, quem sentio ipse*, (vid. *Stephani* Thes. Tom. 3. p. 589. locaque a *Loesnero* et *Krebsio* e Phil ne et Iosepho huc allata) vel *metus, quem aliis injicio*, quo sensu φοβος v. 14. vsurpatur, i. q. εκπληξις. (vid. Alex. Prov. 3 25 si reddentes: και ε φοβηθησῃ πτοησιν επελθουσαν, ωδε ὁρμας ασεβων επερχομενας.) *Priori* sensu *Loesnerus* et *Krebsius*, *Stephanum* sequut, πτοησιν accipientes, *mulieres juberi* putant, *vt etiam tum pie et recte agant, cum nullus eas metus constringat*, i. e *sponte et vltro. Ture* μηδεμ. πτοησ. ex hebraismo abundare, et tota phrasis prope accedere videtur ad proverbialem nostram loquendi rationem: *thue recht, scheue niemand. Lutherus* vero statuisse videtur, apostolum hac phrasi in vniversum cavere voluisse, ne, quod interdum vsu venire constat, obsequio maritis praestando, ad servilem eorum metum dejici se patiantur; locum sic reddens: *und seyd nicht so schüchtern;* nisi forte vtraque interpretatio per se quidem minime spernenda, h. n. tamen nimis generalis videri possit. *Millius* porro et *W. Wall* in not. crit. ad N. T. p. 353. posteriorem voc. πτοησις significatum arripientes, *terrores* hic indicari putant, *quibus mulieres a fide maritis probanda avocari possint.* Nec id male, cum ap. v. 14. idem agens phrasi vtatur simillima hac: τον φοβον αυτων μη φοβηθητε, μηδε ταραχθητε. Non tamen in exemplum hic adduci illud, quod Abrahamo et Sarae accidit Gen. 20, 2. sed de

καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, 7

συνοι-

de *terroribus* potius cogitaverim, *quibus ipsi mariti ethnici uxores a profitenda atque retinenda rel. chr. deterrere conabantur*, quia de his potissimum v. 1. sermo erat. Omnium tamen facillima ratio semper mihi visa est, ex qua πτοησιν de *morositate maritorum duriorique uxorum tractatione* commode intelligi posse crediderim, ita vt sensus prodeat hic: *Leistet ihnen Gehorsam*, (αγαθοπ.) *und lasset euch selbst dann nicht aus der Fassung bringen, wenn sie euch auch noch so hart anfahren und behandeln.* In hanc sententiam et Rabbini Sarae exemplo saepius vsi sunt. *Tanchuma* fol. 9, 3. *Sed Abrahamum coluit uxor ejus, et vocavit ipsum dominum.* Gen. 18, 12. *Musar* c. 6. *Stat coram eo uxor bona, et ministrat ei, et vocat eum dominum suum S. D. — Sapiens quaedam femina dicebat filiae suae, cum eam duceret ad thalamum: mea filia, sta coram marito tuo, et ministra ei. Si fueris ei ancilla, ipse tibi servus erit, et honorabit te vt dominam, sed si extuleris te contra eum, erit tibi dominus, et tunc evilesces in oculis ejus, vt ancillarum vna.*

7. Cf. cum h. commate Eph. 5, 25. et Col. 3, 19. Οἱ ἄνδρες, vid. ad v. 1. Ὁμοίως alias παλιν, *vicissim*, *dagegen*. Συνοικοῦντες &c. Verborum ordo ex vulgari interpunctione, institui solet sic: συνοικ. (suppl. τῇ γυναικὶ) κ. γνωσιν, ὡς — τιμὴν, ὡς καὶ κ. τ. λ. Sed quamvis bene sententia verborum ὡς — τιμὴν sic congruat cum 1 Cor. 12, 23. συνοικοῦντες tamen, quo referatur, *non* habet, ἀπονεμοντες τιμὴν vero ad *duo* ista: ὡς — γυναικ. et ὡς — ζωης referri debet, et sic quidem sensus totius commatis valde impeditur. Quare equidem, posita post γυναικείῳ, et sublata post γνωσιν et τιμὴν interpunctione verba huius commatis junxerim sic: ΣΥΝΟΙΚΟΥΝΤΕΣ κ. γν. ὡς ασθ. σκ. τ. γυναικείῳ, ΑΠΟΝΕΜΟΝΤΕΣ τιμὴν ὡς κ. συγκλ. χαρ. ζωης, εἰς κ. τ. λ. Sic συνοικ. *habet*, cui jungatur, ἀπονεμ. τιμ. vero nonnisi ad *vnum* illud: ὡς — ζωης referatur necesse est, praetereaque paralleliſmus quidam huic commati inesse videtur. Συνοικοῦντες, pro συνοικεῖτε, vel δεῖ ὑμᾶς συνοικεῖν. Verbum συνοικεῖν vero proprium quidem est *consuetudini tori conjugalis*, (vid. loca ap. *Wetst.*) non tamen ita, vt *domestica maritorum cum uxoribus consociatio* excludatur, quae quidem significatio, magna locorum abundantia a *Raphelio* in annot. Xenophonteis et Herodoteis

συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναι-

ad h. l. aliisque satis confirmata, et h. l. potissimum accipienda est. Κατα γνωσιν, vt εν γνωσει 2 Cor. 6, 6. adverbialiter reddendum per *prudenter*, quae quidem prudentia praecipue in *indulgentia* erga vxores cernitur. Sic κατ' εξουσιαν, Marc. 1, 27. *potenter*, κατ' αληθειαν, Rom. 2, 2. *vere*, κατα ταξιν, 1 Cor. 14, 40. *ordinate*. Σκευος, de *muliere* intelligendum esse, nemini dubium est, *tum* quia mulieres a veteribus inter *res* et *supellectilem* quodammodo relatae esse videntur; in quam quidem sententiam insignia mihi semper visa sunt loca *Homerica* haec: Il. ψ. 259-261. ϑ, 290. 291. ι, 122-129. vbi inter reliqua praemia victoribus proposita, *lebetas*, *tripodas*, *equos*, *mulos*, *boves*, et i. g. a. etiam *mulieres* eodem tenore commemorantur; *tum* quia *Schoettgenius* hebr. כלי eodem sensu a scriptoribus Iudaicis adhiberi, plurium locorum ad 1 Thess. 4, 4. collectorum, et a *S. V. Koppio*, qui copiosius hanc rem tractavit, ad eundem locum jam transscriptorum, consensu luculentissime effecerit. Simili modo *Aristoteles* polit 2. vxorem οργανον του ανδρος vocat. Veterum, quia nil aptius novi, *Geschön f.* Ασθενεστερον, suppl. τω ανδρος, sc. quoad vires tam *animi*, quam *corporis*. Loca similia, quibus, mulieres viris infirmiores esse, asseritur, *Wetst. Schötg. Wolf*, alii, congesserunt. Quae quidem *infirmitatis* notio, quo efficacius exprimeretur, ap. etiam voc. σκευος, solenniori voc. γυνη h. l. praetulisse, mihi quidem videtur. Τῳ γυναικειῳ, suppl. σκευει, quod propter σκ. proxime praecedens jure hic omittebatur ab ap. Iam verba συνοικ. — γυναικ. resolverim atque acceperim sic: συνοικειτε κατα γνωσιν τῳ γυναικειῳ σκευει, ὡς σκευει ασθενεστερῳ (i. e. εστι γαρ σκευος ασθενεστερον,) *prudenter*, i. e *indulgenter vivite cum vxoribus vestris, cogitantes, mulieres constituere infirmiorem generis humani partem.* Απονεμοντες τιμην iterum pro δει απονεμειν τιμην, sc. αυταις, vel τιμαν αυτας. (vid. *Wetst.*) i. e. si nexum consulas, *leniter tractari debent.* Cf. *Epictetus* 62. επ' ουδενι αλλῳ ΤΙΜΩΝΤΑΙ αι γυναικες ὑπο των ανδρων, η τῳ κοσμιαι φαινεσθαι, και αιδημονες εν σωφροσυνη. *Mujar.* f. 74. 1. *Debet homo* honorare *vxorem suam.* — *R. Hanina dicit: semper homo honorem tribuat vxori, nam non est benedictio homini, nisi propter vxorem ejus. S. D. Gen.* 12, 16. *Bava Mezia* f. 59, 1. *Dixit R. Chelbo; semper homo cogiter de*

gloria

γυναικείῳ, ἀπονέμοντες τιμὴν ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάρι-

VARIAE LECTIONES.

7. συγκληρονομοι AC. 1. 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 46. 47. Ed. *Complut. Eraſmi. Stephani. Plantin. Genev. Bezae. Bogard.* Verſ. *Copt. Caſtal. Hieronymus* c. Jovinian. 1, 4. probb. *Millio* prol. 1209. *Wetſtenio, Grotio.* Quare etiam *Bengelius* hanc lectionem in textum ſuſcepit. συγκληρονομοις vero tuentur 7. 8. 26. 31. al. Ed. *Syr. Arr. AEth. Arm. Vulg. OEcum. Ambr. Aug. Caſſiod.* prob. *Wolfio. Griesbachius* vtramque lectionem pro aequali habet. Nos quidem praeferimus priorem, tum quia nititur codd. graviſſimorum multitudine, (verſiones quidem antiquiſſ. pro lect. altera pugnare videntur, ſed ex verſſ. pro neutra lectione hic repeti poteſt praeſidium, ſiquidem, quicquid legerint, σ—οι vel σ—οις, ſenſum ſemper eodem modo exprimerent, neceſſe erat.) tum quia eſt lectio difficilior. Perire enim videtur, admiſſa hac lectione, vis argumenti hujus: *vxores eodem loco cum viris a Deo haberi*; quae tamen non perit, dummodo συγκλ. non ad ανδρας ſed ad γυναικας retuleris. vid. comment. Lectio σ—οις vero facilior eſt, ſiquidem ſenſum iſtum manifeſte fundit, et particula ὡς, quae non minus ασθενεστερῳ σκευει, quam συγκληρονομοις praemiſſa eſt, mirifice adſtruitur.

Ibidem εγκοπτεσθαι pro εκκοπτεσθαι A. 1. 3. 4. 5. 6. 10. 14. 15. 17. 18. 19. 21. 24. 25. 27. 28. 32. 33. 36. 38. 42. 45. 47. 50. 51. Ed. *Colinaei, Complut. E. Schmidii, OEcumenius.* Verſ. *Vulg. Syr. vtr. Copt.* probb. *Grotio, Millio* prol. 1209. *Alberti. Wetſtenio, Griesbachio.* Iure igitur haec lectio etiam a *Bengelio*, quem ſequimur, pro magis genuina habita eſt. Lectio εκκοπτεσθαι forſan inde orta eſt, quod ex hebraiſmo etiam preces *exſcindi* dicuntur. vid. comment.

gloria *vxoris ſuae, nulla enim benedictio in tota domo ejus reperitur, niſi propter vxorem. S. D. Gen.* 12, 16. *Jevamoth.* f. 62 2. et *Sanhedrin.* f. 76. 2. *Tradunt Rabbini noſtri: qui vxorem amat ſicut corpus ſuum, eamque magis* honorat, *quam corpus ſuum, de eo ſcriptura dicit: Job.* 5, 24. *et videbis, quod pax ſit domui tuae.* Ὡς και συγκλη. arcte jungenda ſunt cum proxime ſuperioribus, et reſolve per: εισι γαρ κλη.

χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν.

8 Τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς,

κληρ. (sc. αἱ γυναικες,) χ. ζ. ὡσπερ ὑμεις, vna enim cum vobis, vel non minus enim quam vos olim participes erunt vitae aeternae, adeoque eodem loco, quo viri, a Deo habentur. Ζων, pro ζωη αιωνιος, felicitas olim in regno Messiano obtinenda. Χαρις ζωης, vel ζωη εκ χαριτος δοθεισα, vita aeterna, gratiose nobis concessa, vel χαρισμα ζωης, beneficium vitae aet. Quocunque sensu vero acceperis, χαρις semper cum ζωη junctum esse videtur, vt omnis proprii meriti cogitatio ab hominibus removeatur. Grotius χαρις ζωης pro χαρις ζωοποιουσα accipit, i. e. gratia evangelica, quae ad vitam nos ducit; sed, si quid sentio, non sine magna duritie. Εις το &c mente jungenda cum συνοικουντες et απονεμ. τιμ. et resolv. per ἱνα μη εγκ. Εγκοπτειν proprie est *inscindere*, εκκοπτειν vero, quae altera est lectio (vid. var. lect.) *exscindere*. Metaphorice vero vtrumque voc. adhiberi solet pro *impedire*, *irritum facere*. Act. 24, 4. Rom. 5, 2. 1 Thess. 2, 18. 2 Cor. 11, 12. *Preces* vero *impediri* dicuntur, quando *vis earum imminuitur*, *atque efficacia*; necesse autem erat, vt preces mariti, vxorem duriter tractantis, irritae fierent, quia non animo tranquillo et fiducia pleno summum numen precibus adire poterat. Ceterum *preces alicujus irritas factas esse*, veteres dixisse videntur, cum eum omnino *gratia divina carere*, *et improbum atque infelicem factum esse* declarare volebant. Hinc sensus hujus l. huc redire videtur: *benigne vobis tractandae sunt vxores vestrae*, *vt ne vos ipsi gratia div. excidatis*. Tota vero ratio, observante *Schoetgenio*, est hebraica. *Schemoth Rabba* sect. 22. f. 121. 4. *Dixit R. Jehoschua sacerdos filius R. Nehemiae:* וכי יש תפלה עכורה, *num*, *quaeso*, *preces quaedam abscinduntur?* (i. e. impediuntur?) &c. *Jalcut Rubeni* f. 161. 3. ad Deuter. 7, 14 sic habet: שלא יהא תפלתך עקורה לפני המקום *non erunt preces tuae* quasi e loco suo evulsae, (i. e. irritae) *apud Dominum*.

8 9. VII. Jam omnium virtutum hucusque commemoratarum ambitum ap. revocat ad vnum *mutui amoris* atque *concordiae sensum*, ad quem eo penitius exhauriendum vocc. ὁμοφρ. συμπαθ. &c. accumulata, nec adeo metaphysica subtilitate

θεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, ˜ φιλόφρονες˜ μὴ

˜ ταπεινοφρονες.

VARIAE LECTIONES.

8. Ταπεινοφρονες, pro φιλοφρονες AC. 5. 7. 8. 9. 13. 14. a pr. m. 15. in m. 16. 18. in m. 25. 27. 29. 33. 39. ex emend. 46. Ed. *Colinaei.* Verſ. *Syr. Erp. Copt. Arm. Clemens* paed. 3. 11. p. 296. *Antiochus* 79. 92. probb. *Bengelio. Griesbachio.* — φιλοταπεινοφρονες 40. *Euthal.* — φιλοφρονες ταπεινοφρονες 60. *OEcumenius* modeſti, humiles. *Vulg.* humiles, modeſti. *harl.* Alii *lat.* alterutrum. Nos ταπεινοφρονες pro genuina lectione habemus, tum propter codd. graviſſ. conſenſum, tum quia lectio eſt difficilior, ſiquidem cum rel. vocc. ὁμοφ. συμπαθ. φιλαδ. parum conſpirare videtur. Φιλοφρονες interpretamenti ſpeciem prae ſe fert, in quod quidem ex vocc. ὁμοΦΡΟΝΕΣ et ΦΙΛαδελφοι facile quis incidere potuit. Lectiones vero φιλοταπεινοφρονες et φιλοφρονες ταπεινοφρονες inde ortae eſſe videntur, quod φιλοφρονες, ad marginem primum ſcholii loco poſitum, in contextum tandem librariorum culpa irrepſit. Minime vero cum *Millio*, difficiliorem lectionem ταπεινοφρ. ex ſcholio marginali in textum translatum eſſe putaverim.

tate invicem diſtinguenda ſunt. Το δε τελος, סוף דבר, Eccl. 12, 13. pro κατα δε τ. τ. *ſumma cohortationum mearum jam eo redit.* 1 Tim. 1, 5. Παντες, emphat. ſumendum pro: ὑ μονον οἱ ανδρες και αἱ γυναικες, αλλα ὑμεις παντες (vid. ad 3, 1. 7.) Eſſe, vel δει ὑμας ειναι. Ὁμοφρονες, alias το αυτο φρονουντες, Rom. 12, 16. 15, 5. 2 Cor. 13, 11. Phil. 2, 2. et το ἑν φρονουντες, Phil. l. c. *qui idem ſentiunt, quod alii, nec contrariis ſtudiis ſe in diverſas partes trahi ſinunt*, verbo: *concordes.* Συμπαθεις, vel *gleichgeſinnt*, i. q. ὁμοφρονες, vel *mitleidig, theilnehmend*, quod praefero, tum propter vſum loquendi vulgarem, tum propter nexum cum iis, quae proxime ſequuntur. Φιλαδελφοι. Cum inter Chriſtianos ipſum nomen αδελφων ſit ſolenne, horum poſtiſſimum eſt, *amore fraterno invicem ſe amplecti.* 1 Theſſ. 4, 9. coll. v 10. Rom. 12, 10. Hebr. 13, 1. Ευσπλαγχνος, hebr. רחום, vel מרחם, i. q. ελεημων, ἱλεως, *benignus, propitius, facilis omnino vel in condonandis injuriis ſibi illatis, vel in miſeria alicujus lenienda, vel in quacunque alia re.* Quo tamen ſenſu ευσπλ. ex hebr. רחמים (τα σπλαγχνα,) quod

9 μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς

proprie *viscera*, deinde, vt idem illud lat. viscera, *sedem animi*, hinc denique *animum ipsum*, et praecipue *misericordiae* et *benignitatis sensum* significat, (vti ex formulis σπλαγχνα ελεος Luc. 1, 78. et σπλ. οικτιρμων Col. 3, 12. abunde apparet,) deducendum, et N. T. scriptoribus proprium esse videtur; externis enim scriptoribus ευσπλ. semper valet *vir forti animo*, vid. *Kypke* ad Eph. 4, 30. Φιλοφρονες, *amica mente praediti*, i. q. Φιλαδελφοι. Cf Act. 28, 7. vbi *comitatis* praesertim, et *affabilitatis* notionem involvit. *Suid.* Φιλοφρονεσατα, φιλικωτατα. Φιλοφροσυνη, δεξιωσις, η προσηνεια. Quodsi vero ταπεινοφρονες pro genuina lectione meum habueris, antec. positum esse videtur pro conseq. siquidem, qui *modeste de se sentiunt*, aliis etiam *bene velle* solent.

9. Cf. 2, 23. Κακον, non *malum quodvis*, sed *injuria illata*. cf. voc. λοιδ. quod sequitur. Λοιδορια, *verba contumeliosa*, ὑβρισματα. Ex tanta locorum similium a *Wetstenio* aliisque ad h. l. et Matth. 5, 44. collectorum multitudine, bina haec transcripsisse sufficiat: *Jos.* ant. 6, 13. 4. και γαρ, ει πονηρος ἑτος εις ἡμας, αλλ' ουκ εμε δει τοιουτον ειναι προς αυτον. *M. Antoninus* 6, 30. εφερεν εκεινος τας αδικως μεμφομενας ουκ αντιμεμφομενος. Τουναντιον δε, alias μαλλον δε. Ευλογουντες, pro ευλογειτε sc. αυτους, i. e. *bene potius iis precamini, beneficiisque eos exornate.* Matth. 5, 44. vid. exc. 1. Ειδοτες, ειδετε γαρ, Εις τουτο εκληθητε, eodem sensu quo 2, 21. Κληρονομειν hebr. נחל, simpliciter i. q. τυγχανειν τινος. vid. ad 1 Petr. 1, 4. Ευλογια, pro *felicitate ipsa olim obtinenda.* Videntur itaque ευλογια et ευλογουντες, per παρωνομασιαν posita, non per αντανακλασιν, quae *Grotii* est sententia, verbum ευλογειν ad solas benedictiones, ore pronuntiatas, praeter rem restringentis. Sensus est: *Ea lege Christiani facti estis, vt summam olim felicitatem adipiscamini.* Jam mente suppleri potest vel hoc: *de quo enim, si cogitaveritis, facile erit, mala quaevis in hac terra perpeti;* vel hoc: *felicitatem vero illam ipsa erga inimicos indulgentia vobis comparabitis.* Et sic quidem *causa* in his verbis latet, cur ignoscendum sit inimicis. Possint vero etiam verba ειδοτες — εκλ. vncis inclusa sic reddi: *bene*

pere

εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.
Ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας 10
α. α.

VARIAE LECTIONES.

10. Καὶ αγαπων ἡμερας ιδειν 22. Lectio reficta ad verba Alexandr. Pſ. 34, 13.

perſuaſi, *hanc veſtram eſſe ſortem, vt mala ab aliis perferatis.* Praetero tamen prius, praecipue, vt verba εις τουτο εκλ. eodem, quo 2, 21. ſenſu, ſerventur. Cf. cum hujus comm. ſententia 2, 20. et 1 Tim. 4, 8.

10. VIII. Verbis λοιδ. αντι λοιδ. adductus ap. jam antecit *ad linguam comveſcendam* brevem cohortationem, ex Pſ. 34, 13. 14. repetitis, expreſſam. Alexandrini vero hunc l. ſic reddunt: τις ες.ν ανθρωπος, ὁ θελων ζωην, αγαπων ἡμερας ιδειν αγαθας; παυσον την γλωσσαν σε απο κακκ, και χειλη σε, τα μη λαλησαι δολον. Petrus igitur, cujus verba propter vnius codicis ſuffragium (vid. var. lect.) in verba Alexandrinorum neutiquam transmutari poſſunt, hunc locum, prout memoria eum tenebat, pronuntiaſſe, putandus eſt. Γαρ, part. tranſ. pro δε. Ζωη, pro *vita beata*, vel *felicitate* omnino adhiberi, inter omnes ſatis conſtat. vid ad Jac 1, 12. Θελων αγαπᾶν, redundanter pro ſimpliciori ὁ αγαπων ζ. vel ὁ θελων ζ. *qui bene beateque vivere cupit*, ſc. *in hac terra*; (vid. ἡμ. αγαθ. quod ſequitur.) nam quorſum *Grotius*, vt omnia promiſſa evangelica, ſic et hoc, ad *aeternitatem* referri velit, equidem non aſſequor. Ἡμεραι, ex hebr. ימים, pro *vita univerſa*. Αγαθος, h. n. *felix*. Ἡμεραι αγαθαι, igitur *vita beata*. Ιδειν vero ἡμερας αγαθας, ex hebraiſmo notis (ראה ימים טובים) pro διαγειν βιον ευδαιμονα, ζην ευδαιμονως. Eodem ſenſu etiam Anthol 1, 29. 8 legitur ὁταν θελῃ τις ΗΜΕΡΑΝ ΙΔΕΙΝ ΚΑΛΗΝ. Ceterum hic tam Alexandrini quam Petrus ſenſum magis, quam verba textus hebr. expreſſerunt. Verba enim hebr. ſic audiunt אהב ימים לראות טוב, verbotenus ſic fere reddenda: αγαπων ἡμερας (ſ. ζωην, εις το ιδειν (ſ. ὡστε ιδειν,) αγαθα. Παυω, non *ceſſo*, ſed *ceſſare facio, coërceo*, et in paſſ. *coërceor*, (1 Petr. 4. 1.) παυομαι vero, medium, *facio ceſſare me, coërceo memetipſum*, quorum illud, (niſi abſolute vtrumque voc. adhibetur, vt Act. 20, 1. Luc. 8, 24. 1 Cor. 13, 8.) cum infinitivo, vt l. n.,

hoc

ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ
χείλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.

11 Ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθόν·
ζητη-

hoc autem cum participio jungi solet Luc. 5, 4. Act. 5, 42. 6, 13. 13, 10. 20, 31. 21, 32. Eph. 1, 16. Col. 1, 9 et Hebr. 10, 2. Non desunt tamen neglecti hujus discriminis exempla. *Eurip.* Jon. v. 522. παυε dixit pro *desine*, cum v. 650 rectius dixisset, παυσαι λογων. Simili modo *Hesiod.* Scut. Herc. v. 449. παυε μαχης, *desiste a pugna*. *Aristoph.* in Vesp. vbi Philocleon ad Bdelycleontem: παυε δελειαν λεγων, *mitte*, *desine*, *servum dicere*; cum recte Ran. act. 5. sc. 2. dixisset παυσασθον ηδη των μελων, et act. 1. sc. 5 παυε, παυε, pro *inhibe*, *cohibe*. Quare etiam Alexandrinis et Petro, Alexandrinos sequuto, ignoscendum est, qui apte ad verba hebr. נצר לשונך מרע, reddunt per παυειν απο κακκ, loco παυειν λαλειν κακον, vel magis congruenter cum iis, quae proxime sequuntur, παυειν τα μη λαλειν κακον. (Sic etiam παυειν apud *Plut.* Sylla p. 457. cum inf. praepositio articulo occurrit: επαυσατο τα πραττειν.) Jacobus, 1, 26 eadem praecipiens, dicit χαλιναγωγειν την γλωσσαν. *Lutherus*, ex antiquiori et nunc fere deperdito loquendi genere vertit: *der schweige seine Zunge*. Κακον, complectitur *vitia quaelibet, quae lingua committuntur*, δολον, λοιδοριαν, ψευδος et i. g. a. Χειλη, ex parallelismo i. q. γλωσσα. Δολος, ex eodem parall. i. q. κακον.

11 — μακαριοι v. 14. arcte cohaerent. Petrus nimirum IX. semel in locum illum. Ps. 34, 13. 14. delatus, transscribendis etiam indidem verbis commatum 15. et 16. iterum ad *virtutis studium Christianorum omnino cohortando exacuendum* redit. Congruunt v. v. 11 et 12. cum versione Al. praeter mutatam personam et verba ὁτι οἱ v. 12. ab Al. omissa. Cf. etiam Ps. 37, 27. Εκκλινειν απο κακκ, סור מרע, i. q. φευγειν, αποτιθεναι κακον, φυλαττεσθαι ποιειν κακον. Κακον, vel κακια, πονηρια, *flagitiositas omnino*, vel, vt v. 9. *injuria nobis illata*. Ποιειν αγαθον, alias vno verbo αγαθοποιειν. 17. 2, 15. αγαθον vero, vi opp. κακ. vel *virtutem omnino*, vel *mutui amoris officia* designat. Ζητειν, בקש, et διωκειν, רדף sunt synn. gradu tantum diversa, eoque consilio invicem juncta, vt *acerrimum virtutis studium* exprimeretur. Latini eodem

ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν. ὅτι ὀφθαλμοὶ 12
Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν
αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

12. Post κακα adhuc addunt: τȣ ολοθρευσαι αυτȣς εκ γης. 32. Ed. Complut. Plantin. Verſ. Syr. poſt. cum aſteriſco. Sed haec ex verſione Alexandrina. Pſ. 34, 16. textui illata eſſe, quiſque videt.

eodem ſenſu voc. *perſequi* adhibent. Ειρηνη, שלום, ſi κακον et αγαθ. de *vitioſitate* et *virtute omnino* intellexeris, pro *felicitate* acceperim, quodſi vero haec vocc. de *injuriis nobis illatis*, *mutuique amoris officiis* interpretatus fueris, ειρηνην priori ſignificatione pro *concordia* et *pacis ſtudio* retinuerim; id quod fere praetulerim, quia paulo ante de lingua, tanquam diſcordiarum fomite, ſermo erat. Eodem ſenſu ζητειν ειρηνην habes apud Joſ. b. j. 5, 8. 2. τȣς μη ΖΗΤΟΥΝΤΑΣ ΕΙΡΗΝΗΝ, και κατα Ρωμαιων ζην προηρημενȣς. Cf. cum l. n. 1, 19. 2, 1. 2. Matth. 5, 9.

12 — 14. *med.* jam adduntur ad bene recteque vivendum incitamenta haec: *Deum enim non minus eſſe remuneratorem virtutis, quam ſceleris vltorem*, 12. *nec fieri poſſe, vt alii nos offendant, ſi virtuti ſtudeamus*; 13. *quodſi vero vel maxime nos offendant, tantum abeſſe*, vt *mala, quae virtutis tuendae cauſa ſuſtineamus, pro veris malis habenda ſint, vt potius ad felicitatem noſtram augendam conferre videantur.* 14. Δικαιοι, צדיקים *homines probi, pii* Επι δικαιȣς ſc. βλεπȣσι, εις αυτȣς ατενιζȣσι. Προσωπον, פנים, q. paulo ante οφθαλμοι, עינים. Ποιȣντες κακα, κακοποιοι, 2, 12 14. pro ανθρωποι πονηροι omnino. Επι ποιȣντας κακα, ſc. βλεπει; ſequitur in Pſalmo, quod hic brevitatis cauſa ſubticetur, τȣ εξολοθρευσαι εκ γης το μνημοσυνον αυτων. In toto vero hoc commate recte explicando tenendum eſt hoc vnum: Deum ανθρωποπαθως dici *oculos dirigere in homines*, quando eos vel *praemio* vel *ſupplicio* afficit, *auresque declinare ad preces hominum*, quando *preces eorum exaudit*. Senſus igitur eſt: *Deus praemiis exornat probos, precesque eorum exaudit, ab improbis vero ſupplicia ſumit.* Cf. *Xenoph.* hiſt. Graec. l. 5. p. 442. ὡς Θεοι ȣτε των ασεβȣντων, ȣτε των ανοσια ποιȣντων αμελȣσι.

13

13 Καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ ~ μιμηταὶ γέ-
14 νησθε; ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι.

Τὸν

~ ζηλωταὶ.

VARIAE LECTIONES.

13. Ζηλωταὶ pro μιμηταὶ AC. 3. 5. 7. 17. 27. 29, 33. in m. 40. Ed. Colinaei. Verf. *Vulg. Syr.* utr. *Arab. AEthiop. Copt. Clemens. Damascenus* probb. *Grotio. Bengelio. Griesbachio.* Forte ζηλωταὶ eam ob causam in μιμηταὶ transmutatum est, quia sciolo alicui *invidiae* notionem simul involvere videbatur. Est saltem ζηλωταὶ lectio vulgari aequalis, imo forte praeferenda; id quod h. l. signo nostro ~ tantum indicare voluimus.

13. Τις ὁ κακώσων ὑμας, sc. εστι, vel δυναται ειναι, pro τις κακωσει ὑμας, vel δυναται κακωσαι ὑμας, *male tractare*, vid. Act. 7, 6. 19. 12, 1 18, 10. Αγαθον, *bonum*, *honestum*, i. q. αρετην. vid ad 2, 14 15. Μιμητην γινεσθαι, pro simpl. μιμεισθαι. Εαν — γενησθε, igitur pro: εαν αγαθοποιητε, 3. Ioh. 11. Lectio ζηλωται eundem sensum fundit, modo efficacius expressum (vid. var. lect.) Sic. *M. Antonin.* 11, 20. *τι γαρ σοι ποιησει ὁ ὑβριστικωτατος, εαν διατελης ευμενης αυτω*; *Seneca* de ir. 1, 32. *M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens; quis enim illi sciens faceret injuriam? postea satisfacienti Cato, non memini, inquit, percussum me.* Cf. etiam Sir. 7, 1. Ceterum Christianos quidem, quamvis virtutis honestatisque studiosos, magistratuum saevitia atque crudelitate multa tamen perpessos esse, inter omnes satis constat; sed in oratione populari, qualis in literis esse solet, sic omnia ad subtilioris veritatis modulum metiri velle, quis quaeso probaverit? partim cum Christianos saltem haud ita multa passos esse nemo dubitaverit, quam si parum virtuti studuissent; partim cum ap. haec sibi objici posse sentiens v. 12. statim declaret, de *veris* malis sibi hic sermonem esse, quae viro probo accidere posse neget.

14. Αλλ' — μακαριοι, a commate 14. divulsa cum v. 13. jungenda sunt, quia inde a verbis τον δε φοβον &c. nova paraenesis incipere videtur. Αλλ' ει και. Finxisse sibi videtur ap. adversarium sic obloquentem: πολλα δε ὁμως πασχομεν; ad haec ille: αλλ' ει και

Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε·

sed quamvis vel maxime &c. alias enim apostolum simpliciter εἰ δὲ πασχ. dixisse putaverim. Πασχοιτε, *vario modo cruciemini.* (vid. ad πειρασμοὶ ποικ. Jac. 1, 2.) Δικαιοσυνη, i. q. v. 16. αγαθη εν Χριστῳ αναστροφη. Δια δικαιοσ. vt ἕνεκεν δικαιοσυνης Matth. 5, 10. resolv. per μονον δια δικ. *dummodo honesta vestra, et ad praecepta rel. chr. accomodata vivendi ratio in causa fuerit; so bald es nur um Eurer christlichen Rechtschaffenheit willen geschieht.* Μακαριοι, sc. εστε; (Jacobus eodem nexu et sensu πασαν χαραν ἡγησασθε 1, 2.) *tum* quia vel ex ipsa cogitatione, cruciatibus nostris religionis causa constanter sustinendis, ejusdem rel chr. veritatem atque praestantiam magis magisque confirmatam atque declaratam esse, summa laetitia ad nos redundat, *tum* quia, ipso Jacobo (l. c.) auctore, cruciatibus perferendis in recte agendo confirmamur, *tum* denique, quia Deum, pro summa ejus erga nos benignitate, cruciatus, sine culpa nostra perpessos, nobis in vita futura remuneraturum esse, Christo ipso asseverante, Matth. 5, 10. laeti sperare jubemur. Iam vero si his ex causis in atrocissimis licet cruciatibus felicitas nostra inconcussa manet, sponte sequitur, quae commatis 13. sententia erat, neminem homines vere Christianos male tractare posse.

Iam ea, quae sequuntur, vsque ad Cap IV, 7. arctissimo vinculo invicem cohaerent, siqu dem ap. post quam Christianos in atrocissimis licet calamitatibus felices tamen esse contenderat, hinc iam Xenos cohortari pergit, vt etiam propter religionem chr. vario cruciatuum genere afflicti, constanti animo coram magistratibus causam dicentes, religionem defendant, 14. 15. 16. praestare enim, insontem pati, quam sontem, 17. id quod, Christi exemplo copiosius deinceps illustratur, 18—22. atque confirmatur. C. 4, 1—7. Vtitur vero ap. ad exprimendam hanc cohortationem verbis ex Jes. 8, 12. 13. repetitis, iisque h. n. a nexu eo, quo apud Jesaiam leguntur, prorsus diverso, sic fere intelligendis: τον φοβον αυτων, pro κατα τον φοβ. α. et hoc pro δια τ. φοβ. α. φοβος, פחד, autem active sumendum pro: *metus, quem illi vobis, praecipue in judicio,* (v. 15. 16.) *injicere conantur,* verbo εκπληξις, *terriculamentum,* et i. q. πτοησις v. 6. Cf. *Gellius* 9, 12. *Metus aeque ac injuria, atque alia quaedam id genus, sic utroque-*

15 θῆτε· Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι

VARIAE LECTIONES.

15. Χριστον pro Θεον AC. 7. 33. in m. Verſ. *Vulg. Syr. vtr.* Copt. Clem. *Fulgentius.* prob. *Millio* prol. 1248.

queverſum dici poſſunt. Nam metus hoſtium recte dicitur, et quum timent hoſtes, et quum timentur. Itaque Salluſtius in hiſtoria prima metum Pompeji dixit, non quod Pompejus metueret, (quod eſt vſitatius.) ſed quod metueretur. Verba haec Salluſtii ſunt: Id bellum excitabat metus Pompeji victoris, Hierosolymam in regnum reſtituentis. Item alio in loco: Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit. Florus I, 17. *Erat* terror *ingens tot ſimul tantorumque populorum.* 3, 10. *tantus gentis novae* terror *in caſtris.* Sophocles. *Philoct.* 1244. στρατον δ' Αχειων ου ΦΟΒΗ πρασσων ταδε. N. συν τω δικαιῳ τον σον ου ϑαρβω ΦΟΒΟΝ. Αυτων, ſc. *hoſtium Chriſtianorum, qui auctoritate valebant, magiſtratuque fungebantur.* cf. v. 15 16. Al. habent αυτε, quod ſpectat ad λαος proxime praecedens. Φοβεισϑαι φοβον etiam apud *Eurip.* junctim deprehenditur. Troad. 1165. βρεφος τοσονδ' εδεισατ'; ϰϰ αινω ΦΟΒΟΝ, ὁστις ΦΟΒΕΙΤΑΙ, μη διεξελϑων λογῳ. Φοβεισϑαι vero et ταρασσεσϑαι mere ſunt ſynn. gradu tantum diverſa, eoque conſilio accumulata, quo efficacius exprimatur ſententia haec: vt nulla poenae formidine ſe a ſtatu mentis dejici patiantur. Al. ſenſu prorſus non mutato, pro μηδε ταρ. reddunt ϰδε μη ταρ.

15. Κυριον — ὑμων, LXX interpp. brevius ſic exprimunt: κυριον αυτον ἁγιασατε. Ἁγιαζειν, קדריש, cum ἁγιος, קדוש, *pie venerandus* Deus dicatur, nil aliud eſſe poteſt, quam *pie venerari Deum omnino*, i. q. alias δοξαζειν, λατρευειν, σεβεσϑαι, ευλογειν, δουλευειν &c. vid. ad 1, 15. Loca ex Judaeorum ſcriptis collecta vid. ap. *Wetſt.* et *Schoetg.* Εν ταις καρδιαις ὑμων, i. e. *precibus, votis, gratiarum actione &c. ſola mente conceptis*, ſc. ſi palam eum venerandi copia vobis a magiſtratibus denegata fuerit. *Homerus* eodem ſenſu εφ' ὑμιν, εν σιγῃ. Ἑτοιμοι δε, ſc. εσε. Aei, *quovis temporis momento, quo religionis, quam profitemini, ratio a vobis exigetur.* Προς απολογιαν, i. e. εις το δουναι λογον, (vid. quae ſequuntur.) *ad eam-*

jam

τι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτη-
τος καὶ φόβου· συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν, ἵνα ἐν ᾧ 16
καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ
ἐπ-

sam reddendam, cur facti ſitis Chriſtiani. Phil. 1, 7. 17. 2 Tim. 4, 16. Act. 22, 1. Παντι, ἑκάστῳ, *non magiſtratibus ſolum, ſed vnicuique rationem repoſcenti.* Περι, redundat, vt ſaepius. Ἡ ἐν ὑμιν, ſc. ϗσα ελπις, i. e. *ipſa religio chr., qua*, praeter reliqua bona, per Chriſtum nobis parta, *felicitatem poſt mortem futuram ſperare* iubemur. Cf. Eph. 4, 4. 1 Theſſ. 4, 13. Col. 1, 5. Act. 26, 7. Putem vero, apoſtolum eam ob cauſam ελπις εν ὑμιν ϗσα pro διδαχη τϗ Χριϛϗ dixiſſe, vt ipſo hoc vocabulo vel Chriſtianis ad defendendam religionem chr. animum adderet, vel ſaltem iis ſubindicaret, απολογιας initium faciendum eſſe a ſpe immortalitatis, per Chriſti doctrinam hominibus confirmata. Μετα — Φοβϗ, iungenda cum ἑτοιμοι προς απολ. Πραΰτης, *manſuetudo, qua religionem defendimus*, ab omni acerbitate, et in magiſtratus ethnicos contumacia, alieni. Φοβος, vero *reverentia, verecundia*, magiſtratibus debita, ex qua illa ipſa πραΰτης oriunda eſt.

16. Εχοντες, vel pro μονον δε δει ὑμας εχειν, vel pro εχετε γαρ. Συνειδησις αγαθη, eſt συνειδησις τϗ αγαθϗ, *perſuaſio, ſe vel omnino, vel ſingulari quadam occaſione bene rectèque egiſſe.* Ex priori ſignificatione ſenſus oritur hic: *conſcii enim vobis eſtis, vos, praecipue ex quo Chriſtiani facti eſtis, pro virium modulo bene rectèque egiſſe*; ex poſteriori vero hic: *perſuaſum enim habetis, vos tueri religionem veriſſimam, praeſtantiſſimam.* Nos: *denn Ihr ſeyd Euch Eurer guten Sache bewußt.* cf. infra ad. v. 21. Ἱνα — κακοπ. Sententiam eandem verbis iisdem expreſſam vide ſupra 2, 12. ad quem locum cogitando iam revoluitur ap. Εν ᾧ, vel, vt ſupra l. c. pro באשר, διοτι, vel δι' αυτϗ τϗτϗ, δι' ὅ &c. ſenſu hoc: *vt pudore afficiantur ipſis iſtis conviciis*, h. e. *vt illiberalis et inhoneſta eorum agendi ratio palam ſe prodat per ipſa iſta convicia*, quibus vos infectati ſunt. 2 Cor. 9, 4. Επηρεαζειν, omnino quidem eſt *nocere, damno afficere*, praecipue vero apud externos ſcriptores, vt et h. n. denotat, *deferre aliquem apud judicem*; *obtrectare, criminari in judicio*, i. q. paulo ante καταλαλειν ὡς κακοπ. *Demoſthenes* Midiana p. 413. και βοηθησασιν ὁι λεγοντες ὑπερ αυτϗ, ϗχ' ἑτω τϗτϗ

ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν.
17 Κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, (εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ,) πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας·
18 ὅτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, δί-

VARIAE LECTIONES.

17. Θελει ommittunt 24. 26. — Θελη 45. — Θελοι AC. 1. 2. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 28. 29. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 46. Lectionar. 1. Ed. *Complut. Erasmi* 1. *Colinaei. Plantini. Genev.* Codd. Lat. *Clem. Al.* OEcumenius ed. probb. *Wetstenio. Griesbachio.* Quare Θελοι pro vulgari Θελει jure in textum recepit *Bengelius.*

χαριζεσθαι μα τους θεους βουλομενοι, ὡς ΕΠΗΡΕΑΖΕΙΝ εμοι δια την εχθραν. *Plutarch.* Agesil. p. 599. περι τας κρισεις ὁμοιως, οἷς εκεινος ΕΠΗΡΕΑΖΟΙ, τουτους εδει πλεον εχοντας απελθειν. *Philostrat.* l. 8 vit. Apollon. c. 4. p. 324. ΕΠΗΡΕΑΣΑΝΤΟΣ δε του κατηγορου την ὑπεροψιαν. cf. *Jos.* ant. l. 16. c. 4. p. 550. et *Pollux* onom. l. 8. c. 6. Hinc etiam δικη επηρειας, *der Proceſs gegen einen Chicaneur.* In N. T. hoc voc. eodem ſenſu habes Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. Αγαθη εν Χριστῳ αναστροφη, pro αναστροφη αγαθη και εν Χριστῳ (i. e. κατα τας του Χριστου εντολας,) ικα. *vita bona, et ad praecepta Chriſti accommodata* Eandem verborum conſequutionem habes v. 2.

17. Κρειττον γαρ, ſc. εστι, *praeſtat enim*; cur vero praeſtet ad v. 14. explicatum lege. cf. 2, 20. Αγαθοποιουντας, ſc. ὑμας. αγαθ. vero pro διοτι αγαθοποιειτε, vel δι' εργα αγαθα, i. q. v. 14. δια δικαιοσυνην. Ει—Θεω, vncis includenda, et ex pleonaſmo hebr. אם כן ירצה רצון אלהים, accipienda ſunt pro: ει θελοι αν ὁ Θεος, vel εαν ὁ Κυριος θελησῃ, Jac. 4, 15. 1 Cor. 4, 19. *ſi Deo ita viſum fuerit.* Πασχειν, vid. ad v. 14. Η κακοποιουντες, pro η διοτι κακοποιειτε, vel δι' εργα κακα, πονηρα.

18 — 22. Iam *Chriſti exemplo* compoſius explicatur, praeſtare, inſontem pati, quam ſontem. Οτι, redundat. Και, *adeo.* Senſus eſt: non *homines* modo, ſed *adeo* Chriſtus, *omnium hominum longe innocentiſſimus, praeſtantiſſimus.* Απαξ, *ſemel et in perpetuum*, ſacrificiorum quotannis iterandorum ratione habita. cf. Hebr. 9,

δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ· θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύ-

9, 26. 27. 28. *Suidas* ἅπαξ αντι τȣ αποφαντικως η παντελως. Eodem ſenſu etiam apud τȣς εξω. Loca vid. apud *Bos* et *Alberti* ad Jud. 5. quae, quamvis ſignificationem *omnino*, *plane*, ex iis elicere conentur, maximam partem tamen ſenſum a nobis conſtitutum confirmant. Sic etiam Hebraei voc. אחת Prov. 28, 18. Pſ. 89, 35. et Latini voc. *ſemel* adhibent. *Ter.* Phorm. 5, 7. 8. ſ. et *ſemel et in perpetuum* iungit *Flor.* 2, 12. vbi *Dukerus.* Cf. praeterea *Bentlejum* ad *Hor.* ſerm. 2, 8. 24. et *Burmannum* ad *Quintil.* l. 1. c. 2. p. 30. et ad *Declamat.* 6. p. 128. et ad *Valer. Flaccum* l. 7. v. 127. Nos: *ein für alle mahl.* Περι ἁμαρτιων, pro ὑπερ ἁμαρτιων, i. e. *ad expianda peccata noſtra.* Rom. 8, 3. et alibi ſaepiſſime. Cf. ea quae ſequuntur. Δικαιος ὑπερ. αδ. ſc. επαθε. Qua quidem verborum conſequutione vis orationis magis augetur, ac ſi ordinem verborum inſtituiſſet ſic: ὁτι και ὁ Χριστος, ὡς ανηρ δικαιος, ἁπαξ περι των ἁμαρτιων των αδικων επαθε. Ἱνα - Θεῳ, vel ad ea quae praecedunt, vel ad ea, quae ſequuntur, referri poſſunt, ſenſu ſemper eodem. Ἡμας, ſc. ανθρωπȣς, idque pro παντας ανθρωπȣς. Προσαγαγῃ τῳ Θεῳ. προσαγειν et προσαγωγη, Eph. 2, 18. 3, 12. Rom. 5, 2. *benevolentiae atque amicitiae alterius alicui conciliandae* notionem omnino involvit, quae et h. l. retinenda videtur, niſi forte, ſenſu ne minimum quidem mutato, προσαγειν pro προσελθειν, quo LXX hebr. קרב et נגש reddere ſolent, Joſ. 3, 9. alibi, (et προσαγωγη pro προσελευσις Eph. 2, 18. 3, 12.) accipere malueris, ita vt *accedere ad Deum* ex eadem metaphora i. ſit q. *frui benevolentia atque gratia divina.* Σαρξ, ex hebr. בשר, pro σωμα ανθρωπινον, vid. S. *V. Koppii* exc. 9. in ep. ad Gal. Θανατωθεις μεν σαρκι, i. e. θ. μ. εν τῃ σαρκι, idque pro κατα την σαρκα, vel κατα το σωμα. Ζωοποιειν, non modo *in vitam revocare*, ſed etiam ſecundum hebr. החיה Pſ. 30, 4. (vid. *Trommium.*) *in vita*, vel *vivum conſervare.* Sic et h. l. acceperim. Πνευμα, vi oppoſiti της σαρκος, et ex hebr. רוח, pro ψυχη, נפש. Cf. Luc. 1, 47. Rom. 1, 9. 8, 16. 1 Cor. 5, 3. et praecipue 1 Petr. 4, 6. et 1 Cor. 6, 20. vbi apte ad l. n. σωμα et πνευμα eodem ſenſu invicem iuncta leguntur. πνευματι vero iterum pro εν πνευματι, et hoc pro κατα το πνευμα.

19 πνεύματι, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκή-

VARIAE LECTIONES.

19. Post φυλακη addunt κατακεκλεισμενοις C. 8. 25. Ed. Colinaei, Beda. Verſ. Syr. Codd. Lat. Sine dubio correctorium bibl.

19. Εν ᾧ, ſubintellexerim ex antecc. πνευματι, i. e. και κατ' αυτο το πνευμα. Φυλακη. hebr. כלוא, בית כלא כלוא et משמרת (exempla vid. apud *Trommium* Tom. II. p. 649. et 650.) alias שאול, *locum* ſignificare, *quem animae hominum poſt mortem ſubire putabantur*, et hanc de *inferno* ſententiam in AEgypto oriundam, inde ad Graecos, Romanos, Judaeosque, quanquam ſub alia apud alias gentes forma, transiiſſe, hic verbo tetigiſſe ſufficiat, cum, prolixius de hac veterum ſententia diſſerere, anguſti commentarii, quibus circumſcripti ſumus, fines, non ſinant. Φυλακην autem hunc infernum Hebraeis potiſſimum dictum eſſe, eius rei cauſa latere videtur in eo, quod vmbrae, ex veterum ſententia, *invitae* in orco detineri, meritaque *ſupplicia* ſuſtinere putabantur. Scite *Epictetus*, *Raphelio* citatus: ὁ-τ τις ακων εστιν, inquit, εκεινο ΦΥΛΑΚΗ αυτῳ ἐστι. καθο και Σωκρατης ακ ην εν φυλακῃ, ἑκων γαρ ην. Huc ſpectant loca Homerica, quibus tartarus *ferreas portas*, *aereaque limina* habere commemoratur. Cf. Od. λ, 276.

Ἡ ὀ' εβη εις Αἰδαο ΠΥΛΑΡΤΑΟ ΚΡΑΤΕΡΟΙΟ. Il. Ϟ, 15

Ενθα (ſc. εν Ταρταρῳ) ΣΙΔΗΡΕΙΑΙ τε ΠΥΛΑΙ, και ΧΑΛΚΕΟΣ ΟΥΔΟΣ.

coll. ibid v. 367. 479. quae quidem egregie imitatur *Virgilius* AEn l. 6. v. 548. ſeqq. Adi vero ante omnia noſtrum 2 ep. 2, 4. Τοις εν φυλακῃ ſc. ϭσι, vel κατακεκλεισμενοις. (vid. var. lect.) Πνευματα, i. e. *animae corpore exutae*, vulgo *vmbrae*. Nos: *die Schatten*, vel *die abgeſchiednen Seelen*, i. q. infra 4, 6. οἱ νεκροι. cf. Hebr. 12, 23. Apoc. 6, 9. De animabus vero *flagitioſorum hominum Noachi aevo viventium* in voc. πνευματα potiſſimum cogitandum eſſe, v. 19. requirit. Πορευθεις, non prorſus redundare putaverim, ſed cum de πνευμασι ſermo ſit, ad *deſcenſum animae in ipſum hunc locum*, retulerim. *Homerus* hoc nexu θυμος απεπτατο. Od. λ. v. 206. alibi. vid. nos ad v. 22. Κηρυττειν et κηρυγμα, vti ευαγγελιζεσθαι, et ευαγγελιον, vocabula *tradendae religioni chr.* propria. Matth. 10, 7. 11, 1. Marc. 1, 38. 3, 14. Luc. 4, 44. Rom. 10, 14. 15. aliis locis.

Απει-

ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ 20
Θεοῦ

VARIAE LECTIONES.

20. ἀπεξεδεχετο AC. 1. 4. 5. 6. 7. 9. 10. ex emend. 11. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 24. 25. 27. 32. 36. 37. 38. 39. 41. 42. 43. 44. 46. 51. 56. *Ed. Complut. Plantin. Genev. Bengelii.* Verſ. *Copt. Vulg. Syr. utr. AEthiop. Origenes.* probb. *Caſtalione, Hammondo, Bos, Millio, Grotio, Wetſtenio, Griesbachio.* — ἅπαξ εδεχετο. 2. 10. 26. 29. 30. 31. 33. 35. 45. 47. Ed. *Erasmi* 1. *Ald. Colinaei.* — *Eraſmus* denique: ſuſpicor, inquit, legendum fuiſſe ἅπαξ ἐξεδεχετο, eamque conjecturam in editione 2. et. ſeqq. recepit, quam ſequutus eſt editor OEcumenii contra MSS. Lectionem ἅπαξ εδεχετο vero librariorum culpa ex απεξεδεχετο facile oriri potuiſſe, dubio caret; niſi forte adeo quis ita emendaverit, quo magis ſenſus horum verborum τα: ἅπαξ επαθε v. 18. reſponderet.

Ibidem. ολιγοι. A. 3. 5. 8. 17. *Origenes. Fulgentius.* prob. *Bengelio.* Ed. *Colinaei.* Verſ. *Vulg. Cyprianus.*

Απειθειν, vox generalis de *quovis impietatis genere*, ex nexu accuratius conſtituendo, vſurpari ſolita. Hoc loco acceperim pro απιστειν, vt ſint *fidem obſequiumque denegantes Noacho, ad vitae ſanctitatem eos provocanti.* His iam ita ex linguae nexusque rationibus explicatis, non poſſum, quin ſtatuam, mentem Petri in hoc loco ſcribendo fuiſſe hanc: *Chriſtum poſt mortem quoad animam ad inferos abiiſſe.* Quem quidem horum verſiculorum ſenſum, vna cum aliis aliorum interpretum rationibus, copioſius explicavimus exc. 3.

20. Ὅτε απεξεδεχετο, arcte jungendum cum απειδησασι ποτε, v. 19. Απεξεδεχετο, vel ſupplendum την μετανοιαν των απειθησαντων, vel abſolute ſumendum pro: *cum Deus exſpectaret*, i. e. *non ſtatim poenam iis immitteret.* Si quis tamen lectionem ἅπαξ εδεχετο receptae praeferre poſſit, voc. ἅπαξ eodem ſenſu, quo v. 18. retinendum eſt. Ἡ τα Θεα μακροθυμια, pro ὁ Θεος μακροθυμος, vel ὁ Θεος δια της μακροθυμιας αὐτα. Εν ἡμεραις Νωε, hebr. בימי נח, *tempore Noachi*, ſenſu ſemper eodem tam ad απειθησασι, quam ad απεξεδ. quod praetulerim, quia parum diſtant, referri poteſt. Jam quae ſequuntur κατασκευαζομενης — ὑδατος, apoſtolo in mentem veniebant, dum Noa-

Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, (τουτέστιν ὀκτὼ,) ψυχαὶ διεσώθησαν

chi mentionem faceret, adeoque hic ad amplificandam ſententiam annectuntur. Cf. in toto h. l. Gen. 6, 11. ſeqq. Εις ἣν διεσωθησαν, invicem jungunt *Eraſmus Schmiedius*, *Elſnerus*, alii, per rationem ellipticam, ſic reſolvendam: εις ἣν εισερχομενοι διεσωθησαν. Vid. *Lucianus* ver. hiſt. l. 2. p. 771. μολις ὑπο λευκοθεας ΔΙΑΣΩΘΗΝΑΙ ΕΙΣ την των φαιακων χωραν. *Idem* Pſeudomante p. 903. ΔΙΑΣΩΖΟΜΑΙ ΕΙΣ την Αμαθριν. *Etymol.* Φαρος — ὁ δε ὡρος λεγει, ὁτι τη καριᾳ προσπλευσαντος Αλεξανδρᾳ ἡ ἑλενη παρεκαλει Φαρον τινα κυβερνητην καρα τω γενει, ΔΙΑΣΩΣΑΙ αυτον ΕΙΣ Λακεδαιμονα. *Ioſ.* cont. Ap. l. 2. p. 1061. τη ἑβδομη ἡμερᾳ ανεπαυσαντο ΣΩΘΕΝΤΕΣ ΕΙΣ την χωραν, την νυν Ιουδαιαν λεγομενην. *Diod. Sic.* l. 2. p. 131. οἱ δε πολλα κακοπαθησαντες μολις ΕΙΣ την οικειαν ΣΩΖΟΝΤΑΙ. In mentem etiam venit locus *Homericus* his ſimillimus, Il. τ. v. 401 402.

Αλλως δη φραζεσθε ΣΑΩΣΕΜΕΝ ἡνιοχῆα
Αψ Δαναων ΕΣ ὁμιλον. — — Cf. quoque Act. 27, 44. 2 Tim. 4, 18. Crediderim vero, εις ἣν facilius adhuc pro εν ᾗ accipi poſſe. Ολιγαι arcte jungendum cum ψυχαι reliquis: τουτ' εστιν οκτω, parentheſi incluſis. Quodſi vero ολιγοι pro genuina lectione habueris, ſupplendum eſt ανθρωποι, verbaque τουτ' εστιν οκτω ψυχαι vncis includenda ſunt. Ceterum poſt ſcriptum hoc vocabulum apoſtolo demum in mentem veniſſe videtur, melius eſſe, numerum conſervatorum additis verbis τουτ' εστιν οκτω accuratius indicare, alias eum ſtatim ſcripſiſſe putaverim: εις ἣν οκτω ψ. δ. Οκτω, *Noë* ſc., *uxor*, *filii tres*, *tresque nurus*. Gen. 6, 18. cf. 2 Petr. 2, 5. Ψυχαι, ex hebraiſmo noto, pro ανθρωποι. Act. 2, 41. 7, 14. Ὑδωρ, pro κατακλυσμος. 2 Petr. 2, 5. hebr. מבול. Gen. 7, 17. Διεσωθησαν δι' ὑδατος, alii accipiunt pro: δ. εν ὑδατι, *in mediis aquis ſervati ſunt*, vel pro: δ. δι' ἡμερων ὑδατος, (*die Tage der Fluth hindurch*, — *während der Fluth.*) alii vero, ſenſu prorſus non mutato, reddunt per: δ. εξ ὑδατος, *ex inundatione ſervati ſunt*. Neque id contra vſum loquendi; vtroque enim ſenſu accipi poſſunt loca haec: *Xenoph.* de exp. Cyri l. 5. p. 380. ed. alt. Hutch. ὁτι ΔΙΑ πολλων τε και δεινων, ὡς ἡμεις ακουομεν, πραγματων ΣΕΣΩΣΜΕΝΟΙ παρεσε. *Ioſ.* ant. 2, 16. 5. θαυμασαι δε μηδεις

θησαν δι' ὕδατος, ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει 21

βάπ

VARIAE LECTIONES.

εἰ. ὅ. AC. 1. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 22. 38. 39. 40. 45. 46. 47. 51. Ed. *Eraſmi, Colinaei, Bogardi, Stephani, Wechelii, Bengelii, Cyrillus. Damaſcenus. OEcumenius. Cyprianus.* Verſ. *Vulg.* prob. *Grotio.* ἐν. 1 in m. — ᾧ. 35. C. *Salmaſius. P. Junius.* — ὃν. 42. Lectionem difficiliorem ὁ in tot codicum conſenſu caeteris longe praeferendam eſſe, dubio caret.

μηδεὶς τὸ λογε τὸ παράδοξον, εἰ ἀρχαίοις ἀνθρώποις καὶ πονηρίας πλείοσι ΕΥΡΕΘΗ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΟΔΟΣ καὶ ΔΙΑ θαλάσσης, εἴτε ΔΙΑ βελήσιν θεὸς, εἴτε κατ' αὐτομάτον. *Iuſtin.* hiſt. l. 44, c. 4. *Per omnes caſus fortuna quadam ſervatus, ad poſtremum ad regnum tot periculorum miſeratione* (vel ſecundum ed. Iunt. *admiratione*) *pervenit.* Vtraque vero explicatio cum v. 21. parum cohaerere videtur; quare malim equidem δι' ὕδατος ex ſignificatione maxime propria accipi pro: ὑφ' ὕδατος, *per aquam*, ſ. *ab aqua* ſervati ſunt, quippe quae arcam innantem ſuſtinebat. vid. ad v. 11.

21. Solo ὕδατος vocabulo deducitur ap. in *baptiſmi* cogitationem, ſententiamque annectit hanc: *nos eodem modo nunc per baptiſmi aquam ſervari, vti olim Noachus cum ſuis per diluvii aquam ſervatus ſit.* Ὃ — βάπτισμα, reſolvendum eſt ſic; τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ἡμᾶς νῦν μὲν σώζει, ἀλλ' ὡς βάπτισμα, ſ. ἀλλ' ἐν βαπτίσματι, ὃ ἐστιν ἀντίτυπον, ſc τῷ ὕδατι τὸ κατακλυσμὸ. Quodſi vero ᾧ pro genuina lectione habueris (vid. var. lect.) locus circumſcribendus eſt ſic: τούτῳ δὲ τῷ ὕδατι ſc. τῷ κατακλυσμῷ,) ἀντίτυπον ἐστι τὸ βάπτισμα, ὃ νῦν σώζει ἡμᾶς. Senſus vtrinque idem. Καὶ ἡμᾶς, opponitur *Noacho ejusque familiae.* Senſus eſt: *aqua non ſolum Noachum cum ſuis ſervavit, ſed et nos adhuc ſervat.* Σώζει, *cauſa felicitatis eſt, olim in regno Meſſiano obtinendae.* vid. ſupra ad 1, 5. coll. 9 10. Ἀντίτυπον, ex τυπτω notione explicandum; τύπος proprie eſt *ictus*, (a τύπτω.) deinde *ſignum ipſum, quod ictu excuſum eſt,* Act 7, 43 κατ' ἐξοχὴν denique *ſignum rei futurae.* Rom. 5, 11. Hinc ἀντίτυπον eandem ſignificationis varietatem mutuatur, ita vt proprie ſit τὸ ἀντικείμενον τῷ μαλακῷ, καὶ μὴ ὑπεῖκον τῇ ἁφῇ, vt ex *Philopono* declarat *Suidas*, ſ. τὸ ἀντι-

βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνει-

κρὸν καὶ σκληρὸν, vt *Moſchopulus* et *Heſych.* nec non *ictus repercuſſus*, metaphora ab incude et malleo repetita. (Sic χωρία σκληρὰ καὶ ΑΝΤΙΤΥΠΑ, *dura et aſpera loca* ſunt apud *Plutarchum* de ſuperſtit. init. *Heliodorus* porro l. 9. p. 432. thoracem dicit eſſe ἀντίτυπον τῶν βελῶν χρῆμα, *rem, quae telis vehementer reſiſtit.* Nec non *Porphyrius* petram ἀντίτυπον de antro Nympharum adhibet. p. 253. *Iulianus* denique epiſt. 51. p. 441. ὅτι ἔστιν ἠχὼ, inquit, φωνῆς εἰς ἀέρος πλῆξιν ἀντίτυπος ἠχή, πρὸς τὴν πάλιν τῆς ἀκοῆς ἀνταναπλωμένη.) Vnde ἀντίτυπος Hebr. 9, 24 eſt *res* ſ. *exemplar typo*, *vel ſigno rei futurae reſpondens*; verbo: *res praefigurata*; (*Heſ.* ἀντύπος, — pro ἀντίτυπος — ἴσος, ὅμοιος. *Schol. Sophocl.* in Philoct. v. 1455. ἀντίτυπον, ἀμοιβαῖον, ἀντίμιμον. *Moſchopulus* ἀντίτυπα, τὰ μεταγεγραμμένα, καὶ τὸν αὐτὸν τύπον ἔχοντα, ἀπὸ τοῦ τύπος. vid. *Suiceri* theſ. eccl. T. I. p. 383. ſeqq.) quo quidem ſenſu voc. ἀντίτυπ. et h. l. tenendum eſſe videtur, ita vt ſenſus prodeat hic: *aqua Noachum cum ſuis ſervavit* v. 20. — *ſed aqua* (ſic iam pergit ap. v. 21.) *et nos adhuc ſervat*, ſc. *in baptiſmo, cujus typus erat inundatio Noachica, et qui huic typo prorſus reſpondet.* Vide

quaeſo quam arcte ſic omnia cohaereant. Quodſi vero δι' ὕδατος v. praeced pro ἐξ ὕδατος ſ. ἐν ὕδατι acceperis; vel claudicat ſimilitudo, ſiquidem in inundatione Noachica *ex* vel *in* aqua ſervati ſunt homines, in baptiſmo vero *per* aquam; vel animo ſupplendum eſt in fine v. 20. ſententia haec: *aquam fuiſſe cauſam ſalutis Noachi, ejusque familiae.* Ceterum tota haec comparatio vnice revocanda eſt ad *aquam*, quae in baptiſmo adhibetur, et ad *ſalutem omnino*, per baptiſmum nobis comparatam; minime vero ad baptiſmi *finem*, ſalutisque hujus *rationem* extendi debet. Jam ſequitur ratio, cur baptiſmus nobis ſit cauſa ſalutis. Ου — ῥυπὸς, per appoſitionem, quam vocant, ad voc. βαπτισμα referenda, et reſolvenda ſunt per: ὃ καθ' ὅσον τὸ βαπτισμα ἐστιν ἀποθεσις ῥυπὸς σαρκος. Ἀποθεσις, pro λὐσις, πλυσις, λὐτρον. Hebr. 10, 23. Σαρξ, ex hebr. בשר, iterum pro σωμα. Ρυπος σαρκος, pro ρυπος σαρκικος, σωματικος, *körperlicher Schmutz*. *Iuſtinus* dial. c. Tryph. τι γαρ ὠφελος ἐκεινῳ τῳ βαπτισματος, ὁ τὴν σαρκα καὶ μονον το σωμα φαιδρυνει; Αλλα, iterum ſuppl. καθ' ὅσον το βαπτισμα ἐστι συνειδ. κ. τ. λ. Επερωτημα ἀγαθης συνειδ. *Elſnerus* reddi vult per

con-

συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν, δι' ἀνα-

confugium conſcientiae ad Deum, et poſtulatio ſalutis; quia Alex. Dan. 4, 14. שאלתא per επερωτημα, et דרש ſ. שאל יהוה per επερωταν Θεον reddiderint. Jeſ. 30, 2. 65, 1. Ez. 20, 1. 3. coll. Hebr. 10, 22. 23. 4, 16. Eandem επερωτηματος ſignificationem etiam apud auctores externos obviam eſſe ſtatuit. *Thucyd.* l. 3. p 209. το τε ΕΠΕΡΩΤΗΜΑ βραχυον ᾧ τα μεν αληθη αποκρινασθαι, εναντια γιγνεται, τα δε ψευδη, ελεγχον εχει. *Idem* p. 219. νομιζοντες το ΕΠΕΡΩΤΗΜΑ σφισιν ορθως ἑξειν. Sed in locis iſtis V. T. שאל et דרש יהוה valet: *cognitionem Dei ſibi acquirere*, idque pro conſequenti: *Deum pie venerari;* apud *Thucydidem* vero l. c. επερωτημα nil aliud eſſe quam *interrogationem omnino*, quiſque videt. Praeterea equidem non aſſequor, cur *bona conſcientia* potiſſimum, eaque *in baptiſmo* ad Deum confugere, et a Deo aliquid petere dicatur. *Salutis* denique notio aliunde arrepta huic loco infertur, nam ex loco iſto *Diodori Sic.* l. 3. p. 193. επερωτησαντων τον Θεον περι της των κακων απαλλαγης, non ſequitur, επερωταν Θεον *per ſe* ſignificare: *Deum rogare ſalutem.* Επερωτημα et επερωτησις potius valent *interrogatio*, vid. loca modo ex *Thucydide* allata. Κατ' εξοχην vero ſunt vocabula juris, *ſponſionibus* et *ſtipulationibus* propria, quia ſponſiones fiebant interrogando: *ſpondesne? ſpondeo: promittis? promitto: dabis? dabo.* (Vid. *Theophilum* titulo inſtitutionum: *de verborum obligationibus*, aliosque Graecos Romani juris interpretes. In *Gloſſario* επερωτῶ *ſtipulor*, επερωτωμαι, *promitto*, *ſpondeo.* Gloſſae inter alia επερωταν interpretantur *ſtipulari*, vt etiam *Priſcianus* l. 8. p. 794. *Seneca* de benef. l. 3. *ille*, inquit, *non eſt interrogatione* i. e. ſtipulatione *contentus*, *niſi reum manu ſua teneat.* Cf. praeterea, quae *Deylingius* atque *Moshemius* pro hac vocis επερ. interpretatione dixerunt.) Ejusmodi ſponſio, interrogando facta, etiam in baptiſmo locum habebat, ſiquidem epiſcopus vel alius quis, nomine ejus, ita interrogabat, vel ſtipulabatur: αποτασσῃ τῳ Σατανᾳ; cui reſpondebat baptizandus: αποτασσομαι: rurſum interrogatus: συντασσῃ τῳ Χριστῳ; reſpondebat: συντασσομαι. (Quam quidem *interrogationem baptiſmi* vocat *Cyprianus* ep. 76. et 80. ac *ſponſionem ſalutis Tertullianus* de baptiſmo. *Idem* de reſurrectione carnis: *anima enim non lavatione*, *ſed reſponſione ſancitur.*) Hinc de-

22 ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἐστιν ἐν δεξιᾷ

nique επερωτημα omnino est *promissum quodlibet*, quo quidem sensu et h. l. acceperim, allusione tamen facta ad quaestiones illas baptizandis proponi solitas. Συνειδησις αγαθη, pro συνειδησις αγαθων πραγματων, h. n. *conscientia s. persuasio, nos omnino bene recteque vixisse.* vid. ad v. 16. idque h. l. pro ipsa *vitae integritate omnino*, ex qua bona conscientia oriunda est. Εις Θεον, cum σωζει jungendum esse statui: *Elsnerus*, verbis ὃ σαρκος — επερωτημα, quae baptismi descriptionem contineant, per parentheseos notam a reliquo orationis nexu separatis; tum quia σωζειν εις τι satis frequens sit loquendi formula, tum quia v. praec. σωζεσθαι eodem modo cum praepositione εις iuncta sit, tum denique, quia προς Θεον scripturus fuisset ap. si haec verba voci επερ. jungi voluisset; ita vt σωζεσθαι εις Θεον sit: *salutem impetrare apud Deum.* Id quidem lubens largior, σωζεσθαι εις TI haud infrequentem esse dicendi formulam, vid ad v. 20. inde vero non sequitur, dici etiam posse: σωζεσθαι εις TINA, nam omnia ista loca, ad v. 20. a me allata *rem*, v. c. βασιλειαν, χωραν, οικειαν &c. in quam aliquis salvus pervenerit, minime vero *personam* commemorant. Praeterea, cum verba εις ἣν διεσωθησαν v. 20. commode etiam accipi poterant pro εν ᾗ διεσ. nullum inde pro illa iungendi ratione repeti potest praesidium. Porro si vel maxime επερ. προς τον Θεον magis graece sonet, non desunt tamen loca apud nostrum, quibus το εις idem est q. προς, cf. 1, 4. 10. 11. 25. 4, 7. Denique si verba ὃ σαρκος — επερωτημα vncis includi voluisset ap. eum sic scripturum fuisse credidérim: ὃ αντιτυπον βαπτ. (ὃ σαρκ. — επερ.) και ὑμας νυν σωζει εις Θεον. Quae cum ita sint, equidem non video cur αγαθ. συνειδ. επερωτημα εις Θεον, invicem juncta, non accipi possint pro α. σ. επερ. προς Θεον, vel Θεῷ sc. ποιηθεν, *promissum Deo factum, nos bene pieque vivere velle.* Δι' ανασασεως I. X. Qui εις Θεον verbo σωζει iungunt, et haec verba ad idem illud verbum referre solent, sensu per se satis perspicuo: nos vero, cum εις Θεον cum επερ. iunxerimus, et δι' ανασ. I. X. vel ad συνειδ. αγαθην vel ad επερωτημα referamus necesse est; ita vt συνειδ. αγ. δι' ανασ. I. X sit *bona conscientia, ad quam conservandam resurrectio Christi animum nobis atque vim suppeditavit;* επερωτ. vero εις Θεον δι' ανασ. I. X. i. q. επ.

ει

δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποτα γέντων

VARIAE LECTIONES.

22. Θεϑ. Post voc. hoc Vers. *Vulg.* adhuc addit: *deglutiens mortem, vt vitae aeternae haeredes efficeremur*: quae *Veleſius* graece ita exhibet: καταπιων τον ϑανατον, ἱνα της αἰωνιϑ ζωης κληρονομοι γενωμεϑα. Sic etiam *Auguſtinus*, *Fulgentius*, *Caſſiodorius*, *Beda*, et, vt *Millius* affirmat, *Latini omnes*, prob. *Bengelio* in Gnom. qui non pro aſſumento apud Latinos, ſed pro hiatu apud recentiores Graecos hoc habet, quia verſio omnium longe antiquiſſima ſic legerit. Sed verba haec ex 2 Tim. 1, 10. ad marginem primum fortaſſe ſcripta, inde in contextum relata eſſe, *Millius*, (in h. l. et in prol. §. 844.) jam obſervavit. Profecto itaque non erat, cur *Emſerus*, *Dietenbergerus* et *Zangerus* dicam olim ſcriberent *Luthero*, qui haec omiſerit.

ε. Θ. δια πιστεως εις αναστασιν I. X. *promiſſum conſervandae bonae conſcientiae*, *ex fide*, *in reſurrectione J. C. collocata*, *oriundum*. Praefero poſterius, quia parum invicem diſtant επερωτ. et verba δι' ανασ. I. X. Ceterum vid. nos ad 1 Petr. 1, 3.

22. Jam vero, cum *reſurrectionis I. C.* mentionem feciſſet ap. ex naturali idearum aſſociandarum lege *aſcenſus I. C. in coelum* ei in mentem venit, tranſeundo adhuc commemorandus. Ειναι, vel καϑιζειν εν δεξιᾳ τϑ Θεϑ eſt: *frui honore atque poteſtate divina*, 1 Reg. 2, 19. Pſ. 45, 10. Matth. 20, 21. totaque loquendi formula nititur opinione ea, qua Deus, ex vulgi ſententia, throno in coelis inſidere putabatur, et ex Pſ. 110. de Meſſia vno ore explicari ſolito, ad Chriſtum, tum cultus, tum imperii intima ſocietate cum patre conjunctum, a N. T. ſcriptoribus transfertur. Vtrum vero Petrus, Paullus, reliquique apoſtoli ac Chriſtiani, tum temporis viventes, hoc Chriſti imperium, inprimis in Jeſu homine, ita pure ſibi cogitaverint, vt nulla rerum in ſenſus incurrentium imago admixta fuerit; id quidem in medio relinquendum eſſe cenſuerim. Πορευθεις, quod, vti ſupra v. 19. de *deſcenſu I. C. ad inferos*, ſic h. l. de *aſcenſu I. C. in coelum* adhibetur, reſolverim per: εξ ὁ επορευετο εις τον ϑρανον. cf. Act. 1, 10. i. q. Luc. 23, 51. διεσῃ απ' αυτων, et Act. 1, 9. επηρϑη. Quomodo vero ille ipſe aſcenſus I. C. in coelum animo concipiendus ſit, id quidem non

γέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνά-
IV. μεων. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ,
καὶ

non ad h. l. ſed ad Luc. 23, 51. et Act. 1, 9 ſeqq. declarandum eſſe videtur. Ὑποταγέντων αυτῳ αγγελων &c. ita circumduxerim: εν τστῳ δε τῳ ὰρανῳ ὑποτεταγμενοι αυτῳ εισι ἀγγελοι κ. τ. λ. totusque hic locus ſpectat ad exprimendam *ſummi imperii* notionem, quo Chriſtus iam ad dextram patris fruitur, nam qui in ipſos angelos, omnibus rebus creatis tam dignitate quam potentia longe ſuperiores, imperium tenet; is ſummo, imo divino imperio fruatur, neceſſe eſt. Ὑποτασσεσθαι τινι, vero eſt: *honore atque dignitate inferiorem, ac imperio alicujus ſubjectum eſſe.* Αγγελοι, vox generalior eſſe videtur, qua reliqua vocc. εξουσιαι και δυναμεις, tanquam ſpecies, comprehenduntur. Και—και, ad augendam ſententiae vim bis repetita eſſe putaverim, alias prima vice και commode omitti potuiſſet, niſi forte h. l. και και per *cum, tum*, reddere malueris, ita vt per hunc μερισμον indicetur, voc. αγγελ. *cum* δυναμεις, *tum* εξουσιας complecti. Εξουσιαι vero και δυναμεις, Rabbinis כחות של מעלה, οἱ ανω δυναμεις, (*Jalkut Chaddaſch* fol. 89. col. 4.) i. q. Rom. 8, 38. αρχαι και δυναμεις, i. e. *regna atque imperia*, quae, vti inter homines, ſic etiam inter daemones locum habere putabantur. Eph. 1, 21. 1 Cor. 15, 24. Hinc procedente tempore vocabula haec in nomina certis angelorum claſſibus propria tranſierunt, ita vt abſtracta εξουσιαι κ. δυναμεις pro concretis: αγγελοι εξουσιαν κ. δυναμιν εχοντες, accipienda eſſe videantur. Quomodo vero hae angelorum claſſes invicem diſtinguendae ſint, in id iam h. l. inquirere, a conſilio mentique apoſtoli prorſus alienum foret, ſiquidem Petrus, ad *ſummi imperii*, quod Chriſtus in *omnes omnino angelos*, *nullo excepto*, exercet, notionem eo penitius exhauriendam, varia haec angelorum nomina, quae, quomodo invicem diſtinguenda ſint, ap. ipſe forſan ignorabat, accumulaſſe videtur. Ceterum ſi Judaeorum, de variis hiſce angelorum claſſibus, ſententias ſcire cupieris, adi, ſi placet, interpretes in Rom 8, 38. ante omnia vero *Bartolocium* in bibliotheca Rabbin. magna T. I. p. 267. et *Eiſenmengeri* entdecktes Judenthum. T. vtroque.

Cap. IV, 1—6. Male hic novi capitis initium conſtituitur, ſiquidem ap. poſt digreſſionem paulo longiorem iam redit

καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε· ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ,

redit ad argumentum Cap 3, 18. seqq. et ex ipso I. C. exemplo 3, 18 — 22. propositio iam colligere pergit, *et nobis calamitates supervenientes constanti animo sustinendas esse*, addito statim v. 1. argumento hoc: *calamitatibus enim sustinendis peccandi libidinem in nobis extingui*, in quo quidem amplificando versatur vsque ad v 7. Παθοντος ὑπερ ἡμων, vid. ad 2, 21. et 3, 18. Σαρξ, h. n. ponitur pro *toto corpore humano*, vid. S. *V. Koppii* exc. 9. in ep. ad Gal. σαρκι, vero pro εν σαρκι, vel κατα την σαρκα. Την — ὁπλ. resolv. per: κατα την αυτην εννοιαν, vel συν τη αυτη ενν. ὁπλιζετε ὑμας, *eadem mente instruimini*, vel *instruite vos*; similitudine nimirum pro more app. ab armatura militari repetita. Rom 13. 12. Eph. 4. 24 1 Thess 5, 8. Col. 3, 10. Simillima loquendi ratio est apud *Ios.* ant. 6, 9. 4. vbi Davides cum Goliatho in singulare certamen progressurus, dicit: τον Θεον ὡπλισμαι. Eodem modo *Xenophon* de exped. Cyr l. 6. p. 296. dicit: ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΑΣΘΑΙ την γνωμην, et *Hom.* Il. σ. 157. Θωρην ΕΠΙΕΙΜΕΝΟΙ αλκην. et voc. ὁπλιζεσθαι *Eustath.* ad Il. δ. 325. definit per: εις εργον ἑτοιμαζεσθαι. Ὁτι, vel redundat, vel positum est pro διοτι, prout ea, quae sequuntur, explicaveris. Εν σαρκι, eodem sensu, quo paulo ante, retinendum. Πεπ. ἁμαρτ. (vid. ad 3, 10.) i. e. ἐκ τοῦ ἁμαρτανει. Iam vero in constituendo totius hujus formulae ὁτι — ἁμαρτ. sensu, mira cernitur interpretum varietas. *Grotius* totam hanc sententiam, a proxime antecedentibus divulsam, reddit sic: *qui adflatus carnales in se cruci adfixit, atque interfecit, abstinet in posterum a peccatis.* Sed de prava libidine exstirpanda formulas αποθνησκειν τῃ ἁμαρτιᾳ, Rom 6, 2. 10. την σαρκα σαυρειν, Gal. 5, 24. νεκρων τα μελη, Col. 3, 5. et i. g. a. solennes quidem esse scio; at nusquam πασχειν εν σαρκι hoc sensu me legere memini; et cur quaeso vi illata invicem divellamus, quae arctissimo vinculo cohaerere videntur? Alii vero, *Beza* inprimis, ipsam illam εννοιαν his verbis latere statuens, locum sic vertit: *vos eadem cogitatione armamini*, nempe; *quod, qui passus est in carne, destitit a peccato.* Sententia quidem per se verissima, sed obstat την αυτην; scribi debuisset ταυτην την. Malim ego, si ipsam εννοιαν hic exprimi persuadere mihi possim, sententiam constitui vel sic: *eandem mentem induite, sc. quod, qui calamitates in corpore*

σαρκι, πέπαυται ἁμαρτίας, εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπι-

pore ſuſtinet, non peccet, i. e. *non ſua ipſius vitioſitate, ſuisque flagitiis ipſe ſibi has calamitates contraxiſſe, putandus ſit;* (ὁτι ὁ παθων εν σαρκι, μη δι' ἁμαρτιαν πασχει.) vel ſic: *quod, qui corporis cruciatus ſuſtinet, a peccatis abſtinere, nec vindictam ab adverſariis, ipſum laedentibus, repetere debeat*, (πεπ. pro δει πανεσθαι.) Sed vtraque cogitatio, quamvis non minus cum nexu, quam cum ſanctiſſima mente I. C. optime conſpiret, ſi verba ſpecto, ex longinquo, fateor ipſe, repetita, nimisque coacta eſſe videtur. Accedo igitur ad ſententiam eorum, qui *cauſam praecedentis cohortationis* hic exprimi putant; quorum *alii*, praeeunte *Wetſtenio*, ſenſum hunc ex verbis eliciunt: *nam, vt, qui occiditur, delinquere amplius non poteſt: ita, qui propter Chriſtum vexationes ſuſtinet, debet etiam ab omni alio peccato abſtinere:* at tunc ap. non παθων ſed αποθανων ſcripſiſſet, totamque ſententiam paulo clarius expreſſiſſet ſic: ὡς γαρ ὁ αποθανων κατα την σαρκα πεπαυται ἁμ. ὁυτω και ὑμας δει φευγειν την ἁμ.; *alii* vero τον παθοντα de *Chriſto* ipſo intelligunt ſic: *quia Chriſtus, peccatorum ſupplicia pro nobis ſuſtinens, a peccatis tamen prorſus fuit immunis:* obſtante tamen huic explicationi, quamvis per ſe idoneae, formula πεπαυται ἁμ. pro ἁμαρτιας ουκ εποιησε. Teneo igitur vulgarem interpretationem, ex qua εννοια per ſe ex nexu de *firmo propoſito* intelligitur, *quidvis religionis chr. conſtanter tuendae cauſa perferendi, ſicut Chriſtus atrociſſimos cruciatus pro nobis perpeſſus fuerit;* reliquis autem verbis ὁτι — ἁμ. *fructus* addi putatur, *qui ex calamitatibus, fortiter ſuſtinendis, ad Chriſtianos redundet*, ita vt ſenſus prodeat hic: *nam qui cruciatibus angitur, in corpore ſuſtinendis, a peccatis ſe continere ſolet.* Bene arcteque ſic omnia mihi quidem invicem cohaerere videntur.

2. Comma hoc arcte jungendum cum v. 1. Εις το μηκετι βιωσαι ſc. τον παθοντα, v. 1. vel reſolv. per ἱνα, (quod tum eſt εκβατικον,) *wovon die Folge die iſt, daſs* &c. vel per ὡτωςὁτι, *ita vt.* Praefero poſteriorem rationem. Επιθυμιαι, quid ſint, vid. ad Iac. 1, 14. επιθ. ανθρωπων ap. dicit pro επιθυμιαι ανθρωπιναι, quo magis vocabula ανθρωπος et Θεος, ſibi oppoſita, in oculos incurrant. Sunt vero επ. ανθρ. *cupiditates, quibus maxima pars hominum obnoxia eſt.* Θελημα του Θεου, h. n. *praecepta, quae Deus a nobis*

ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον. ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς 3 χρό-

VARIAE LECTIONES.

3. ἡμιν. omittunt A. 29. 35. Verſ. *Vulg. Syr. utr. Clemens. Auguſtinus.* probb. *Millio* prol. 1209. *Bengelio.* — ὑμιν 14. 18. 19. 25. 26. 27. 32. 38. 45. Ed *Complut. Plantin. Genev. Colinaei.* Verſ. *Copt. AEthiop. Arab.* Sed omiſſio illa et transmutatio haec factae eſſe videntur, ne *Petrus* et ipſe ethnicorum more vixiſſe dicatur, id quod ille tamen per κοινωσιν ſibi metipſi tribuit. vid. comment.

Ibidem. κατεργασθαι pro κατεργαπασθαι 40. — κατειργασθαι A. 27. 29. Verſ. *Vulg. Clemens.* probb. *Grotio, Millio* prol. 984.

nobis obſervari vult. Επιλοιπος, q. λοιπος. Χρονος εν σαρκι, i. e. χρονος, ὁν εν σαρκι vel σωματι ζωμεν, (Gal. 2, 20) i. q. χρονος τυ βιυ v. 3. vel ζωη omnino. Τον επιλ. χρ. vero eſt accuſativus, quem vocant, durationis: *per reliquum vitae veſtrae partem.* Βιων a ζην ſic diſtinguit *Ammonius:* βιων, inquit, επι ανθρωπων μονων λεγεται· ζην δε επι ανθρωπων και αλογων ζωων, quanquam neglecti hujus diſcriminis ſatis multa proſtant exempla. βιων vero ταις επιθ. quod hic legitur, eſt *inſervire cupiditatibus*, et βιων τῳ θελ. τ. Θ, *omnem vitam ſuam in obſervandis praeceptis div. conſumere.* Pro hoc legitur ζην τῳ Θεῳ, Rom. 6, 10. 11. ζην τῃ δικαιοσυνῃ, 1 Petr. 2, 24. pro illo vero Paullus dicit: της σαρκος προνοιαν ποιεισθαι εις επιθυμιας, Rom. 13, 14. ὑπακουειν τῃ ἁμαρτιᾳ εν ταις επιθυμιαις, 6, 12. τελειν επιθυμιαν σαρκος, Gal. 5, 16. ανατρεφειν εν επιθ. Eph. 5, 3. αγεσθαι επιθυμιαις, 2 Tim. 3, 6. δουλευειν επιθυμιαις, 3, 3. Petrus alias, et Iudas εν επιθυμιαις, et κατ' επιθυμιας πορευεσθαι. 2 Petr. 2, 10. 3, 3. Jud 16. 18.

3 Ἡμιν, pro ὑμιν, ad mitigandam reprehenſionis acerbitatem. Χρονος τυ βιυ, pro βιος. Θελημα των εθνων, opponitur formulae θελημα τυ Θευ, v. 2. ſenſu vero i. e. q. επιθυμιαι των εθνων v 2. Κατεργασασθαι, pro κατειργασθαι, (vid. var. lect.) et ſuppl εις το κατειργ. Iam vero tota haec formula αρκετος — κατεργ. paullo luculentius ſic exprimi potuiſſet: αρκετον γαρ εστι, ἡμας τον παρεληλυθοτα χρονον τυ βιυ &c. *ſufficiat, nos per tempus praeteritum gentium more vixiſſe:* plane vt nos: *genug daß wir*

χρόνος τοῦ βίου, τὰ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις,

veir &c. Eandem verborum consequutionem habes apud *Isocratem* in panegyr. ἱκανος γαρ ὁ παρεληλυθως χρονος, εν ᾧ τι των δεινων ου γεγονε; et *Polyb.* p. 1408. ἱκανα γαρ τα κατ' ἀγνοιαν γιγνομενα τοις γραφουσιν. Πεπορευμενος. Accusandi casus pendet ab ἡμας, quod in voc. κατεργ. suppleri debet; nisi ex graecismo hunc casum, cum verbo, dativum regente, junctum esse dixeris, vt in loco isto *Polybii* hist. 5, 9. ει δ' ὀρθος ὁ λογος, σκοπειν εν μεσῳ παρεσι χρωμενος ἀχ ἑτεροις τισιν, ἀλλα τοις ἐξ αυτης της οικιας ταυτης παραδειγμασιν. Est vero πορευεσθαι, ἀναστρεφειν, περιπατειν &c. ex hebr. הלך et התהלך i. q. ζην, nam plures loquendi formulae a via et ambulando desumtae ad vitam moresque exprimendos transferri solent. vid. ad Jac. 3, 13. Sic πορευεσθαι *vivendi* sensu aliquoties ap. *Platonem* l. 4. p. 820. ΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ δε τον νομοθετην δει προτον ταυτῃ, ὁπῃπερ αν θελῃσῃ. et l. 7. p. 1282. ΠΟΡΕΥΘΕΙΣ δε, ὡς ελεγομεν, και ἑαυτον εμφρονα τε και σωφρονα απεργαζομενος. πορευεσθαι autem εν τινι πραγματι est *certum vitae institutum sequi*; formula igitur nostra πορ. εν ασελγ. i. sibi vult q. παραδουναι ἑαυτον ταις ασελγ. Eph. 4, 19. *totum se tradere voluptatibus.* Ασελγειαι και επιθυμιαι, h. n. sunt synn. eam ob causam invicem junctа, vt *veneris impurae delicta*, eo efficacius exprimerentur. Eodem consilio Paullus Gal. 5, 19. πορνειαν, ακαθαρσιαν et ασελγειαν, ac Rom. 13, 13. κοιτας και ασελγειας invicem jungit, haud anxie distinguendas. *Hes.* ασελγεια, πορνεια. cf. Marc. 7, 22. 2 Cor. 12, 21. Eph. 4, 19. 2 Petr. 2, 7. 18. Iud. 4. Rom. 13, 14. Οινοφλυγιαι, κωμοι, ποτοι, iterum nectenda, nam exprimi debet *intemperantia quaevis*, additis flagitiis singularibus, quibus ea, noctu potissimum, exseri atque declarari solet. Nempe est οινοφλυγια *vinolentia*, *ebrietas*, ab οινος, et φλυω *ferveo*, metaph. vero ex auctoritate scriptoris *Etymol.* ὁρμαω, vel ὁρμην εχω προς τι. *Libanius* progymn. p. 120. C. μεμφεσθαι μεν αξιον τους οινοφλυγας, και ὁσοι μεχρι μεθης πινουσιν. *Eustath.* in Il. φ. p. 1330. 26. οινοφλυξ και οινοφλυγια, ὁτε τον οινον φλυει τις, ὡς ὁιον αναζεων εν τῳ λαλειν. επει και κατ' Ἡροδοτον, οινῳ κατιοντος αναπλωσιν επεα. *Andronicus Rhod.* lib. περι παθων p. 6. οινοφλυγια εστιν επιθυμια οινου απληστος. cf. *Loesnerum*

γίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις· ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν 4 αὐτὴν

nerum in h. l. Habes οινοφλυγια ap. *Plut.* οινοφλυξ ap. *Xenoph.* aliosque, vid. *Wetst.* et οινοφλυγειν apud *Alexandr.* Deuter. 21, 20. Ieſ. 56, 12. pro נבד, vnde σαβαζειν. Κωμοι, *nocturnae comeſſationes.* Nos *Nachtſchwärmen.* vid. *S. V. Koppe* ad Rom. 13, 13. et Gal. 5, 21. Ποτοι, alias συμποσια, h. n. ſenſu deteriori accipiendum pro μεθαι, Rom. 13, 13. vt i. ſit q. κωμοι, et οινοφλ. Cf. *Appianus* B. C. I p. 700. ὁ δε Σερτωριος — τα πολλα νυν επι τρυφης, γυναιξι και ΚΟΜΟΙΣ, και ΠΟΤΟΙΣ σχολαζων. *Suidas* apte ad l. n. ποτος et πότος ſic diſtingui vult, vt illud ſit το πινομενον, hoc το συμποσιον; ſed hoc ipſum diſcrimen adeo eſt incertum atque arbitrarium, vt *Ammonius* modo prorſus contrario diſtinguat ſic: ποτὸς εστι βαρυτονως το συμποσιον, οξυτονως δε αυτο το εκπομα. Videtur potius loquendi vſus vtriusque voc. valde promiſcuus fuiſſe. Αθεμιτος et αθεσμος, (a θεμις, *jus.*) eſt *illicitus, legibus div. contrarius.* Etymol. αθεμιτον αδικον, πονηρον, ανκρχον, ασεβη, η νομοις μη χρωμενον. Αθεσμια, παρανομια. Cf. *Xenoph.* Cyrop. l. 1. p. 21. τας ΑΘΕΜΙΣΤΑ ευχομενας ὁμοιως εφησθα εικος ειναι παρα θεων τυχειν, ὡσπερ και παρα ανθρωπων απρακτειν τας ΠΑΡΑΝΟΜΑ δεομενας. Jam vero ειδωλολατρειαι dicuntur αθεμιτοι, vel *quia idololatrae venerationem, ſoli Deo debitam, ipſo nolente, aliis tribuunt;* vel, quae *Spenceri* (de legg. Hebr. ritual. l. 2. c. 3. ſect. 4. p. 614. ed. Tubing.) ſententia eſt, *quia omnia* πορνειας *exempla, adulterium, inceſtum, venerem maſculam, aliaque libidinis genera, in ſacris ſuis habuerint; vt, quo longius abeſſent a puritate, eo ſpiritibus, quos colebant, immundis gratiora redderentur. Nam auctor apocryphus*, ita pergit, μιασμον, γενεσεως εναλλαγην, γαμων αταξιαν, μοιχειαν και ασελγειαν, *inter alia ſcelera recenſet, quae inter media gentilium* μυστηρια και τελετας *admittrebantur.* Vtraque ratio cum ſenſu nexuque totius loci bene congruit. Ceterum h. l. vel ad Judaeos ſermo eſt, qui, antequam Cdriſtiani facti eſſent, ad hos gentilium mores ſe accommodaverant, vel, quod praetulerim, ad ipſos Chriſtianos ex gentilibus converſos.

4. Εν ᾧ, acte jungendum cum proxime ſeqq. quaſi ſcripſiſſet ap. ſic: εν τουτω δε ξενιζονται, ὁτι μὴ συντρεχετε &c. Ξενιζεσθαι, quod adhuc habes infra v. 12. ex ſignificatione

αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες· οἱ

aliquantum rariori, cum priori tamen, *hospitis excipiendi* (ξενοδοκειν) significatu, arcte conjuncta, h. l. elt *novitate alicujus rei insolitae perturbari*. Thom. Mag. ξενιζω, ὐ μονον το ξενον ὑποδεχομαι, αλλα και εκπληττω. *Scholiastae Graeci*. το ξενιζονται αντι τε θαυμαζουσι κειται. *Polyb*. p. 71. το μεν πρωτον ΕΞΕΝΙΣΘΗ δια το παραδοξον. *Joſ*. ant. 1, 1. 2. τον δε Θεον ΕΞΕΝΙΣΕΝ το πρακτομενον. *Etymol*. ξενος — σημαινει και θαυμασικον, ὡς το ξενον και παραδοξον. — το ξενιζω σημαινει δυο· παρα μεν τῳ ποιητῃ αει το εξεινοδοκησα, παρα δε τοις ρητορσι το θαυμαζω. vid *Raphelium*, *Elsnerum* et *Krebſium* in h. l. et *Wetſt*. ad v. 12. Eodem ſenſu hoc verbum a patribus, *Origene*, *Chryſoſtomo*, *OEcumenio*, aliis, adhibetur. vid. *Suicerum* T. 2. p. 440. Verterim igitur: *quare alienum et inſolens iis videtur;* vel cum *Luthero* voci graecae convenientiſſime: *das befremdet ſie*. Συντρεχειν εις τι, indicat *multos*, eosque *promto animo* ad aliquid agendum accedere. Εις την αυτην, in *eandem*, ſc. *cum gentibus* flagitiorum colluvie n. Ασωτια, זלל Prov. 28, 7. (ab ασωτος pro ασωσος *qui ſervari nequit*) *vel*, ſi ad ſcelera omnia, paulo ante commemorata, reſpexeris, ſenſu latiori ad *vitam in omnem turpitudinem projectam* extendi, vel, ſi vocabula proxime ſuperiora κωμ. ποτ. ſpectaveris, ſenſu anguſtiori, eoque ſolenniori, ad *prodigalitatis* et *luxuriae* ſignificationem reſtringi poteſt. Eph. 5, 18. Tit. 1, 6 *Theodotion* Jeſ. 28, 7. εν τῃ μεθῃ πεπλανηθησαν ὑπερογκως. *Ariſtotel*. Ethic. ad Nicomach. 4, 1. ſic. habet: ασωτια εστιν ὑπερβολη περι τα χρηματα. Ibidem ασωτον ſic deſcribit, quod hoc malum in ſe habeat το φθειρειν την ουσιαν. Praefero tamen h. n. priorem ſignif. Αναχυσις, proprie dicitur de *colluvie aquarum*, praecipue *putridarum*. *Strabo*. 3. p. 206. A. λεγονται δε ΑΝΑΧΥΣΕΙΣ αἱ πληρουμεναι τῃ θαλαττῃ κοιλαδες εν ταις πλημμυριαι, και ποταμων δικην αναπλεως επι την μεσογειαν εχουσαι. *Philo* mund. eſſe incorrupt. T. 2. p. 509. 1. ὑδατος δε την πολλην αναχυσιν. *Heſ*. αναχυσιν, φυρμον. quod alibi per μολυσμον, ῥυπον, μιασμα interpretatur. Latini eodem ſenſu *ſentina*, *gurges*, *colluvies*. Hinc αναχυσις, εκχεειν &c. tam *multitudinis*, quam *turpitudinis* atque *abominationis* notionem omnino involvunt. *Philo* de conf. ling. p. 336. E. ω περιττης και ΚΕΧΥΜΕΝΗΣ ανοισυντιας. Sic ΕΚΚΕΧΥΜΕΝΩΣ αγαπην et i. g. a. loquendi

δι ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ 5
νεκρούς. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα 6
κρι-

quendi rationes affert *Abresch.* lect. Arist. p. 272. Latin vocabulis *effusus*, *profusus*, *effundere*, eodem sensu adhibere solent. *Cic.* de N. D. 1, 16. *effusas in omni intemperantia libidines.* Liv. 34, 6. *ne effundantur ad luxuriam.* Ἀναχυσις ασωτιας igitur est *luxuria turpis atque immodica.* Βλασφημουντες, jungendum cum ξενιζονται, sic enim Petrus jungere solet 2 ep. 2, 10. 12. et resolv. per: και βλασφημουσι, i. e. *vitae vestrae integritatem, quam stupentes conspiciunt, conviciis proscindere audent.* Locus similimus reperitur apud *Petronium* 84. *Qui vitiorum omnium inimicus rectum iter vitae coepit inspicere, primum propter morum differentiam odium habet: quis enim potest probare diversa?*

5. Οἱ (sc. βλασφημουντες) αποδοσ. λογ. pro: αλλ' αποδ. λ. sc. εν εκεινη τῃ ἡμερᾳ, *sed maledictorum iis olim reddenda est ratio*, in extremo judicio, in quo, ex vnanimi app. sententia, in *examen vocabuntur* hominum actiones. Τῷ ἑτοιμως εχοντι (sc. ἑαυτον) κρινει, pro: τῷ ἑτοιμῳ οντι ὡστε κρ. Act. 21, 13. 2 Cor. 12, 14. vel: τῷ μελλοντι κρ. *qui* olim *judicium exercebit*, quae quidem mera est periphrasis *I. C. jus aliquando dicturi.* Joh. 5, 26-29. Act 17, 30. 31. 1 Cor. 15, 22. Phil. 3, 21. Ζωντας, pro εν ζωντας, sc. *in adventu I. C. ad judicium illud exercendum.* Νεκρους, *antehac jam mortuos.* Z. κ. ν. igitur sensu i. q. *omnes omnino homines, nullo excepto.* Cf. cum l. n. Act. 10, 42. Joh. 5, 22. et 2 Tim. 4, 1.

6. Γαρ, vel est *transeuntis* ad aliam sententiam, vel quod praetulerim, *rationem reddentis*, cur etiam *mortuos* in judicium aliquando vocaverit Christus; nimirum quia Chr. et iis, cum in vita adhuc degerent, religionem suam annuntiari, nec frustra eos dura propter rel. chr. perferre, voluerit. Νεκροι. Sunt qui de *spiritualiter mortuis* sunt etiam, inprimis *Grotius*, *Wolfius*, *Wetstenius*, alii, qui de *hominibus piis vita functis*, et h. n. potissimum de *martyribus* intelligi volunt, qui mortui jam erant, non cum iis traderetur rel. chr. sed cum Petrus haec scriberet; provocantes ad Ruth. 1, 8. vbi מתים ii dicuntur, qui tunc mortui erant, cum Naëmi ista diceret, minime vero, cum pie ab vxoribus colerentur.

7 κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε.

Σωφρο-

tur. Equidem vero, ſuadente orationis nexu cum Cap. praeced. *manes* intellexerim, qui, cum Chriſtus iis in inferno evangelium praedicaverit, in judicium quoque olim vocari poſſe hic dicuntur. Εις τουτο, *eo conſilio*, *eo fine*. Ευηγγελισθη ſc. ὁ Χριστος, Gal. 1, 16. vel ἡ διδαχη του Χρ. Quodſi vero liceret ἱνα pro ὁτι accipere, tunc a voc. ἱνα ea inciperent, quae iis tradita ſunt. Ἱνα κριθωσι &c. En iterum *eventum* cum *fine*, ex veteri dicendi genere, invicem permutatum. Totum h. l. reſolverim ſic: ἱνα, καιπερ κριθωσι &c. Κρινεσθαι, κατακρινεσθαι, *condemnari* ſc. *ad mortem*, vi oppoſ. ζωσι. Εν σαρκι, pro κατα την σαρκα, vel κατα το σωμα, vi oppoſ. πνευμ. vid. ad 3, 18. Καθ' ανθρωπους, reſolv. per: τουτο γαρ μονον, (ſc. το κατακριν. κατα την σαρκα,) εξεστι τοις ανθρωποις. Matth. 10, 28. Ζωσι δε, *felices autem vivant*. Κατα Θεον, i. e. *quod in ſolo Deo eſt*, — *quod a ſola Dei benigniſſima voluntate pender*. Πνευματι, pro κατα το πνευμα, *quoad animum mortis expertem*. Παντων — ηγγικε, a v. 7. divulſa cum v. 6. adhuc jungenda cenſuerim. Verba ipſa vero ſive de *perſequutionibus et calamitatibus haud diu duraturis*, ſive de *morte vnicuique mortalium imminente*, ſive de *communi omnium rerum calamitate atque interitu*, *tempore extremi judicii*, (quod jam inſtare putabant app.) *futura*, commode intelligi poſſe video; praefero tamen poſterius, quia paulo ante de *extremo judicio*, ſermo erat cf. 2 Petr 3, 3—15. *Schoetgenius* denique hunc locum de ixitio reipubl. Jud. intelligit; nec hoc male, quia vtrumque, judicium extremum, et exitium reipubl. Jud. ex apoſtolorum et Judaeo - Chriſtianorum ſententia, arctiſſime cohaerebant. vid. ad Iac. 5, 1. et 7. Παντων, ſc. πραγματων. Τελος, קץ, *interitus*, quo ſenſu et nos voc. *Ende* adhibere ſolemus. Ηγγικε, נגש, pro εγγιζει, εγγυς εστι, παρεστι, vt i. ſit q. εγγυς εστιν επι θυραις, Marc. 13. 29. ἡ παρουσια του Κυριου ηγγικε Iac. 5, 8. ὁ κριτης προ των θυρων εστι. ibid. v. 10. vbi, apte ad h. l. ex judicio extremo jam inſtanti ad bene beateque vivendum argumentum repetitur.

7. Se-

Σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς.

Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ 8 ἔχοντες, ὅτι ἡ ἀγάπη ~ καλύψει: πλῆθος ἁμαρτιῶν.

Φι-

~ καλύπτει.

VARIAE LECTIONES.

8. καλυπτει pro καλυψει A. 5. 7. 8. 9. 11. 14. 15. 16. 18. 22. 25. 27. 28. 29. 33. 36. 37. 38. 39. 46. 56. Ed. *Colinaei*. Verſ. *Vulg. Syr. Arab. Copt. Clemens. Origenes. Antiochus. Antonius. Damaſcenus.* probb. *Wetſtenio, Bengelio, Griesbachio.* καλυψει ad Iac. 5, 20. reſtictum eſſe crediderim.

7. Sequitur virtutum recenſus, in iisque XI. prima de *ſervando animo ſceleris puro, et ad preces recte faciendas tranquillo*. Σωφρονειν, quod proprie valet *ſanae mentis compotem eſſe*, Marc. 5, 15. Luc. 8, 35 et *prudenter agere* omnino, hinc cum ſubſtantivo σωφροσυνη, רעת, *virtutis ſtudio* in vniverſum, et ante omnia *modeſtiae* proprium eſt, quia vera ſapientia praecipue in vitae honeſtate atque temperantia cernitur. Sic etiam νηφειν, quod jam ſequitur, proprie eſt *ſobrium eſſe*, vnde omnino ſignificat in *fugiendis vitiis ac ſceleribus quibusvis, praecipue vero in devitanda intemperantia, omnique prava libidine, ſolertem atque ſtrenuum eſſe*, facta nimirum ad nocturnas commeſſationes alluſione. Εις τας προσευχας, *vel* pro εις το προσευχεσθαι, 1. ἵνα δυνησθε προσευχεσθαι, ſenſu i. q. 3, 7. εις το μη εκκοπτεσθαι τας προσευχας ὑμων, *vel* ex hebraiſmo, quo verba verbis gerundiorum ope jungi ſolent, pro: και προσευχεσθε. Senſus ſemper idem: *virtuti, et, ante omnia, modeſtiae atque temperantiae ſtudeatis, quo magis animo, nullis affectibus perturbato, preces ad Deum fundere poſſitis*. Ceterum *preces* prae caeteris virtutibus h. l. Chriſtianis commendari, nemo mirabitur, qui meminerit, de *inſtanti periculo* ſermonem eſſe, in quo ex ipſo naturali quodam animi impetu ad preces refugere ſolemus.

8. 9. Excipit haec XII. *ad mutuum amorem et hoſpitalitatem exhortatio*. Προ παντων, vid. ad Iac. 5, 12. Εις ἑαυτους, pro εις αλληλους. Col. 3, 16. 1 Theſſ. 5, 13. Εκτενη, vid. ad εκτενως. 1, 22. et *Suiceri*

9 Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμῶν.
10 Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος

thes. T. I. p. 1072. Εχοντες, iterum pro imperativo εχετε, vel δει εχειν. Την — εχοντες, pro αγαπην εκτ. εχετε εις αλλήλους, vel εκτενως αγαπησατε αλλήλες, vti 1, 22. Ὅτι, pro διοτι. Ἡ — αμαρτ. eodem sensu, quo Iac. 5, 20.

9. Φιλοξενοι, sc. ετε, *promti sitis quaeso, ad hospitio excipiendos fratres peregrinos.* Quae quidem φιλοξενιας virtus, vti veteribus omnino admodum celebrata, sic iis potissimum temporibus maxime necessaria erat, quibus Christiani patria expulsi, in peregrinis terris oberrare cogebantur. Ανευ γογγυσμων, h. n. i. q. εν ἁπλοτητι, vel ἁπλως, Iac, 1, 5. *gern, ohne jemandem dieſe Wohlthat aufzurücken.* Phil. 2, 14.

10. 11. Christiani, et praecipue religionis chr doctores XIII. *in suo quisque χαρισματων genere acquiescere et honeste ac religiose versari* jubentur. Καθως ελαβε, pro εν τουτῳ τῳ μετρῳ, εν ᾧ ελαβε, vel, vt Paullus, ὡς ὁ Θεος εμερισε μετρον χαρισματων. Rom. 12, 3. Χαρισμα, collective pro χαρισματα, i. e. *beneficia quaelibet, quae hominibus chr. contingunt*, non tantum, quae dicuntur, *miraculosa*, sed et alia, eaque magis *vulgaria*, qualia sunt *munera quaedam ecclesiastica, facultates eximiae* &c. de quibus h. l. sermo est. cf. v. 12. Διακονουντες pro διακονειτω. Noli vero mirari, εκαστος cum verbo plur. num. hic junctum esse; saepius enim hoc fit: *Herod.* l. 7. p. 413. μαχοιμην αν παντων ηδιστα ενι τουτεων των ανδρων, οἱ Ἑλλήνων ΕΚΑΣΤΟΣ φησι τριων αξιος ειναι. cf. *Eurip.* Orest. v. 1716. Διακονειν χαρισμα vero nil aliud est quam χρασθαι χαρισματι, *adhibere ejusmodi facultates.* Videtur ap. inde in hanc loquendi formulam incidisse, quia v. 12. της διακονιας mentio fit. Καλος, h. n. *gewiſſenhaft.* Οικονομος, proprie *administrator, dispensator pecuniarum publicarum*, Luc. 12, 42. Rom 16, 23. vbi *S. V. Koppe.* (cf. *Elsneri* observ. T. 2. p. 68. et *Wesseling* ad excerpt. Diodor. T. 2. p. 534.) vnde h. n. omnino ad eum transfertur, *qui omnino in aliquo negotio peragendo rite versatur.* Χαρις, non solum *benevolentia*, sed etiam, quae benevolentiae alicujus accepta referimus, *beneficia ipsa*, et quidem h n. i. q. χαρισματα paulo ante commemorata.

Quae

τος Θεοῦ· εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός, ἵνα ἐν πᾶσι δοξά- 11

Quae quidem χαρις jam dicitur ποικιλη, i. e. διαφορος, Rom. 12, 6. nam, quam multifaria fuerit, praeter h. l. ex Rom. 12, 6. ſeqq. et aliunde ſatis conſtat. Senſus eſt: *vti bonum oeconomum oportet in diſtribuendis pecuniis publicis recta ſequi conſilia; ſic et vos oportet, dona, vobis a Deo benigne conceſſa, ad mutua officia vobis invicem praeſtanda adhibere.* cf. 1 Cor. 4, 1. coll. Tit. 1, 7. et *Ariſtot.* Rhet. 3, 3 πανδημα χαριτος δημιεργος, και οικονομος της των ακουοντων ἡδονης.

11. Jam quae v. 10. in vniverſum pronuntiaverat ap. *exemplis* hoc comm. clarius illuſtrantur. Ει τις λαλει, pro ει τις εχει το χαρισμα του λαλειν. λαλειν vero ſenſu latiori acceperim pro *loqui de religione omnino*, ſive in *eccleſia*, ſive in *judicio*, ſive quavis alia data occaſione. Λογια του Θεου, *Heſychio* auctore i. q. θεσφατα, μαντευματα, χρησμοι, hebr. אמרות דברי אל ſ. Pſ. 139, 38. 58. Num. 24, 4. lat. *oracula*, *eloquia*, *reſponſa Deorum*, pro nexus ratione modo de *promiſſis*, modo de *praeceptis div.* &c. magis definite intelligenda. Hoc nexu vero ſenſu latiſſimo retinuerim. Vtuntur eadem voce etiam externi ſcriptores, vbi de oraculis Deorum ipſis ſermo eſt. Sic *Demoſthenes* ap. *Ariſtoph.* Equ. p. 294. oraculum a Nicia e Cleonis aedibus allatum videns, exclamat: ω λογια! Ita *Arrian.* expedit. Alex. 2, 3. p. 64. ὡς του ΛΟΓΙΟΥ του επι τῃ λυσει του δεσμου ξυμβεβηκοτος. et 7, 16. p. 296. ΛΟΓΙΟΝ γαρ γεγονεναι σφισιν εκ του Θεου του Βηλου. *Joſ.* b. j. 6, 31. εδηλου το ΛΟΓΙΟΝ την ἡγεμονιαν. Similiter loquuti ſunt *Heracl. Pont.* de Politiis p. 510. ed. *Cragii*, et *Clem. Al.* Protrept. p. 67. Stromat. l. 5 p. 574. Latinis vox *dictio* interdum idem valet. *Liv.* 8, 24. *Alexandro data* dictio *erat. Pacuvius* p. 70. Collect. Vet. Trag. Scriverii: *flexa*, *non falſa*, *autumare* dictio *Delphis ſolet.* vbi *Voſſius*, et p. 160. *aperte fatur dictio.* Ceterum diſcrimen, quod conſtituunt inter λογιον et χρησμος, ex quo illud ſit oraculum *ſolutae*, hoc *ligatae* orationis, prorſus nullum eſt. Ὡς λογια του Θεου, ſc. λαλειτω, (ουχ ὡς ανθρωπινης σοφιας λογους. 1 Cor. 2, 13.) i. e. *loquatur ſumma cum reverentia, quae debetur effatis divinis.* Ει τις διακονει, iterum pro ει τις εχει το χαρισμα του διακονειν. διακονειν vero, διακονια et διακονος de *quovis munere religionis chr.*

δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Ἀγα-

causa susceptо, 1 Cor. 12, 5. 2 Cor. 9, 1. ne apostolico quidem excepto, Rom. 11, 13. 1 Cor. 3, 5. adhiberi satis constat. Hinc sequiori tempore vocabulum evasit Christianis iis proprium, qui non tam *doctrinae*, quam potius *rebus externis* singulorum Christianorum providebant, et praecipue in *eleemosynis distribuendis* versabantur. Act. 6, 1—7. quo quidem sensu et h. l. acceperim. Ὡς ἐκ ἰσχυος, sc. διακονειτω, *pro virium modulo hoc munere fungatur*. Vtrum vero, quae *Grotii* sententia est, voc. ἰσχυς eo spectet, quod *juvenes*, *viribus florentes*, ad diaconiam eligi solebant, an ad *vires omnino*, benigne iis a Deo concessas, in medio reliquerim. Ceterum similes ellipticae loquendi rationes etiam Rom. 12, 7. deprehenduntur: ειτε διακονιαν, εν τῃ διακονιᾳ sc. μενετω. ειτε ὁ διδασκων, εν τῃ διδασκαλιᾳ sc. σωφρονειτω. &c. Ἧς, ex graecissimo vnicuique noto pro ἣν. Χορηγειν, proprie *choragum agere*, i. e. *omnia ea procurare, quae ad ludos et dies festos celebrandos spectant*. Hinc in genere notat *suppeditare*, *quae omnino ad rem aliquam necessaria sunt*. Hesych. χορηγει, παρεχει. διδωσιν. 2 Cor. 9, 10. Sirac. 18, 31. 2 Macc. 3, 3. Εν πασι, sc. χαρισμασι, idque pro διὰ παντων χαρισματων. Δοξαζηται, q. εὐλογηται, ἁγιαζηται. vid. ad 2, 12. Sensus est: *vt donis hisce ex voluntate div. adhibendis pia Dei veneratio in aliis hominibus excitetur, ac religio ejus magis magisque propagetur*. Δια I. X. pro ὃν ἐξεστι δοξαζειν δια I. X. *quem licet pie venerari per Christum, qui Dei recte colendi rationem atque facultatem religione sua nobis suppeditavit*. Ὡι — αμην, est epiphonema doxologicum. Nimirum solemne hoc est s. scriptoribus, quotiescunque singularis cujusdam beneficii div. mentionem fecerant, vt animo, pietate et reverentia erga summum numen pleno, in laudes ejus omnino erumpant. Gal. 1, 5. Rom. 1, 25. 2 Cor. 11, 31. Hebr. 13, 21. Ὡι, sunt qui ad Θεον, sunt etiam qui ad I. X. referant. Vtrumque aequo jure fieri, nullus dubitabit justus verborum existimator. Praefero tamen cum *Westenio* prius, quia in Deum patrem potissimum ejusmodi doxologiae alias enuntiari solitae sunt. Relege loca Paullina modo citata. Εστιν, alias h. n. ex hebraismo omitti solet. infra 5, 11. et Gal. 1, 5. Δοξα, כבוד, *majestas*. Κρα-

τος,

Ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς 12
πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνον-
τος· ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθή- 13
μασι,

VARIAE LECTIONES.

13. καθ» pro καθο A. 31 — καθ' ὁ. 1. 21. 39. — καθο. 2. 4. 16. 22. 38. 40. 47. Lectionar. 1. Ed. *Complut. Erasmi, Colinaei, Plantin. Genev. Stephani, Wechelii, Bezae* 2. 3. 4. *Bogardi, Bengelii. OEcumenius* ed. *Clemens.* probb. *Wetſtenio, Griesbachio.*

τος, ad imitationem hebr. יקר, i. q. δοξα, et τιμη, 1 Tim. 6, 16. Vtrumque autem vocabulum, δοξα et κρατος, ſaepius junctim occurrit; infra 5, 11. Col. 1, 11. Apoc. 1, 6. 5, 13. Εις τους αιωνας των αιωνων, בעולם עולמים, graec. αει, αιωνιος. Αμην, אמן, eſt particula approbantis et optantis. Deuter. 27, 15. 1 Cor. 14, 16.

12 — 19. XIIII. Jam hortatur ap. ad *cruciatus religionis chr. cauſa patienter ſuſtinendos*, propoſitis duobus argumentis his: *altero* hoc: eo majora nobis praemia futura eſſe, quo plura in his terris, apte ad exemplum Chriſti, ſuſtineamus; v. 13. *altero* illo: cruciatus propter virtutem ſuſtinendos, pro cruciatibus haud amplius eſſe habendos. v. 14 — fin; Cap. Videntur Chriſtiani ii, quibus deſtinata erat haec epiſtola, multis perſequutionibus obnoxii fuiſſe, quia ap. ad hanc ipſam cohortationem iterum iterumque cogitando revolvitur. Ξενιζεσθαι, vid. ad. v. 4. Τῃ pro εν τῃ, vt comm. 4. vel επι τῃ. Πυρωσις, (ſ. δοκιμασια δια πυρος,) dicuntur *res adverſae*, quippe quibus nos, vt aurum igne, exploramur, exploratique probamur. cf. Judith. 8, 21. Prov. 27, 21. Pſ. 66, 10. Zach. 13, 9. Ier. 9, 7. Dan. 11, 35. vid. nos ad voc. δοκιμιον Jac. 1, 3. Πειρασμος, *exploratio*, pro conſequente, ſ. pro ipſa *probatione* acceperim vid. exc. 2. in ep. Jac. p. 184. Γινομενη, συμβαινουσα. Πυρωσις — γινομενη igitur verterim per: *calamitates probandae virtutis cauſa vobis immiſſae. Leiden zur Bewährung in der Tugend.* Ὡς ξενου ὑμιν συμβαινοντος, *tanquam res inopinata atque inſolita vobis eveniat.* Simili loquendi ratione vtitur *M. Antoninus* 8, 15. μεμνησο, ὁτι, ὡσπερ αισχρον ξενιζεσθαι, ει ἡ συκη συκα φερει, ὁτως ει ὁ κοσμος ταδε τινα φερει, ὡν εστι φορος. cf. *Cic.* ad fam. 6, 2. et 5, 6. *Ovid.* met. 15, 493.

13. Καθο, vel καθως, (vid.

μασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς
14 δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. Εἰ ὀνειδίζεσθε
ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς
δόξης

var. lect.) h. n. valet ὅταν, *quando*. Κοινωνειν παθημασι Χριστ, i. q. κοινωνον ειναι των Χριστ παθηματων, 2 Cor. 1, 17. συμπασχειν Χριστ, Rom. 8, 17. i. e παθχειν ὥσπερ ὁ Χριστος, *sustinere cruciatus, quales Christus sustinuit*. Χαιρετε, apodosin constituit. Simillima Jacobi sententia 1, 2. coll. Hebr. 10, 34 Act. 5, 41. 2 Cor. 1, 7. cf. *Mechilta* fol. 47, 2. *Tanchuma* fol. 28, 3. *Praeterea homo gaudeat in afflictionibus, plus quam de bonis. Nam licet homo omnibus diebus suis felicitate gaudeat, tamen nulla ipsi peccata delentur, id quod afflictiones faciunt.* Plura dabit *Schoettgenius* in h. l. Ἵνα, est ἐκβατικον, *die Folge davon wird seyn, daß* &c. Αποκαλυψις της δοξης αυτ, sc. I. X. pro αποκαλ. Χριστ, τ ενδοξ, vel Χριστ, εν vel συν τη δοξη αυτ, i. e *tempus adventus I. C. ad judicium extremum de hominibus habendum.* vid ad 1, 7. 13. Χαρητε αγαλλιωμενοι, (pro χαρητε και αγαλλιασθε,) sunt synn. ad *summi gaudii*, atque *felicitatis* notionem eo penitius exhaurienda invicem cumulata.

14. Ει, h. n. pro καιπερ. Εν ονοματι Χριστ, (non cum μακαριοι, sed cum ονειδιζ. manifeste jungenda,) *vel* acceperim ex hebraismo, pro ἐν Χριστῳ, idque pro διὰ τον Χριστον, i. e. διὰ την διδαχην τ Χριστ. Matth. 10, 22. alibi; *vel* resolverim per: ἑνεκεν τ ειναι (τ ονομαζεσθαι) τ τ Χριστ. (Χριστιανς.) cf. v. 16. Ev enim ex hebr. ב pro διὰ *propter* adhiberi, dubio caret. cf. 2 Tim. 2, 9. Μακαριοι, resolv. per: ὁμως μακαριοι εστε. vid. ad 3, 13. Cf. cum tota sententia Matth. 5, 10. 11. Ὅτι, διοτι. Πνευμα της δοξης και της δυναμεως, ex hebr. linguae, quae adjectivis destituitur, indole, pro πνευμα ενδοξον και δυναμικον, i. ενδοξης και δυναμικης ὑμας ποιεν, i. e. *spiritus, qui magnam vobis conciliat dignitatem, et ad res magnas efficiendas, calamitatesque fortiter sustinendas, vim atque potestatem subministrat*; nisi forte πν. τ. δοξ. κ. τ. δυν. ex hebr. כבוד et עז, quae divinitati propria sunt voce. accipi malueris pro πνευμα τ ενδοξ και τ παντοκρατορος sc. Θες, vid. ad v. 11. ita vt in vtroque voc. *divini* tantum spiritus notio quaerenda sit. Praefero tamen prius. Και, quae quidem omnino genuina est lectio, (vid.

δόξης + καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης ἢ 15 κακο-

+ και δυνάμεως

VARIAE LECTIONES.

15. Post δοξης adhuc addunt και δυναμεως. A. 4. 7. 8. 13. 14. 27. 29. 33. in m. 36. 43 46. Verſ. *Vulg. Copt. Syr. poſt. AEth. Arab. Armen. Athanaſius. Cyprianus.* probb. *Grotio, Griesbachio*, reprob. *Bengelio.*

Ibidem και omittunt 15. *Syr. utr.* probb. *Grotio, Beza.*

Ibidem κατα μεν – δοξαζεται omittunt A. 3. 4. a pr. m. 13. 17. 27. 29. Cod. *Stephani.* Verſ. *Vulg, Syr. prior, poſterior* vero habet cum aſteriſco. *AEthiop. Copt. Tertullianus, Ambroſius, Beda.* probb. *Millio* prol. 708. 1210. *Griesbachio.* Vnde probabilis ſaltem fit omiſſio.

(vid. var. lect.) ex poſteriori explicatione verborum πνευμα τ. δοξ. &c. eſt explanativum, pro τουτ' εστι, ex priori vero explicatione i. valet q. Ist *denique*, noſtrum *kurz*, ita vt ſenſus prodeat hic: *kurz, damit ich alles mit einem Worte zuſammenfaſſe*, Gottes Geiſt. Πνευμα τ Θεϑ, vero eſt *vis divina*, qua Chriſtiani tam ad recte beate que vivendum, quam ad miracula perpe randa, impelli atque inſtrui putabantur. Εφ' ὑμας αναπαυεται, hebr. שכן על, quod item cum part. conſtru tur Exod. 40, 35 i. q. πν. ὁ κατωκησεν εν ὑμιν. Jac. 4. 5. *vim in vobis exſerit, vobiſcum manet.* Κατα μεν αυτους, pro κατα μεν την γνωμην αυτων, *ihrer Meynung nach.* Βλασφημειται, ſc. το πν. ὁ αναπ. εφ' ὑμ. nempe *conviciis iſtis, quibus vos inſequuntur.* Κατα δε ὑμας, *quod autem ad vos attinet*, i. e. *veſtra autem agendi ratione, veſtraque inprimis conſtantia, in cruciatibus religionis cauſa fortiter ſuſtinendis conſpicua.* Δοξαζεται, ſc. τϑτο το πν. *praeſtantia atque efficacia hujus ſpiritus illuceſcit.*

15. Μη γαρ, pro βλεπετε, ἱνα μη. lunxerim: *denn ich ſetze voraus, daſs keiner von euch leidet, als* &c. Φονευς η κλεπτης, pro *hominibus valde malignis et in leges div. publicas vltro deliquentibus* omnino ponuntur. Κακοποιος, eſt nomen generale, quo reliqua continentur. 2, 12. 14. 3, 16.

Αλ-

16 κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος· εἰ δὲ ὡς Χριστιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω, δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ.

VARIAE LECTIONES.

16. ονοματι pro μερει A. 5. 13. 27. 29. 31. Verſ. *Vulg. Syr. vtr. Copt. AEthiop. Tertullianus, Ephrem, Cyrillus.*

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, i. e. ὁς ἐπισκεπτεται των αλλοτριων, alias πολυπραγμων, qui *Demoſtheni* dicitur περιεργαζασθαι τα των αλλων, i. e. vt cum *Horatio* loquar, (2 Sat. 2, 19.) *aliena negotia curare, excuſſus propriis.* Nos: *einer der ſich in fremde Händel miſcht, ein Stöhrer der öffentlichen Ruhe.* Videtur omnino hoc voc. praecipue cum τοις φονευσι και κλεπταις jungatur, ad certum quoddam, idemque malignum, hominum genus ſpectare, quanquam tamen, deficientibus ſatis certis hiſtoriae documentis, hoc ipſum genus neque cum *Lardnero* ad *Judaeos*, qui facile in aliarum gentium negotia ſe ingerant, et principatum adfectent, revocare, neque omnino accuratius conſtituere auſim.

16. Ει δε, ſuppl. ex v. 15. τις ὑμων. Ὡς Χρισιανος, ſc. πασχει, i. e. πασχει, διοτι Χρισιανος εσι. Hoc ipſum vero *Chriſtianorum* cognomen forma latina, non graeca, a Χρισος deflexum, pro more Graecorum, qui a magiſtris diſcipulos nominabant, vt *Pythagoreos*, *Platonicos* &c. aſſeclis Chriſti inditum eſſe videtur. Prima vocabuli origo in eccleſia Antiochena quaerenda eſt, Act. 11, 26. vbi ab Antiochenis, vt erant ad dicteria proni, (*Lucian.* de ſaltat. 76. οἱ γαρ Αντιοχεις, ευφυεσατη πολις. κ. τ. λ. *Procop.* Perſ. I, 8. p. 105. των Αντιοχεων ὁ ὁημος, εισι γαρ ὃ κατεσπουδασμενοι, αλλα γελοιοις τε και αταξια ικανως εχονται. Cf. *Zoſimus* IV, p. 258. *Julianus* Miſopog. p. 344. *Ammianus Marcell.* 22, 14.) per ludibrium hoc nomen acceperunt, quia mirum ipſis videbatur, diſcipulos Chriſti regi, quem ignominioſa morte ſublatum ipſi fatebantur, adhuc adhaerere. Cf. *Tacit.* annal. 15, 44. *Quos per flagitia inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat; auctor nominis ejus Chriſtus.* Nonnulli etiam *Chreſtianos* vocabant, repugnantibus tamen eccleſiae doctoribus. vid. *Lactant.* inſt. div. 4, 7. et *Tertull.* apolog. 2. ad ſenat. Μη αισχυνεσθω, pro θελω ινα μη αισχ. Sic et nos: *daſs er ſich dann ja deſſen nicht ſchämt.* De-

pro

τούτῳ. ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα 17
ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ
τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίῳ;

καὶ

pro μαλλον. Δοξαζετω τον Θεον, sc. *fortiter patiendo*. Εν τω μερει τουτω, alias το μερος, τουτο ἑνεκα, vel, loquutione latina, εν τω ονοματι τουτω. (vid. var. lect.) *quod attinet ad hanc rem.* Nos: *von dieſer Seite*, ſ. *in dieſem Falle*. 2 Cor. 3, 10. 9, 3. Col. 2, 16. Sic etiam *Joſ.* ant. 15, 3. 4. ὡς — παραμυθησασθαι ΤΟΥΤΩ. ΤΩι ΜΕΡΕΙ. Plura loca *Wetſt.* congeſſit ad Col. 2, 16.

17. Ὅτι, redundat. Ὁ καιρος ſc. παρεστι. Marc. 11, 13. Το αρξασθαι, pro εν ᾧ αρξεται. Κριμα, משפט, pro κατακριμα, *ſupplicia et mala quaevis, quibus Chriſtiani*, Chriſto praedicente Matth. 24, 19. *circumveniebantur*. Οικος, ex hebr. בית, pro *familia*, quo quidem ſenſu etiam Latini voc. *domus*, et nos voc. *Haus* adhibere ſolemus. Οικος vero *abſolute*, et οικος του Θεου voc. erat proprium *populo Judaeorum*, quippe quem Deus in peculiarem ſibi adſciverat benevolentiam; vnde h. l. et alibi ad *Chriſtianos Deo inprimis caros et acceptos* transfertur, 1 Tim. 3, 15. id quod ex phraſi ſequente απειθουντες τω Θεω ſatis liquet. Quare nolim, praeeunte *Schoetgenio* hic *templum* ſub voce οικος intelligi. Το αρξασθαι — το Θεου, jam reſolverim ſic: το κατακρινεσθαι το πρωτον τον οικον του Θεου, Ει — ἡμων, ſc. των Χριστιανων, αρχεται το κριμα, idque pro: ει δε ἡμεις το πρωτον κατακρινομεθα. Τι, ſc. εσται. Το τελος, vel *ſors omnino*, vt εξοδος Luc. 9, 31. ſenſu prodeunte hoc: *was wird es dann mit den Ungläubigen für einen Ausgang nehmen?* vel *excidium, pernicies*, vt v. 7. Matth. 24, 14. ſenſu eodem: *wie gros wird dann das Unglück der Ungläubigen ſeyn!* Ευαγγελιον του Θεου, pro ἡ διδαχη του Θ. ſ. *religio chr.* vid ad 1, 12. Οι απειθουντες τω ευαγγ. i. q. alias μη πιστευοντες. 2, 7. 8. 3, 1. 20. Egregius in hanc Judaeorum ſententiam eſt locus a *Schoetgenio* huc allatus: *Poenae nunquam perveniunt in mundum, niſi impii in eo ſint: verum non incipiunt, niſi a juſtis primum.* Et poſt pauca: *quando potentia datur perditori, nullam ille inter juſtos et impios differentiam obſervat, neque hoc tantum, ſed a juſtis primum incipit.* Cf. Jer. 10, 7. Pſ. 68, 36. Plura ſuppeditabit *Wetſtenius* in h. l.

18.

18 καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς
19 ποῦ φανεῖται; ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλη-
μα

18. Amplificatur eadem ſententia loco Prov. 11, 31. eoque ad verſionem LXX. interpr. expreſſo. Textus hebr. vero magis quoad ſenſum, quam quoad verba graece redditus eſſe videtur. Ὁ δικαιος, צדיק, collective ſumendum, pro οἱ δικαιοι, *homines pii atque probi omnino.* Μολις, (a μολος, *labor*, *pugna*, quaſi συν μολῳ, vnde etiam *Syrus* hic habet למחסן, *cum vi*, coll. Sap. 9, 16. vbi μολις et μετα πονε vt paria ponuntur.) *Thomas* αντι τε βραδεως, i. q. συν σπουδῃ apud *Homerum*, et μογις apud alios ſcriptores, i. e. *vix*, *aegre*, et h. n. *non ſine adverſis.* Nos: *mit genauer Noth.* Σωζεται, *a malis atque miſeriis liberatur.* Cf. *Libanius* to, 236. Αντιοχος ἑστοτι των ΜΟΛΙΣ εσι ΣΕΣΩΣΜΕΝΩΝ. *Diodor.* S. 17, 55. παραβολε δε γενομενης της διαβασεως και των Μακεδονων ΜΟΛΙΣ ΔΙΑΣΩΘΕΝΤΩΝ. Plura habet *Loeſnerus.* Ὁ ασεβης και ἁμαρτωλος, רשע וחוטא, ſynn. ex ap. ſententia a τοις απειθ. τῳ ευαγγ. non diverſa, et, vt ὁ δικ. iterum collective ſumenda. cf. 1 Tim. 1, 9. Πε φανειται; *vbi apparebit?* i. e. εδαμε φαν. *nullibi apparebit, prorſus peribit;* Sic αφανες, de re quae interiiſſe patatur, adhuc habes ap. *Callim.* Epigr. 43, 2. et *Philonem* 3, de vit. Moſ. p. 696. A. Locus huic ſimillimus eſt *Rabb. Simeonis* ad X. Num. *Quum Deus ſanctus, benedictus, judicium facit in juſtos, ſanctus extollitur et laudatur: nam ſi in illis hoc facit, quanto magis in impiis.* Cf. Jer 45, 29

19. Οἱ πασχοντες, ex perpetua hujus voc in hac ep. ſignificatione, *qui propter religionem chr. adverſa patiuntur.* Κατα το θελημα τε Θεε, i. q. ει θελοι το θελημα τε Θεε, ſupra 3, 17. Τας ψυχας ἑαυτων, ex hebraiſmo vnicuique noto, pro τ. ψ. αυτων, (quam quidem lectionem, neſcio an jure, in textum ſuſceperit *Bengelius,*) idque pro ἑαυτες. Παρατιθεναι την ψυχην ἑαυτε τῳ κτιστῃ, igitur vel eſt *commendare atque totum ſe tradere creatori,* (*Joſ* ant. 7, 15. 11. ΠΑΡΑΤΙΘΗΜΙ δε σοι και τες Βερζελαιε τε Γαλααδιτε παιδας.) vel, ſi voc. την ψυχην ad verbum ſumſeris, *reddere Deo animam, quam ei acceptam referebamus,* vt ſit euphemiſmus pro *mori.* cf. Luc. 23, 46. Εν αγαθοποιΐᾳ, pro εν πραγμασι αγαθοις. Verterim: *unter Verrichtung guter Handlungen.*

Ὡς

μα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν: ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ, ὁ συμ- V.
πρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων,

" ἑαυτῶν.

VARIAE LECTIONES.

19. αυτων pro ἑαυτων A. 1. 3. 5. 8 11. 22. 23. 25. 32. 33. 35. 40. 56. Ed. *Complut. Erasmi, Cornaei. OEcumenius* ed.

Ὡς πιστῷ κτίστῃ, duplex continet argumentum, tam pro *rebus suis Deo tradendis*, quam praecipue pro *morte religionis chr. causa haud recusanda*, primum illud: Deum esse *summum creatorem*, a quo omnia pendent, quique jus in nos habet, alterum hoc: Deum *stare promissis suis*, adeoque mala propter rel. chr. tolerata aeternis praemiis remuneraturum esse.

Cap. V, 1—5. XV. Hortatur ap. doctores, *ad curam discipulorum lubenter gerendam*, v. 1—4 et discipulos *ad obsequium doctoribus praestandum*. v. 5. Πρεσβυτερας, nec non ἐπισκοπας, ποιμενας, &c. eos omnino fuisse, quorum cura tam ea, quae ad *institutionem*, quam ea, quae ad *externam disciplinam* spectabant, dirigebantur, ad Jac. 5, 14. jam monuimus. Tempore enim apostolorum munera ecclesiastica episcopi, presbyteri &c. nondum certis finibus circumscripta erant, id quod etiam ex n. l. apparet, vbi presbyteris το ποιμαινειν et το επισκοπειν injungitur, et vbi Petrus, qui tamen nulli certae ecclesiae adstrictus erat, se συμπρεσβυτερον vocat. Τας εν ὑμιν, sc. οντας, *qui inter vos degunt*, pro simpl. τους πρεσβυτερους ὑμων. Ὁ συμπρεσβυτερος, pro εγω, ὡς συμπρ. *ego, collega vester*. Sic etiam imperatores Romanorum milites suos *commilitones* vocare solebant. Μαρτυς των τ. Χ. παθηματων, vel est *testis cruciatuum Christi*, quem nos dicimus *einen Augenzeugen der Leiden Christi*; vel *doctores, praecones rel. chr. omnino*, nam μαρτυριον et μαρτυρειν, in N. T. et praecipue apud Joannem, esse vocabula, *praedicationi doctrinae de Christo* propria (vid. v. 12. et 1 Cor. 1, 6.) hujusque doctrinae sententiam primariam hanc, de *cruciatibus, supplicio* et *resurrectione* J. C. esse, ideoque hanc pro *toto religionis chr. ambitu* ab ap. commemorari solere, 1 Cor.

1,

των, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης
2 κοινωνὸς, ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ,
ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως· μηδὲ
αἰ-

VARIAE LECTIONES.

2. Poſt ἑκουσιως adhuc addunt κατα Θεον A. 5. 7. 8. 13. 25. 27. 29. 31. 33. in m. 40. Verſ. *Vulg. Copt. AEthiop. Syr. poſt. Conc. Nic.* 2 Can. 4. *Ariſtenus, Hieronymus, Beda, Auguſtinus.* Quae quidem auctoritates ita firmae mihi quidem comparent, vt Criticos haec verba in textum ſuſcepiſſe crediderim, ſi gloſſematis ſpeciem parum prae ſe ferrent. Argumenta ſaltem externa dum ſpecto, (quae tamen in arte critica *praecipue*, vt ne dicam *vnice*, ſpectanda ſunt,) vix temperare mihi poſſum, quo minus *addendi* ſignum adſcribam.

1, 17. 23. inter omnes ſatis conſtat. Δοξα, ex hebr. כבוד *felicitas, olim in regno Meſſiano obtinenda.* Μελλουσα αποκαλ. pro αποκαλυφθησομενη. vid. ad 1, 5. Κοινωνος, q. μετοχος *particeps*, ſc. εσομενος. Ceterum haec omnia, quae ap. hic de ſe praedicat, ſpectant ad eo majorem vim atque gravitatem cohortationi ſuae conciliandam.

2. Ποιμαινειν, ποιμην et ποιμνιον, vt βοσκειν, τα αρνια, caeterasque loquendi rationes ex paſtorali vivendi genere depromtas, tam ad *reges* et *ſubditos*, eosque *regundos*, 2 Sam. 5, 2. 7, 7. Pſ. 78, 71. Matth. 2, 6. (vnde *duces* etiam ap. *Homerum* ποιμενες λαων audiunt,) quam, vt h. l. ad *doctores* et *diſcipulos*, eosque *inſtituendos*, atque *gubernandos* transferri, conſtat. vid. loca ad 2, 25. allata, quibus adde Joh. 21, 15 16. 17. Act. 20, 28. Dicitur vero hoc ποιμνιον, π. τ. Θεου, i. e. coetus *Deum colens*, vel *Deo inprimis carus*, vt addito hoc voc. a vulgari grege diſcernatur. Sic apoſtoli additis formulis τ. Θεου, πνευματικος, θειος, &c. res *divinas*, h. praeclaras, ideoque *ſenſu nobiliori ad numen divinum referendas*, a *vulgaribus* diſtinguere ſolent. Το εν ὑμιν ſc. ον, i. e. *grex qui in veſtris regionibus verſatur*, vel το ποιμνιον ὑμων. vid. ad v. 1. Επισκοπουντες, פקרים, pro και επισκοπειτε, quod ſenſu non differt a ποιμανατε. vid. nos ad 2, 25. Μη αναγκαστως, *non vt paſtores mercenarii*, i. e. *non muneris in vos delati neceſſitate coacti, adeoque inviti*, (i. q. ακων

1 Cor.

αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μηδ' ὡς κατακυριεύον- 3
τες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποι-

1 Cor. 11, 17) sed ἑκασιως, בנרבה, i. e. *laeto animo*. Κατα Θεον, si sana est lectio, (vid. var. lect.) pro κατα το θελημα τϑ Θεϑ, *Dei causa*, i. q. ἑκασιως. Μη αισχροκερδως, לא לבצע, *fern von niedrigen und gewinnsüchtigen Absichten*, i. q. αφιλαργυρος 1 Tim. 3, 8. 6, 8. 9. Tit. 1, 7. vid. *Raphelii* annotat. Herodot. p. 57. et *Elsnerum* p. 295. Προθυμως, vi oppos. αισχροκερδως, *ex sincero erga Christianos animi affectu, ita vt non tuam, sed aliorum vtilitatem spectes*. Hebraei dicunt ישרו לבב ל. מן כלה לבבן. Cf. *Bemidbar. R.* XI. *Dixit Deus S. B. sacerdotibus, quando dixi, vt benediceretis Israëli, non benedicetis illis per angariam aut terrorem, sed benedicetis eis corde recto.*

3. Μηδ' ὡς κατακυριευοντες, pro μηδε κατακυριευετε. κατακυριευειν רדה vero est: *tyrannidem exercere in aliquem*, *den Herrn spielen*, i. q. κυριευειν, 2 Cor. 1, 24. (vti καταχρωμαι 1 Cor. 7, 31. et 9, 18. pro simplici χρωμαι,) nisi κατα h. n. in malam partem sumi malueris, (vt in καταλαλειν, verbisque aliis.) Matthaeus 20, 25. eodem sensu adhibet εξουσιαζειν. Κληροι, vox admodum vexata. *Grotius*, quem omnes fere sequuntur interpretes, voc. κληρος, ex hebr. נחלה, quae erat vox *populo Israëlitico*, eidemque *Deo peculiari* Deuter. 4, 20. 9, 29. propria, h. l. ad *Christianorum coetum*, *Deo non minus carum et acceptum*, translatum esse existimat. Sed quamvis haec significatio bene h. nexu procedat, hebr. tamen נחלה nusquam *numero plurali* hoc sensu me legere memini; nam Jes. 49, 8. prorsus huc non pertinet. Quare alii significationi *possessionis* atque *fundi* (praeter alios a *Spanhemio* in *Callim.* hymn. in Delum v. 281. ad hymn. in Pallad. v. 142. et ad *Aristoph.* nubes p. 203. satis evictae;) inhaerentes, *facultates* seu *haereditates ecclesiarum* hic intelligi malunt, *quibus ne abutantur*, ap. hic adhortetur presbyteros. Nolim equidem, infringendae hujus interpretationis causa, cum *Wolfio* provocare ad id, quod, ecclesias tempore apostolorum fundis ejusmodi destitutas fuisse, constet, nam, si non *ecclesiae*, *membra* tamen ecclesiae fundos habuerunt; at vero ποιμνιον, quod sequitur, cui, quod *Grotius* jam vidit, vox

4 ποιμνίου· καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε, τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Ὁμοίως

κληροι respondere debet, hanc interpretationem vix, ac ne vix quidem admittit; praeterea κληρος rariſſime, et in N. T. nullibi, hoc ſenſu occurrit; vt taceam de eo, quod ap. comm. praeced. verbis ποιμανατε μη αισχροκερδως jam cohortatus eſſet presbyteros, *vt ne munus ſibi demandatum quaeſtui haberent.* Mihi quidem voc. κληρος, cum presbyteros, reliquosque eccleſiae miniſtros *ſorte*, ſeu *ſortitione* ad munus obeundum interdum ſaltem *electos* eſſe conſtet, (cf. Act. 1. et *Iſidor.* de offic. eccl. Cap. 1. *Omnes, quos illis* — ſc. apoſtolorum — *temporibus eccleſiarum principes ordinabant, ſorte eligebant.*) inde ad deſignandos cum ipſos *presbyteros* (cf. *Suidas.* λεγεται κληρος και το συστημα των διακονων και πρεσβυτερων. *OEcum.* in ep. Petr. p. 165. κληρον το ἱερον συστημα — *miniſtros eccleſiaſticos* — καλει, ὡσπερ και νυν ἡμεις. — quae tamen ſignificatio hic nullo modo locum habere poteſt. — *Iſid.* l. c. *Cleros autem vel Clericos hinc appellatos Doctores noſtri dicunt, quia Matthias* ſorte *electus eſt.*) tum *coetus Chriſtianorum*, qui presbyteris inſtituendi obtigerunt, (*Theophanes* homil. 12. p. 70. *auditores* ſuos vocat κληρον, quando eos ita alloquitur: ἡμεις δε, ω κληρος εμος, κ. τ. λ. Cf. *Bengel* ad *Chryſoſtom.* p. Sacerd. p. 504.) non ſolum ſequioribus temporibus, vti ex vſu loquendi, in ſcriptis patrum modo citatis, obvio, eodemque vero ex hoc ipſo loco Petrino forſan oriundo, ſatis apparet, ſed etiam viventibus adhuc apoſtolis, traſiiſſe videtur. Apte ſaltem ad poſteriorem hanc ſignificationem, quam etiam h. l. retinendam eſſe cenſuerim, ii, qui olim ad cœtum Chriſtianorum tranſibant, ΠΡΟΣΚΛΗΡΩΘΗΝΑΙ dicebantur, Act. 17, 4. et ΚΛΗΡΟΣ των ἁγιων, Col. 1, 12. facilius per *coetus Chriſtianorum* reddi, quam ex hebr. נחלה, quod non tam per κληρος quam per κληρονομια exprimi ſolet, explicari poſſe crediderim. Quicquid vero ſit, vt κληρος de *coetu Chriſtianorum* intelligamus, vſus loquendi ſaltem permittit, nexus vero vrget, nam qui hic κληροι dicuntur, ſtatim ποιμνια nomine veniunt. Ceterum pluralitatis numerum κληροι ad *plures* Chriſtianorum coetus ſpectare, vix eſt quod moneamus. Τυποι, (ſuppl. μαλλον) *exempla ad imitandum aliis propoſita.* Phil. 3, 17. Γινομενοι, γινεσθε. Veterim: *Seyd nicht ſo wohl Tyrannen*

curer

Ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις· 5
πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε· ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

Τα-

eurer *Diöceſen*, *als vielmehr Muſter der Gemeine.*

4. Ratio additur cur presbyteri diſcipulis exemplo eſſe debeant. Και, pro ἵνα, vel τοτε. Αρχιποιμην, Chriſtus jure dicitur, cum ap. reliquos religionis chr. doctores cum paſtoribus comparaverat. Ab imagine vbi receſſeris, habes *primum et ſummum doctorem.* 2 Reg. 3, 4. coll. Hebr. 13, 20. vbi Chriſtus eodem ſenſu ποιμην μεγας dicitur. Φανερωθεντος αρχιπ. i. q. 4, 13. εν τῃ αποκαλυψει της δοξης αυτ8, i. e. *vbi redierit* C. *ad judicium extremum de hominibus habendum.* cf. Col. 3, 4. Κομιζεσθαι, eleganter dicitur de *praemio reportando;* ſupra 1, 9. Hebr. 10, 36. 11, 39. 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. Στεφανον αμαρ. de *felicitate in aeternum duratura* intelligendum eſſe ad Jac. 1, 12. et 1 Petr. 1, 4. jam declaravimus. Dicitur vero hic στεφανος inſuper σ. της δοξης, idque vel eſt: στεφανος, τουτ' εστιν ἡ δοξα, *corona, h. e. felicitas olim in regno Meſſiano obtinenda*, vid. ad v. 1. huius. Cap. vel i. e. q. στεφανος ενδοξος, *vt ſit; ein ehrenvoller, prächtiger Kranz.* Quid praeferam ipſe, dubius haereo.

5. Ὁμοιως, particula transeundi. vid. ad 3, 1. Vert. *dagegen.* Νεωτεροι, pro ὑμεις, οἱ νεωτ. vt αἱ γυναικες 3, 1. pro ὑμεις αἱ γυν. Voc. νεωτ. vero non ad *Chriſtianos juvenes* reſtringi, ſed vi oppoſ. πρεσβ. ad *omnes omnino Chriſtianos* extendi velim. Ὑποταγητε, *morem iis gerite.* ad 2, 18. 3, 1. Δε, h. n. vel eſt *corrigentis*, et i. q. ἡ μαλλον, vel *ſententiae vim augentis*, vt i. ſit q. *imo, quid? quod.* Ὑποτασσομενοι, pro ὑποτασσεσθε accipiendum, et reciproce vertendum eſſe, ſaepius jam monuimus. Senſus vero eſt hic: *tantum abſit, vt* presbyteris *debitum denegetis obſequium, vt potius* vobis invicem *adeo obſequium praeſtare teneamini*, quatenus ſc. ταπεινοφροσυνης officium hoc a vobis exigit, id quod ad explicanda haec verba ſtatim hic ſubjungitur. Ταπεινοφροσυνη, hebr. ענוה Pſ. 45, 6. *eſt modeſtia, contraria ſuperbiae atque faſtui.* Εγκομβωσθαι, praecipue de *induendo* εγκομβωματι adhibetur, quod eſt *genus veſtimenti mu-*

6 Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ
7 Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ. Πᾶσαν τὴν μέριμναν
ὑμῶν

liebris atque ſervilis, nodo conſtringi ſoliti. Hinc ad *induendas veſtes* omnino transfertur, nec differt ab ενδυσασθαι, περιβαλλεσθαι, לבש, omnino. *Pollux* 4, 119. τῇ δε των δελων εξωμιδι και ἱματιδιον τι προσκειται λευκον, ὁ εγκομβωμα λεγεται η επιρρημα. *Heſ.* κομβωσασθαι, σολισασθαι. κομβωμα, σολισμα. εγκομβασθαι, ενειλεισθαι. Plura loca ſuppeditabit *Wetſtenius*. Hoc nexu tandem εγκομβ. nil niſi *arctioris conjunctionis*, qualis eſt conjunctio veſtimenti cum corpore, notionem involvit, ita vt ſenſus prodeat hic: *modeſtiam propriam vobis reddite, modeſtiae ſtudete.* Luc. 24, 49. Rom. 13, 12. 14. 1 Cor, 15, 53. 54. Gal. 3, 27. Eph. 4, 24. Col. 3, 10. 12. vid. etiam ad 4, 1. Ceterum in quas argutias interpretes in h. l. explicando deſcenderint, qualemque emphaſin, quae tamen prorſus nulla eſt, verbo εγκομβ. affinxerint, vid. ap. ipſos, et praecipue ap *Wolfium*. Ὁτι, διοτι. Reliqua explicata lege ad Jac. 4, 6.

6. 7. Loco iſto V. T. v. 5. recitato adductus XVI. Chriſtianos jam hortatur, *vt totos ſe Deo regendos permittant.* Ταπεινωθητε, i. q. ὑποταγητε. Jac. 4, 7. Κρατεια χειρ, יד חזקה, *ſumma Dei poteſtas.* ταπεινωθ. — Θεϑ igitur i. e. q. ὑποταγητε τῳ Θεῳ, παντοκρατορι, h. e. *omnes res veſtras, omnemque rerum exitum arbitrio Dei potentiſſimi committite.* Sic etiam *Demoſthenes* habet: οἱ ὑπο χειρα ταπεινοι. Ἵνα, eſt εκβατικον. Ὑψεν, *erheben*, ap. vi oppoſ. ταπεινωθ. dicit, pro *felicem reddere, praemiis afficere.* vid. ad Jac. 4, 10. vbi ſententia eadem exprimitur. Εν καιρῳ, vel eſt εν καιρῳ ἰδιῳ, בעתו, i. e. *tempore opportuno, zu rechter Zeit, zur Zeit der Noth*, Luc. 12, 42. vel, quod praetulerim, emphatice ſumendum, pro εν καιρῳ εσχατῳ, vt ſupra 1, 5. *tempore extremi judicii.*

7. Μεριμνα, *cura ſollicita*, vt onus conſideratur, quod in Deum επιρριπτειν, (גל, ſ. שבך.) *devolvere* hic jubentur Chriſtiani. Pſ. 22, 8. 55, 23. Prov. 16, 9. A metaphora vbi receſſeris, remanet *ad curam omnium rerum ſuarum Deo permittendam cohortatio.* Επ' αυτον, ſc. τον Θεον. Ὁτι, διοτι. Αυτῳ μελει περι ὑμων, *vos enim ipſi curae eſtis, curam veſtri agit.* Eadem conſtructio Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Joh. 10, 13. 12, 6. at vero 1 Cor. 9, 9.

περι

ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν.

Νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν 8
διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ, ζητῶν
τίνα

περὶ omittitur. Cf. cum toto hoc commate Matth. 4, 25. 30. 6, 25. Similiter *M. Antoninus* 4, 31. το δε ὑπολοιπον τυ βιυ διεξελθε, ὡς Θεοις μεν επιτετροφως τα σεαυτυ παντα εξ ὁλης της ψυχης.

8 — 11. Vltima denique paraeneſi XVII. Chriſtianos *ad religionem in mediis licet malis*, quibus tum temporis cingebantur, *conſtanter tuendam* hortatur. Νήψατε, γρηγορήσατε, pro νήφετε, γρηγορειτε. Νήφειν, vid. ad 1, 13. 4, 7. Γρηγορειν, vel αγρυπνειν, Luc. 21, 36. opponi ſolet *ſomnolentiae*, et *in agendo negligentiae atque ignaviae*, Ieſ. 5, 27. Prov. 10, 5. 4, 13. vnde, ſi a tropica loquendi ratione diſceſſeris, omnino valet: *ſtrenuum atque indefeſſum eſſe in bene recteque agendo.* Eandem admonitionem habes Matth. 24, 42. 25, 13. Marc. 13, 35. 37. Act. 20, 31. 1 Cor. 16, 13. Eph. 5, 6. 1 Th. 5, 6. Ὅτι, διοτι. Αντιδικος, *adverſarius in lite*, vnde εχθρος, *hoſtis omnino.* Matth. 13, 39. Διαβολος, hic valet Σατανας, vid. ad Jac. 4, 7. nam vt *adverſarius*, ſ. *calumniator omnino* intelligatur, perpetuus vſus loquendi in N. T. additumque voc. αντιδικος, quod, ſi de calumniatore omnino locum explicaveris, plane langueret, et comma denique 9. prorſus non admittunt. Λεων. Cur ap. cum *leone* potiſſimum diabolum comparet, in eo patres praeter rem argutantur. (vid. *Suic.* T. 2. p. 232.) Ineſt notio *vehementioris aliis nocendi cupiditatis*, ratione inprimis habita *odii cruenti et internecini*, quo *iſto potiſſimum tempore* Chriſtianorum vitae inhiabant e Judaeis gentibusque adverſarii eorum, vt adeo male hic locus ad noſtra tempora, quibus *conviciando* magis et *irridendo*, quam *trucidando* et *dilaniando* odium in Chriſti doctrinam ſe exſerere ſolet, transferri videatur. Ωρυεσθαι (שאג Jud. 14, 5. Pſ. 22, 14. alibi,) praeter *leones*, *canes* etiam atque *lupi* dicuntur. (*Heſ.* ὠρυομενων, κραζοντων. κυριως δε επι λιμω κλαιοντων λυκων, η λεοντων, η κυνων. *Pollux* 5, 86. Φωναι ζωων — λυκων δε ωρυγη, ωρυγμος, ωρυεσθαι, ωρυομενος. Λεοντων δε βρυχηθμος βρυχασθαι, βρυχωμενοι, — βοων δε μυκημα. vid. *Wetſt.* in h. l.) Rugit vero leo, dum *iraſcitur*, ωρυομενος igitur ſpectat ad illam *nocendi cupiditatem*

9 τίνα καταπίῃ· ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι

tatem eo efficacius exprimendam. Περιπατει i. q. διερχεται Matth. 12, 43. *oberrat*, ſc. *inter homines*. Sic enim veteres de Satana ſtatuiſſe, teſtatur locus Job. 1, 7. cf. *Aboth. R. Nathan* c. 36. *Tria daemonibus et angelis ſunt communia: alas habent, futura praeſciunt, et ab uno extremo mundi ad alterum diſcurrunt, atque obambulant.* Ζητων, cf. Luc. 22, 31. Τινα, pro ὁντινα, vel τινα ανθρωπον, ὁν &c. Καταπινειν, בלע, *devorare, deglutire. Athenaeus* 2, p. 283. B. κητος γαρ επελθον τῃ νηι τον εποπεα — ΚΑΤΑΠΙΕΙΝ. Ceterum totum hoc comma ſpectat ad eam veterum de Diabolo cogitandi rationem, ex qua ille homines ad quaevis delicta, inprimis vero ad deſerendam rel. chr. ſollicitare atque ſeducere putabatur. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Theſſ. 2, 18. Vtrum vero et noſter in h. l. pronuntiando vere de Diabolo, an de calamitatibus propter religionem chr. eo tempore Chriſtianos vndiquaque circumvenientibus, (iisque et ipſis, ex veterum ſententia, a Diabolo originem ducentibus,) omnino cogitaverit, id quidem in medio relinquendum eſſe cenſuerim, niſi 1 Petr. 2, 4. vbi ap. angelis malis vim nobis nocendi demtam eſſe affirmat, et, qui jam ſequitur, v. 9. vbi, in tractando eodem argumento, de παθημασι ſermo eſt, poſteriorem interpretationem requirere viderentur.

9. Ὡι, pro αλλα τουτῳ τῷ Διαβολῳ. Αντιστητε, ad Jac. 4, 7, cf. Eph. 6, 13. Στερεοι, חזקים, reſolv. per ὡς ανθρωποι στερεοι οντες, vel διοτι στερεοι εστε. Col. 2, 5. Πιστις, de *doctrina religionis chr.* accipiendum eſſe, nexus clamat. vid. *S. V. Koppii* exc. 6. in ep. ad Gal. ſaepius laudatum. Στερεοι τῃ πιστει, vel pro ϛ. δια της πιστεως, *quia religio chr. fortes vos reddit, ad calamitates religionis cauſa conſtanter ſuſtinendas*; vel pro ϛ. εν τῃ πιστει, *quia firma atque inconcuſſa de rel. chr. perſuaſione gaudetis.* cf. 2 Petr. 1, 12. Ειδοτις, ειδετε γαρ. Τα αυτα των παθηματων, pro τα αυτα παθηματα, *eosdem cruciatus*, ſc. *propter rel. chr. perferendos*, quo quidem ſenſu παθηματα et πασχειν per totam epiſtolam obtinet. 1, 11. 4, 13. Τῃ αδελφοτητι ὑμων, pro τοις αδελφοις ὑμων, *ſive ex Judaeis, ſive ex gentilibus ad Chriſtum converſis.* vid. ad 2, 17. Εν τῳ κοσμῳ, pro εν τῃ γῃ, ſc. ουσῃ, διεσπαρμενῃ. Επιτελεισθαι, hic valet εις τελος συμβαινειν, *ſemper*

τι ἐπιτελεῖσθαι. Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στη-

VARIAE LECTIONES.

10. Pro καταρτισαι habent καταρτισει A. 3. 5. 7. 9. 24. 25. 27. 28. 35. 39. 42. 43. Verſ. *Vulg. Syra poſt. AEthiop. Arab* prob. *Bengelio.* καταρτισας. 22.

Ibidem. ὑμας omittunt A. 4, a pr. m. 35. 43. Verſ. *Vulg. Syr.*

Ibidem. Pro στηριξαι, σθενωσαι, θεμελιωσαι legunt στηριξει, σθενωσει, θεμελιωσει A. (ſed omittit θεμελιωσει.) 3. 4. 5. 7. 9. 10. 11. 15. 16. 17. 18. 19. 22. 24. 25. 27. 28. 31. 33. 36. 37. 39. 40. 42. 43. 45. 46. 47. Ed. *Colinaei.* Verſ. *Vulg.* prob. *Bengelio*, qui hanc lectionem per codices lectione textus firmiorem, nec tamen plane certam eſſe, recte judicat.

per evenire. Eodem ſenſu ap. *Xenophontem* mem. Socr. l. 4. p. 645. legitur: ει δε βιωσομαι πλειω χρονον, ισως αναγκαιον εσαι τα τε γηρως ΕΠΙΤΕΛΕΙΣΘΑΙ, και ὁρην τε και ακουειν ἡττον. Ceterum totum hoc comma redit ad vulgare ſolatium hoc: *ſolamen miſeris, ſocios habuiſſe malorum.* Cf. Cic. ad fam. 6, 2. *Miſera eſt illa quidem conſolatio — ſed tamen neceſſaria: nihil eſſe praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat univerſis.* coll. 5, 6. *Achilles Tat.* 7, p. 415 Φαρμακον αυτῳ τουτο της, ὡν επαθε, λυπης ἡ προς αλλον εις το παθειν κοινωνια. *Seneca* Troad. 1016. *Ovid.* met. 15, 493. Prov. 27, 21.

10. Πας, pro μεγιστος. vid. ad Jac. 1, 2. Θεον πασης χαριτος, (אל החכון Exod. 34, 6. 2 Paral. 30, 9. et in Pſalmis ſaepiſſime,) ex hebraiſmo ſatis noto pro Θεος χρηστοτατος, *Deus benigniſſimus*, i. q. ὁ Θεος της αγαπης και ειρηνης, 2 Cor. 13, 11. coll. Rom. 15, 33. 16, 20. Phil. 4, 9. 2 Th. 3, 16. Hebr. 13, 20. Καλειν, *invitare*. vid. exc. 2. Δοξα, vt v. 1. pro ευδαιμονια ενδοξη, ſ. *felicitate in regno Meſſiano olim obtinenda.* Dicitur haec felicitas αιωνιος, *aeternum duratura*, oppoſita vitae hujus felicitati adeo *fugaci.* cf. Pſ. 16, 11. Εν X. I. ſi jungitur cum voc. καλειν, poſitum eſt pro δια I. X. i. e. δια της διδαχης αυτου; ſi vero jungitur cum παθοντας, pro δια τον I. X. i. e. δια το ευαγγελιον αυτου. Praefero prius. Ολιγον, (ſc. χρονον, ſupra 1, 6.

11 στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

12 Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρ-

Jac. 4, 14.) opponitur voc. αιωνιος. Ολιγον παθοντας, sc. *religionis chr. causa.* vid. ad v. 9. Αυτος vel propter parentheseos longitudinem ad filum orationis iterum annectendum, vel ex hebraismo ad augendam orationis efficaciam, repetitur, vt והוא Gen. 3, 12. Καταρτισαι — θεμελιωσαι, sunt synn. ab ap. summo animi affectu correpto, invicem accumulata, vt *ardentissimum votum* pro *firmanda Christianorum de rel. sua persuasione*, (ad quam omnia haec vocc. vnice revocari debent,) eo efficacius exprimeretur. Καταρτισαι, יכונן, Deuter 32, 6. proprie *membrum luxatum loco suo reponere;* hinc vt et h. l. *parare, perfectum reddere* omnino. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 13, 11. Jes. 59, 16. Rom. 1, 11. 16, 25. 2 Th. 2, 17. 3, 3. Σθενωσαι, יחזק *roborare.* Θεμελιωσαι, *fundare.* Verterim: *Deus vobis largietur perfectam, firmam, inconcussam et bene fundatam de rel. persuasionem:* infinitivis nimirum pro verbis finitis καταρτισει, στηριξει &c. positis. (vid. var. lect.)

11. Vid. ad 4. 11.

12. XVIII. *De epistola quadam*, antehac ad Christianos extra Palaestinam degentes a se conscripta, *certiores eos reddit;* vel, vt, quae *Grotii* sententia est, amorem suum iis testetur, dum dicit, se non primum ad eos scribere, sed jam scripsisse antehac, vel, vt a se scriptam, nec suppositam esse epistolam illam, iis persuadeat, vel denique quovis alio consilio. Σιλουανος, pro eodem haberi solet, cujus 2 Cor. 1, 19. 1 et 2 Th. 1, 1. et sub *Silae* nomine in Act. ap. Capp. 15. 16. 17. et 18. mentio fit, nec video, cur non ita statui possit, dummodo non hanc ipsam Petri ep. *primam,* (vid. ad voc. εγραψα) nec eam *eodem tempore*, quo epistolam illam plurium apostolorum nomine scriptam Act. 15. ferens per Syriam aliasque provincias iter fecit, ecclesiis Ponticis &c. pertulisse putetur. vid. proleg. Υμιν, rejiciendum ad εγραψα. Πιστος αδελφος, non tam ad *fraternam religionis chr. societatem*, quam ad *socii operam* in propaganda atque tradenda rel. chr. referendum esse videtur, vt sit: *adjutor fidus.*

μαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν ἑστήκατε.

Ασπά-

fidus, mihique inprimis carus, in inſtitutione Chriſtianorum. cf. 1 Cor. 4, 17. Ὡς λογιζομαι, *ſi bene memini*, nos: *wenn mir recht iſt.* Jam ſunt, qui ad πιστ, ſunt etiam, qui ad ολιγων hanc formulam referant, ita, vt vel de fide Silvani, vel de eo, vtrum pauca an multa ea fuerint, quae modo ſcripſerat, ap. incertus fuiſſe videatur. Sed vtraque interpretatio, ſi quid ſentio, languidiſſima, duriſſima. Idem etiam de *Wetſtenii* explicatione ſtatuendum eſſe arbitror, qui, ὡς λογιζομαι cum εγραψα jungens, ſenſum huius loci conſtituit ſic: *ſcripſi, vt ipſe ſentio, et apud me, omnibus rite perpenſis, ſtatuo, ita etiam alios hortor, vt idem mecum profiteantur: doctrinam Chriſti eſſe veram.* Rom. 8, 18. Quidni ὡς λογ. jungamus cum δια Σιλ. ita tamen, vt εγρ. non ad hanc, quam *primam* vulgo putant, Petri epiſtolam, ſed ad breviorem ſecundam, vel aliam quamcunque ejusdem ap. epiſtolam, nunc quidem deperditam, referatur. Tunc ſenſus oritur hic: *antehac, et, ſi recte memini, per Silvanum epiſtolam vobis ſcripſi.* Quae quidem interpretatio eo mirifice adjuvatur, quod hujus ep. antehac ſcriptae, argumentum paucis ſtatim adjicitur, id quod, ſi hanc ipſam, quam modo ſcripſerat, ep. in animo habuiſſet, prorſus ſuperfluum videri potuiſſet. Δι' ολιγων, ſc. λογων. *Dionyſ. Hal.* 6. ΔΙ' ΟΛΙΓΩΝ αν ὑμιν εδηλωσα ΛΟΓΩΝ. Εγραψα, ſc. εν τω προσθεν χρονῳ επιστολην. Παρακαλων &c. pro εν ᾗ επιστολῃ παρεκαλησα &c. Επιμαρτυρειν, i. q. παρακαλειν. Χαρις τ Θε, vel eſt *felicitas ea, quod Deum habemus propitium;* tunc ἑστηκατε εις χαριν, i. e. εν χαριτι, nil amplius eſt, ac *frui hac felicitate*, et ſenſus prodit hic: ἀληθως ὑμας χρασθαι τῃ χαριτι τ Θε, vel, (quod praefero propter voc. ἀληθη, quod ex priori interpretatione duritiem aliquam huic loco inferre videtur,) *ipſa religio chr.* quam gratiae div. acceptam referimus, et *beneficia omnia, quaecunque Chriſtianis per hanc rel. contingunt;* tunc ἀληθη ad veritatem hujus relig. et ἑστηκ. עמר vt καταρτισαι &c. v. 10. ad *firmam* de hac rel. *perſuaſionem* ſpectare videntur ſenſu hoc: *veram eſſe relig. eam, de qua perſuaſi eſtis.* cf. Rom. 5, 2.

13 Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρ-

13. 14. XIX. Finem denique totius ep. *salutationes* et *pia vota* constituunt. Ασπαζεται ὑμας sc. δι' εμε, *exosculatur vos*, i. e. *salutem vobis per me dicit*, ex perpetua temporum istorum consuetudine, qua cuilibet salutationi *oscula* jungebantur. Rom. 16. 16. 1 Cor. 16. 20. Βαβυλων, vid. prolegomena. Ἡ εν Βαβ. συνεκλεκτη. *Syrus*, *Arabs* et *Latinus*, quos sequuntur interpretes fere omnes, addunt εκκλησια, vt sit: εκκλησια εκλεκτη, ὡσπερ και αἱ εκκλησιαι ὑμων εκλεκται εισι, *ecclesia, pariter ad rel. chr. conversa, vt ecclesiae vestrae*; verbo, *ecclesia religionis socia*; (vid. ad Jac. 2. 5.) quemadmodum etiam Paullus Christianos συγκοινωνους, συγκληρονομους vocat. Sed, ex meo quidem sensu, durissime: nam voc. εκκλησια necessario addi debuisse, quomodo dubitari possit, equidem non video. *Wolfius* igitur Συνεκλεκτην pro nomine proprio accipi vult, ad quem prope accedit *Millius*, qui, provocans ad 2 Joh. 1. vbi Joh. τῃ ΕΚΛΕΚΤΗι κυριᾳ salutem dicit, *feminam quandam*, et speciatim *Petri vxorem* per συνεκλ. indicari existimat, ita vt συνεκλ. sit: *vxor mea, fidei simul susceptae, vitae, laborumque socia*. Valde arridet haec interpretatio. Multa quidem sunt, quae objiciuntur, sed levioris illa momenti. *Primum*, inquiunt, Petrus ex hoc ipso loco Johanneo voc. κυρια vel γυνη addere debuisset; sed cur tandem *debuisset*, cum in ipsa terminatione εκλεκτΗ insit notio της γυναικος? *Deinde*, si vel vxor Petri, vel alia quaedam femina intelligi debeat, praestrui debere contendunt, alterutram Christianis, per tot provincias dispersis, notam fuisse, nisi haec salutatio ab hujus saltem epistolae consilio prorsus aliena et obscura videri debeat. Quid vero, si Petrus secum duxerit eam? sique ea partem laborum ap. in se susceperit? *Porro* rectius coetum coetui, quam vnam aliquam feminam integrae ecclesiae opponi, arbitrantur: sed cogitandum est de vxore APOSTOLI! Et cur tandem *Marcus* commemoratur? Adstruitur potius hoc ipso, quod ap. *filii* nomine Christianis salutem dicit, sententia nostra, εκλεκτην non tam de *ecclesia Babyl.* quam potius de *vxore* apostoli intelligendum esse. *Denique* cur Petrus ἡ εν Βαβ. adjecerit, nec potius, si vxorem in animo habebat, simpliciter ἡ συν εμοι dixerit, adversarii quaerunt. *Millius*, hanc difficultatem sentiens, se non repugnare, ait, si propter

Μάρκος ὁ υἱός μου. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν
Φιλήματι ἀγάπης. εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν 14

VARIAE LECTIONES.

14. Αμην omittunt A. 25. 27. 29. *AEthiop. Vulg.* mf. harl.

Ibidem. Poſt αμην addunt εγραφη απο Ρωμης. 14. 25. alli, ſed ex conjectura.

ter addita haec verba, de *alia quadam femina opulenta ac illuſtri loco nata, apud Babylonios*, cogitare malueris, *quae ap. hoſpitio exceperit.* Sed nonne verba ἡ εν Βαβ. συνεκλ. et ſic intelligi poſſunt: *vxor mea, quae alibi remanſerat, nunc vero mecum* εν Βαβ. *verſatur*; vel ſic: *vxor mea, quae Babylone remanſit*, ita vt Petrus hanc epiſtolam *alibi* ſcripſiſſe videatur? quo tum corrueret tota aſſertio illa, hanc epiſtolam *Babylone* ſcriptam eſſe, id quod jam in prolegomenis annotaſſem, niſi jam prelo excuſa fuiſſent, cum haec a me obſervarentur. Μαρκος, intellige de *Marco evangeliſta.* Ὁ υἱος μ., interpretes tantum non omnes pro *comite* ſ. *diſcipulo* Petri accipiunt. Act. 13, 13. coll. 15, 36—40. quia apoſtoli eos, quos ipſi inſtituebant, filios vocare ſoliti fuerint, 1 Cor. 4, 17. 1 Tim. 1, 2. 18. 2 Tim. 1, 2. 2, 1. quanquam tamen non multum repugnaverim, ſi quis *filium* ſenſu proprio intelligere maluerit, tum quia ex ipſo locorum Paullinorum modo allatorum conſenſu, *diſcipuli* non tam υἱοι, quam τεκνα, et quidem addito vel εν Κυριῳ 1 Cor. 4, 17. vel εν πιστει 1 Tim. 1, 2. dicuntur, (in reliquis enim locis τεκνον abſolute poſitum, nonniſi pro *amoris* vocabulo habendum eſt,) tum quia loca ea, quae pro Marco *comite*, *non filio* Petri afferri ſolent Act. 12, 12. Col. 4, 10. valde ſunt ambigua. Sed totum hoc argumentum ad evangelium Marci curatius diſcutiendum eſſe video.

14. Εν φιλημ. pro συν φιλ. Φιλ. αγαπης vero, (alias φιλημα ἁγιον Rom. 16, 16.) eſt ratio paulo conciſior, pro φιλημα, αγαπης σημειον, *oſculum, quo Chriſtiani mutuum amorem invicem teſtantur.* Αλληλ., ſc. εν εκκλησιαις συνελθοντες, vel data quavis alia occaſione. *Conſtitt. Ap.* 1, 2. 57. ειτα και ασπαζεσθωσαν αλληλους οἱ ανδρες, και αλληλας αἱ γυναικες, το εν Κυριῳ φιλημα — και μετα τουτο προσευχεσθαι ὁ διακονος ὑπερ της εκκλησιας ἁπασης &c. Toto vero hoc loco ασπαζ. — αγαπ. quem ad ritum quendam orientalem ſpectare ad v. 13. jam

Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀμήν.

monuimus, ap. non hunc tantummodo *ritum*, ſed *mutuum amorem omnino* Chriſtianis commendare voluiſſe videtur. Ειρηνη, ex hebr. שלום pro *quovis felicitatis genere* adhiberi ſatis conſtat. Ειρηνη ὑμιν, (ſc. εσω, ſ. ειη.) reſpondet hebr. שלום לכם (ſc. יהיה) quae eſt ſolennis tam *ſalutandi*, quam *valedicendi formula*. *Valete. Lebt wohl.* Graeci: χαιρετε, ὑγιαινετε, ερρωσθε. Act. 15, 29. 23, 30. Οἱ εν X. ſc. οντες, *homines cum I. C. arctiſſime juncti*, eſt mera *Chriſtianorum* periphraſis. Rom. 16, 7. 1 Cor. 1, 30. alibi.

EPI-

EPISTOLA

PETRI

SECUNDA.

PROLEGOMENA.

Petrum apoſtolum etiam ſecundae hujus epiſtolae auctorem eſſe, ſunt qui affirment, ſunt vero etiam qui negent. Ex inſtituti ratione, quae in vtramque partem diſputata ſunt, diligentius examinanda, examinataque Lectorum judicio permittenda ſunt.

Qui Petrum auctorem eſſe negant, in quorum numero ſunt ex veteribus CALVINUS [1], GROTIUS [2], SCALIGER [3], SALMASIUS [4], ERASMUS [5], ex recentioribus vero SEMLERUS [6], alii, duplici argumentorum genere vti ſolent: altero ex *teſtimoniis veterum*, altero ex *ſcribendi genere* repetito. Singula ſigillatim pertractanda ſunt.

Ex *veteribus*, qui hanc epiſtolam inter dubias collocant, vel Petro prorſus abjudicant, huc praecipue pertinent *Origenes*, qui ſecundam epiſtolam Petri ὁμολογεμενην vocare dubitat; [7] *Euſebius*, αντιλεγομενοις

[1] comment. in epp. can. p. 150. ed. Genev. 1565.
[2] in annott. ad Cap. I. v. 1.
[3] Scaligeriana II. p. 22.
[4] de epiſcop. et presbyter. p. 14.
[5] in nott. ad h. ep.
[6] praef. in h. ep.
[7] in Joh. ap. Euſeb. h. e. VI. 25. Πετρος δε εφ' ᾧ οικοδομειται ἡ Χριστε εκκλησια, μιαν επιστολην ὁμολογεμενην καταλελοιπεν. ἐσω δε και δευτεραν, αμφιβαλλεται γαρ.

νοις eam annumerans [8]; *Hieronymus*, qui propter ſtili diſſonantiam cum priori epiſtola, hujuſce epiſtolae authentiam in dubium vocatam eſſe enarrat [9]; *Syrus* in cujus verſione tota haec epiſtola omittitur [10], et

[8] h. e. III. 3. Την φερομενην Πετρε δευτεραν εκ ενδιαθηκον μεν ειναι παρειληφαμεν. ὁμως δε πολλοις χρησιμος φανεισα μετα των αλλων εσπουδασθη γραφων. et 25. των αντιλεγομενων, γνωριμων δ' ὁμως τοις πολλοις ἡ λεγομενη Ιακωβε φερεται και ἡ Ιουδα, ἡ τε Πετρε δευτερα επιστολη, και ἡ ονομαζομενη β. και γ. Ιωαννε.

[9] *de ſcript. eccleſ. in Sim. Petr.* Simon Petrus ſcripſit duas epiſtolas, quae catholicae nominantur, quarum ſecunda a plerisque ejus eſſe negatur, *propter ſtili cum priore diſſonantiam.*

Idem ep. ad Hedibiam Q. 2. de vtraque epiſtola Petri ſic ſcribit: *ſtylo inter ſe et charactere diſcrepant, ſtructuraque verborum;* ſtatim vero addit: *ex quo intelligimus pro neceſſitate rerum diverſis eum vſum interpretibus*; (h. e. *duos diverſos eum adhibuiſſe, qui mentem ſuam graeca lingua expreſſerint.*) Hieronymus igitur vulgaria tantum praejudicia, quibus alii adverſus hanc epiſtolam capti erant, in medium profert, ſuo metipſius judicio haud ſuperaddito, et ad dubium, a ſtili diverſitate repetitum, qualicunque modo reſpondet.

[10] *Coſmas Indicopleuſtes* VII. Παρα Συροις δε ει μη τρεις μοναι — ουχ ευρισκονται. Λεγω δε ἡ τε Ιακωβε, και ἡ πρωτη Πετρε, και ἡ Ιωαννε α. αἱ αλλαι γαρ ατε κειναι παρ' αυτοις, ου χρη αν τον τελειον χριστιανον εκ των αμφιβαλλομενων επιχειρεισθαι, των ενδιαθετως και κοινως ὁμολογουμενων γραφων ικανως παντα μηνυοντων περι παντος τε δογματος των Χριστιανων.

„Syri, inquit *Wetſtenius*, actis apoſtolorum, quae apud ipſos LXIX capita habent, continuo ſubjiciunt epiſtolam Jacobi a cap. LXX ad LXXV, Petri a LXXVI ad LXXXII et Joannis primam a LXXXIII ad LXXXVIII. Deinde ſequuntur Paullinae quatuordecim epiſtolae, capitibus CLI, quarum vltima eſt ad Hebraeos. Deinde addunt ſecundam Petri, ſecundam et tertiam Joannis, et epiſtolam Judae, cum hac praefatione: *ſequuntur illae epiſtolae apoſtolorum, quae non reperiuntur in omnibus exemplaribus.* Hoc didici ex cod. MS. Conſtantinopoli ad me miſſo.“

Ce-

et *Didymus*, circa medium ſeculum quartum florens, qui falſatam hanc epiſtolam in canonem receptam eſſe negat [11]. Praeterea haec epiſtola ab *Ignatio*, *Clemente Alexandrino*, *Tertulliano*, *Cypriano*, *Novato*, *Gregorio Nyſſeno*, *Hilario Pictavienſi*, neglecta eſſe videtur, niſi forte hoc inde factum eſſe dixeris, quod hi ſcriptores omnes opportuna, excitandae hujus epiſtolae, occaſione deſtituerentur. Quicquid vero ſit, jure tamen ex hiſce veterum teſtimoniis colligitur hoc: multos Chriſtianos quatuor prioribus ſeculis hanc epiſtolam non pro genuina, atque a Petro apoſtolo profecta agnouiſſe. Sed 1., plures conjiciendo ſumere licet cauſas veri ſimillimas, ex quibus haec veterum de canonica hujus epiſtolae auctoritate dubia

Ceterum omiſſio hujus epiſtolae in verſione Syriaca fortaſſe inde nata eſt, quod poſterior haec ep. Petri non legeretur in Codice eo, ex quo Syrus reliquos N. T. libros ſyriace reddidit. Veriſimile autem eſt, jam ante poſteriorem hanc ep. a Petro conſcriptam, collectionem aliquam cæterarum epiſtolarum apoſtolicarum exſtitiſſe, atque in manibus Chriſtianorum fuiſſe.

[11] Verba ejus in fine commentarii ſui in h. ep. haec ſunt: non eſt ignorandum, praeſentem epiſtolam eſſe falſatam, quae, licet publicetur, non tamen in canone eſt.

At vero, quod WOLFIUS, et poſt eum v. NIETZSCHIUS jam obſervavit, cum *Didymus* nihil habuerit, quod per totam epiſtolam reprehenderet, niſi quae Cap. 3, 13. leguntur, vbi nempe Platonicas tradi exiſtimat revolutiones; cum etiam ipſe in hanc ep. commentatus ſit, quod non facile facturus fuiſſet, ſi eam vere ſpuriam atque falſatam habuiſſet; cum denique *Athanaſius* in eadem, qua *Didymus*, eccleſia Alexandrina clarus, hanc ep. jam ante *Didymi* aetatem in canonem retulerit: oritur ſuſpicio, verba illa ab aliena manu profecta eſſe, praeſertim cum in fine commentarii adſcripta reperiantur: niſi forte *Didymus* verbum *falſare* eodem *accuſandi*, vel *pro falſo declarandi* ſenſu, quo obſervante *Du Freſnio* (gloſſar. ſcriptt. med. et inf. lat.) apud ſcriptores ſequioris ætatis obtinuit, accipi voluerit.

dubia commode deduci posse videntur. Quid mirum enim, epistolam hanc, Romae scriptam, prioribus seculis, in ecclesiis, orientem solem spectantibus, non statim innotuisse? Porro, nonne ipsi presbyteri atque episcopi, qui forsan hanc ep. non statim cum ecclesiis communicarent, in causa esse possunt, cur Christiani, aliis aliorum fraudibus jam cautiores redditi, postea, cum hanc epistolam in manus acciperent, de authentia ejus dubitarent? Epistolas enim apostolorum, eo consilio scriptas, vt praesente tota ecclesia recitarentur, episcopis traditas, ab his vero haud raro reconditas apud se servatas esse, inter omnes satis constat; alias enim Paulus 1 Thess. 5, 27. presbyteros non, interposita I. C. auctoritate, obtestatus esset, vt epistolam omnibus omnino Christianis praelegendam curarent. Quid? quod ipse *Hieronymus* [12] hanc epistolam propter stili cum priori epistola dissonantiam, Petro a plerisque abjudicatam esse enarrat. Cave tamen, hanc ipsam dubitationis causam, a stili diversitate desumtam, ad antiquissimos ecclesiarum christianarum doctores extendas, quo quidem vitio plures obnoxii sunt interpretes; ea enim hujus dubitationis intelligitur esse natura atque ratio, vt non tempore isto, quo haec epistola, ab auctore data, Christianis innotuit, sed tunc demum enasci coeperit, cum jam aliis ex causis dubia reddita esset epistolae auctoritas. *Multos suae aetatis Christianos authentiam hujus epistolae in dubium vocasse*, quia stilo, charactere, verborumque structura a priori nimis discreparet; id solummodo *Hieronymum*, cum haec scriberet, in animo habuisse crediderim. Ceterum multo felicius in hac re dijudicanda versaremur, si et aliae rationes, quibus nixi hanc epistolam primi Christiani rejecerint, literis mandatae ad nos perveniissent. 2., Deinde vero, etiamsi vel maxime fuerint,

[12] l. supra c.

fuerint, seculis quatuor prioribus, qui de authentia hujus epistolae dubitarent, fuisse etiam, tum his, tum sequioribus seculis, qui et hanc epistolam inter canonicos libros referrent, infra demonstrandi locus erit.

Sed longe gravioris momenti est argumentum illud, quod a *stili diversitate*, comparatione cum priori epistola facta, contra epistolae nostrae authentiam repeti solet. Nimirum ajunt, auctorem vti in hac epistola verbis, dicendi formulis, periodorum structura, verborumque consequutione, metaphoris et imaginibus, quae ab iis, quas in priori epistola adhibuerit, haud parum discrepent. Sed quamvis aliquam orationis discrepantiam negare nec possim, nec ausim, habeo tamen, quid respondeam. 1) Primum in tanta vtriusque epistolae brevitate, quis ausit stili comparationem instituere? quis determinare, quid stilo Petrino sit proprium atque familiare, quidue ab eo alienum? praecipue, cum in epistolis conscribendis non tam id agere soleamus, vt orationis ingenium atque indolem, stilique elegantiam atque puritatem mirentur ii, quibus epistolam destinabamus; quam potius, vt ea, quae cum amicis habebamus communicanda, amicamque mentem nostram, qua erga ipsos affecti eramus, exinde cognoscant. 2) Deinde nec hoc praetermittendum esse videtur, pro *temporis* atque *materiae diuersitate* stilum etiam diversum esse solere. Nam provectior aetas, animi tranquillitas vel fervor, novae notiones, quas vel ex scriptis atque consuetudine aliorum, vel propria cogitandi vi adhibita nobis acquisivimus, imo ipse corporis habitus atque valetudo, vivendi ratio eorum, ad quos scribimus, temporis successu immutata, et id genus innumera alia, quid valeant ad stilum scriptoris formandum, atque commutandum, experientia quotidiana ad vnum omnes docemur.

mur. Jam vero Petrum hanc epistolam nonnullis annis post priorem, brevique ante mortem suam literis consignasse, omnes consentiunt; (vid. infra.) quid mirum igitur, si apostolus in hac cygnea quasi cantione, qua fratribus suis valedicturus est, scribendi genere vtitur, ab eo, quod in priori epistola deprehenditur, aliquantum diverso? Et de *materiae diversitate* quid dicam? cujus tanta est vis ad genus dictionis immutandum, vt tantum non quaelibet materia verba sua, suasque dicendi formulas, imagines etc. requirere videatur. Liceat haec omnia exemplo a me illustrari, a Cap. II. repetito. Nonne ap. hic in argumento tractando constitutus est longe alio? nonne etiam homines prorsus alios, nimirum falsos doctores, ante oculos habet, ac in priori epistola? nonne igitur necesse erat, vt animi ardore atque ira in ψευδοδιδασκαλους istos, qui fratres suos falsa doctrina decipere conabantur, incensus atque inflammatus, verba verbis cumularet, eandem rem saepius repetereret, periodos inchoatas ad finem vsque non perduceret, et verbis, imaginibusque sublimioribus atque insolentioribus, ac omnino scribendi genere prorsus alio vteretur, ac si cum aliis hominibus, alio tempore, alioque animi affectu, loquutus esset? Quae quidem omnia si mecum reputo, tantum abest, vt stili dissonantia scrupulum mihi quidem injiciat, vt potius nimia stili congruentia me perturbari, et in fraudulentae imitationis stili Petrini suspicionem deduci posse crediderim. 3) Denique vero, in summa licet stili discrepantia cernitur tamen in vtraque epistola invicem comparanda mira tam sententiarum, quam dicendi formularum atque verborum congruentia, ne dicam fororia conspiratio. Nam, vt a *sententiis* ordiamur, ap. in priori epistola saepius in eo est, vt enumerandis atque praedicandis commodis iis, multis atque magnis, quae ex religione chri-

christiana ad cultores ejus redundant, gratum animum, et obsequium ejusmodi religioni debitum excitet, 1 Petr. I, 4-11. II, 1-10. 25. et idem quoque apostolum agere videmus in epistola posteriori, I, 3-7. Porro apostolum in priori epistola ad Paulli epistolam ad Romanos respexisse, inficias ire non potest, qui a praeconceptis opinionibus liber 1 Petr. I, 21. cum Rom. IV, 24. 25. et X, 9. — 1 Petr. II, 13. cum Rom. XIII, 1-5. — et 1. Petr. IV, 10. 11. cum Rom. XII, 3-8. contulerit; auctor vero epistolae nostrae eo non contentus, vt sententiis vtatur ex epistolis Paullinis mutuatis, expressis verbis adeo, quod in nullo alio N. T. libro deprehendes, eandem materiam, quam ipse sibi tractandam sumserat, a Paullo jam expositam esse, fatetur. III, 15. 16. Neque id in demonstranda sententiarum in vtraque epistola obviarum similitudine praetermittendum esse videtur, quod Petrus in priori epistola loca atque sententias V. T. (praeter bina ista loca 1. Petr. I, 16. et II, 6.) non tam formulis consuetis ἡ γραφὴ λεγει, διο λεγει, λεγεται, γεγραπται, περιεχει εν τῃ γραφῃ, ad verbum recitare, quam potius argumentum horum locorum, versionem LXX seniorum sequutus, orationis suae seriei ita intexere, et ita omnia invicem copulare soleat, vt is, qui parum versatus fuerit in V. T. scriptis, vix animaduerterit, loca V. T. ejusmodi sententiis subesse. Atque eandem istam consuetudinem apostolum etiam in paucis istis V. T. locis, sententiis, atque dicendi formulis, quas data opportuna occasione in posteriori epistola in medium proferre poterat, sequutum esse videbis, dummodo paulo curatius invicem comparaveris loca haec: 1. Petr. I, 24. coll. Jes. XL, 6. 7. 1 Petr. II, 3. coll. Ps. XXXIV, 9. 1. Petr. II, 4. coll. Ps. CXVIII, 22. 1 Petr. II, 8. coll. Jes. VIII, 14. 1 Petr. II, 9. coll. Exod. XIX, 5. 6. Deuter. VII, 6. et Jes. XLIII, 20. 1 Petr. II, 10. coll.

Hoſ. II, 23. 1 Petr. II, 22. coll. Jeſ. LIII, 9. 1 Petr. II, 24. 25. coll. Jeſ. LIII, 5. 6. 1 Petr. III, 10-12. coll. Pſ. XXXIV, 13-17. 1 Petr. IV, 8. coll. Prov. X, 12. 1 Petr. IV, 18. coll. Prov. XI, 31. 1 Petr. V, 6. coll. Job. XXII, 29. cum 2 Petr. II, 3. coll. Deuter. XXXII, 35. 2 Petr. II, 12. coll. Jer. XII, 3. 2 Petr. II, 22. coll. Prov. XXVI, 11. 2 Petr. III, 4. coll. Jer. XVII, 15. et Ez. XVIII, 23. 32. et XXIII, 11. 2 Petr. III, 8. coll. Pſ. XC, 1. 2 Petr. III, 13. coll. Jeſ. LXV, 17. et LXVI, 22. Inter *ſingulares* denique ſententias, quas poſterior epiſtola cum priori habet communes, ante omnia inſignis eſto ſententia loci 1 Petr. III, 20. vbi diluvii mentio fit, ac Deus σγδοον Νωε ex diluvii periculo ſervaſſe commemoratur. Eadem vero ſententia 2 Petr. II, 5. non modo repetitur, ſed res illa, per ſe quidem leviſſimi momenti, Petro tamen, neſcio quanam ex cauſa, haud levis ponderis viſa, *octo* duntaxat homines benignitate divina periculo iſto ereptos eſſe, expreſſis verbis additur, quam quidem rem alii N. T. ſcriptores, vbi diluvii mentionem faciunt, ne verbo quidem tetigerunt. Matth. XXIV, 37. 38. Luc. XVII, 26. 27. Hebr. XI, 7. Sic etiam ſcrutinium atque ſtudium ſcriptorum V. T. Chriſtianis non minus 2 Petr. I, 19. quam 1 ep. I, 10. commendat. Eadem vero vtriusque epiſtolae ſimilitudo cernitur etiam in *ſtruendis periodis*, *exprimendis ſententiis*, ac in *vocibus quibusdam Petro peculiaribus*. Nimirum in periodis invicem jungendis in priori epiſtola plerumque ita verſatur, vt, quod Ill. Michaelis jam vidit, membrum ſubſequens ope participiorum, atque pronominis relativi ὅς, ἥ, ὅ, cum membro praecedente jungatur. cf. 1 Petr. I, 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. II, 4. III, 3. V, 9. eandemque rationem Petrus etiam in poſteriori epiſtola ſervare videtur. 2 Petr. I, 4. 13. II, 12. 13. 14. III, 11. 12. Porro noſter in priori epiſtola amare videtur ſcribendi genus metaphoricum,

cum, similitudinibus atque imaginibus hinc inde petitis exornatum, 1 Petr. II, 2. 5. 11. V, 8. nec non verba longius repetita, et in locum verborum propriorum substituta, cujus generis sunt παρακυπτειν 1 Petr. I, 12. ὁπλιζεσθαι 1 Petr. IV, 1. ἐγκομβωσθαι 1 Petr. V, 5. idemque scribendi genus etiam ex posteriori epistola satis elucet. Dictiones metaphoricas habes 2 Petr. I, 13. 14. 15. 19. II, 13. 17. et verba curiosius quaesita 2 ep. I, 9. μυωπαζειν, 2 ep. II, 14. δελεαζειν, 2 ep. II, 20. ἐμπλεκεσθαι et 2 ep. II, 18. φθεγγεσθαι. Denique *vocabula* occurrunt in priori epistola, quae in reliquis N. T. scriptis haud amplius reperiuntur, (quo pertinent πατροπαραδοτον, 1 Petr. I, 18. pro quo Paullus Gal. I. 14. πατρικον, et Lucas Act. XXII, 3. πατρωον adhibent; — ἀμαραντος, 1 Petr. I, 14. et ἀμαραντινος 1 Petr. V. 4. ἐπερωτημα 1 Petr. III, 21. εἰρηνη πληθυνθειη, 1 Petr. I. 2.) vel saltem non eodem sensu reperiuntur, quo noster ea vsurpavit, (ex quo quidem genere sunt ἐπισκοπος et ἐπισκοπειν 1 Petr. II, 25. et V, 2. ἀναστοφη et ἀναστρεφεσθαι. 1 Petr. I, 15. 17. II, 13. III, 1. 2. 6. — ἀρετη 1 Petr. II, 9. — πυρωσις, 1 Petr. IV, 12. παυεσθαι 1 Petr. IV, 1.) Eodem modo vero etiam in hac posteriori epistola Petrus partim nonnulla, ex iisdem vocabulis modo commemoratis repetit, (vt ἀρετη 2 Petr. I, 3. et ἀναστροφη 2 Petr. III, 11. παυεσθαι 2 Petr. II, 14. εἰρηνη πληθυνθειη, 2 Petr. I, 2.) partim alia, eademque ipsi peculiaria, addit, (qualia sunt: ἰσοτιμος 2 Petr. I, 1. ληθην λαμβανειν 2 Petr. I. 9. παρειναι, eo nexu, quo occurrit 2 Petr. I, 9. 12. μυωπαζειν 2 Petr. I, 9. αυχμηρος ibid. v. 19. μνημην ποιεισθαι 2 Petr. I, 15. ἑκασοτε ibidem, σοφιζειν 2 Petr. I, 16. quod quidem verbum adhuc legitur 2 Tim. III, 15. sed sensu longe alio; ἐπιλυσις 2 Petr. I, 20. τηρειν significatu eo, quo obviam est 2 Petr. II, 4. 9. 17. ἀθεσμος, de *hominibus* 2 Petr. II, 7. et III, 17. μιασμος 2 Petr. II, 10. et μιασμα ibid.

v. 20. εντευφαν 2 Petr. II, 13. παραφρονια 2 Petr. II, 16. ροιζηδον 2 Petr. III, 10. ήμερα αιωνος 2 Petr. III, 18. etſi. g. a.) [13] Vides igitur, argumenta ex ſcribendi genere Petrino contra hujus epiſtolae authentiam repeti ſolita, adeo eſſe ambigua, adeoque incerta, vt niſi Petro hanc epiſtolam vindicent, ſaltem non abjudicent. Sed de hac re hactenus.

Priuſquam vero pergamus ad argumenta ea, quibus, vere Petrinam eſſe hanc epiſtolam, extra omnem dubitationis aleam ponitur; examinanda antea videtur *ſententia Grotiana*, quae Simeonem quendam, epiſcopum Hieroſolymitanum, Jacobi ſucceſſorem, hujus epiſtolae auctorem eſſe ſtatuit. Verba Grotii haec ſunt: „Petrus ſub Nerone mor„tem obiit; at haec epiſtola, aut epiſtola, vt nos „arbitramur, huic ſubnexa, quae facit caput tertium, „ſcripta eſt poſt excidium Hieroſolymitanum. Nemo „enim Chriſtianus vltimum mundi diem venturum „credidit, niſi poſtquam eveniſſet everſio Judaici „ſtatus. Poſt eam vero, brevi admodum ſecuturam „mundi ruinam multorum animo obverſabatur. Hic „vero ſcriptor Chriſtianos vult patientes adhuc eſſe „in illius diei exſpectatione, ſi forte ſperato tardius „adveniat: eſſe hoc ſignum magnae Dei patientiae, „qui adhuc multos ex Judaeis et Gentibus ad ſe velit „converti. Scriptorem autem hujus epiſtolae arbitror „eſſe *Simeonem*, ſive *Simonem*, epiſcopum poſt Ja„cobi mortem Hieroſolymis, ejuſdemque Jacobi, „cujus epiſtolam habemus, ſucceſſorem et imitato„rem. Nomen enim ejus epiſcopi vtroque modo „et Simeon et Simon ſcribitur apud Euſebium et alios: vnde

[13] In omnibus his locis, quae a nobis hucusque commemorata ſunt, invicem comparandis, Lectorem ad commentarium noſtrum ablegatum volumus, ne eadem ſaepius repetere videamur.

„vnde etiam constat vixisse hunc post excidium Hie„rosolymitanum ad Trajani tempora, et tunc pro „Christi nomine crucifixum.“ Sed si vera fateri licet, interdum et magnus dormitare videtur GROTIUS. *Primum* enim tantum abest, vt ap. Christianos ad *patientiam* in diei extremi exspectatione adhortetur, vt e contrario eos jubeat προσδοκᾶν και σπευδειν την παρουσιαν της τȣ Χριστȣ ἡμερας. Cap. III, 12. Apostolus potius, si omnia nexu suo perlegeris, (vid. comment.) id vnice agere videtur, vt arma suppeditet Christianis, quibus impetus hostiles adversariorum, de reditu Christi dubitantium, repellere possint. Cf. v. 4. *Deinde* vero, etiamsi vel maxime concedamus, quae concedere nulla necessitate vrgemur, auctorem epistolae vere adhortari Christianos suos, vt ne mora adventus J. C. perturbentur, ejusmodi tamen cohortationem etiam in Petro ap. quamvis Nerone imperante jam mortuo, locum habere potuisse, nullius dubito, siquidem Christiani, quinimo apostoli ipsi, jam ante Hierosolyma eversa, summo reditus J. C. ad regnum suum inaugurandum, desiderio tenebantur. De eo quidem persuasi erant, reditum Christi non ante Hierosolymorum eversionem eventurum esse [14], sed cum reipublicae Judaicae fata parum ad se pertinere putarent, eversionem vero totius orbis terrarum vna cum reditu Christi futuram esse, exploratum haberent: factum esse videtur, vt, eversionis reipublicae Judaicae obliti, de adventu potius J. C. cum *mundi interitu omnino* conjuncto, eodemque mox adfuturo, cogitarent, inprimis cum falsi

[14] *Maldonat* comment. in Matth. XXIV, 25. Les apôtres croyoient, que la fin du temple, et la fin du monde étoient necessairement jointes ensemble. Jesus Christ ne voulut point les détromper, de peur, qu'après la destruction du temple, voyant leurs esperances éloignées, ils ne demeurassent sans rien faire.

falsi doctores non omitterent, Christianos in opinione ista quavis data occasione confirmare, vt, quo longius regni istius inaugurationem differri videbant, eo magis tam de promissionis fide, quam de totius religionis chr. veritate dubitare inciperent. Quapropter etiam Paullus hortatur Thessalonicenses [15], vt ne aegre ferant, aduentum J. C. de die in diem differri, nec a falsis doctoribus se decipi patiantur, qui diem J. C. jamjam instare, iis persuadere conarentur. Jam vero, cum Christiani, jam ante Hierosolyma eversa, certissima solemnis J. C. regni mox inaugurandi spe atque exspectatione defixi tenerentur; cumque ipse Paullus epistola posteriori ad Thessalonicenses cavere studeret, vt ne Christiani regni Messiani mora, spem ejusmodi regni omnino frustrari arbitrarentur, nec quis vnquam eo processerit audaciae, vt eam ob causam secundam epistolam ad Thessalonicenses Paullo abjudicandam censeret: equidem non assequor, quomodo vlla de Petro hujus epistolae auctore inde nobis enasci possit suspicio, quod idem illud desiderium, quo Christianos eos, ad quos scribit, vel jam nunc flagrare, vel quondam saltem, falsorum doctorum culpa, flagraturos esse intellexerat, in hac quidem epistola mitigare conatur. Denique, quo jure et qua fronte Grotius Simonem istum, Hierosolymorum episcopum hujus epistolae facere potuerit auctorem, cum veteres *duarum* epistolarum ab eo scriptarum ne verbo quidem mentionem faciant, (quae tamen ex Cap. III, 1. necessario ab eo scribi debuissent,) cumque auctor epistolae nostrae statim in fronte ejus δουλον se και αποστολον J. X. profiteatur, quae tamen dignitas nulla lege in Simonem episcopum cadere potest, prorsus non video. Grotius quidem, quod accidere solet omni-

[15] 1 Thess. IV, 15. 2 Thess. II, 1. coll. 1 Cor. XV, 52. 2 Cor. V, 3. Phil. IV, 5. Vid. Grotium in haec loca.

omnibus, qui propriae opinionis commenta temere arripiunt, arreptaque semel paulo pertinacius tuentur, argumenta pro stabilienda hypothesi sua hinc inde anxie colligit; sed eadem admodum infirma, novisque hypothesibus superstructa. Sic difficultati priori, vnam tantum ex duabus istis epistolis Simonis episcopi, nimirum eam, quam Petri epistolam secundam dicere solemus, ad nos perveniisse, eo mederi annititur, quod priorem epistolam duobus prioribus capitibus epistolae nostrae, posteriorem vero capite tertio ejusdem epistolae contineri censet [16]. Sed si quid vnquam cum epistolae hujus natura atque indole pugnat, hoc sine dubio esse videtur. Desunt enim in fine cap. II. valedicendi formulae, piaque vota, in quae pro more veterum quaeuis epistola abire solebat; et in principio cap. III. desideratur salutandi formula, veteribus non minus solennis; vt taceam de eo, in omnibus omnino codicibus cap. III. arctissimo vinculo cum duobus prioribus conjunctum esse, ita vt nonnisi vi illata ab iis separari, vel potius divelli posse videatur. Simili modo in titulo epistolae nostrae, quo servum atque apostolum Christi auctor se esse declarat, cum hypothesi sua conciliando, eo effugere conatur, quod verba Πετρος και αποστολος ab iis adjecta esse statuit, *quae hanc epistolam*, vt verbis Grotianis vtar, *spectabiliorem et vendibiliorem facere voluissent*. Sed et haec opinio Grotii omni codicum, versionum atque editionum tam antiquiorum quam recentiorum suffragio prorsus destituitur, nam omnes verba Πετρος και αποστολος vt genuina atque ab auctore hujus epistolae profecta tuentur [17]. Quodsi vero vel maxime spuria essent haec

[16] vid. Grotii annott. ad Cap. III, 1.

[17] Reliqua argumenta, quae Grotius ad stabiliendam sententiam suam detorquet, infra, vbi de argumentis internis, quae, pro Petro ap. hujus ep. auctore faciunt, sermo fuerit, data occasione refutabimus.

haec verba, et tum pro Petro apostolo, hujus ep. auctore, contra GROTIUM ex inscriptione epistolae pugnari posse crediderim. Voc. δȣλος enim in N. T. ex hebr. עבד יהוה haud raro syn. est voc. αποστολος. Gal. I, 10. Jud. 1. Apoc. I, 1. vnde etiam δȣλȣς και αποστολȣς junctim sese appellare solent apostoli. (vid. nos ad Jac. I, 1.) Huc accedit, apostolum nostrum non solum simpliciter Πετρος Matth. XIV, 28. XV, 15. et vtroque nomine invicem juncto Σιμον Πετρος Matth. IV, 18. X, 2. XVI, 16. sed etiam, multis locis omisso Πετρος, simpliciter Σιμον dici. Marc. I, 16. 29. 30. 36. XIV, 37. Luc. V, 3. XXIV, 3. 4. Act. X, 5. ita tamen, vt, si de aliis ejusdem nominis hominibus sermo fuerit, patria, familia, aliaeque res addantur, quibus tam ab apostolo, quam inter se distingui queant, Matth. XIII, 55. XXVI, 6. XXXVII, 32. Joh. VI, 71. Luc. VII, 40. Nonne igitur, si vel maxime nude Σιμων legendum esset, haud additis verbis Πετρος — και απ. jure tamen quodam nostro colligere possemus, eundem *Simonem* intelligendum esse, qui alias Πετρος, vel junctim Σιμων Πετρος vocatur? praesertim si alia aliunde accesserint argumenta, quae Petro ap. hanc epistolam vindicant. (vid. infra.) Quae cum ita sint, jure colligimus, GROTIUM opinionis suae novitate nimis captum, ad explicandam hanc epistolam accessisse, omniaque ad exornandam eam hinc inde traxisse, ne, quod molestissimum, ingenioque suo indignum videri solet iis, qui hypotheses fabricare amant, opinionem suam missam facere cogatur.

His jam ita peractis, nunc quidem pergamus ad *argumenta* tam *externa*, quam *interna*, alia aliis firmiora, quibus Petro apostolo haec epistola vindicatur.

Argumenta externa veterum testimoniis absolvuntur, ex quibus potiora adduxisse sufficiat. Enimvero posteriori hac epistola Petri, vtpote Romae scripta,

ſcripta, mature vſi eſſe videntur *Clemens Romanus* [18] veteresque *interpretes Latini*, in Aſia vero ipſe *Judas* apoſtolus [19], *Hermas* [20], *Juſtinus Martyr* [21], et *Irenaeus* [22], fortaſſis etiam *Theophilus Antiochenus* [23]. Seculo *tertio* dubitanter recepta eſt ab *Origene* [24], paulo certius ab *Hippolyto* [25] et *Methodio* [26]. Seculo *quarto*

18 Epiſt. c. VII. Νωε εκηρυξεν μετανοειν, και ὑπακουσαντες εσωθησαν· coll. 2. Petr. II, 5. et c. XI. Δια φιλοξενιαν και ευσεβειαν Λωτ εσωθη εκ Σοδομων, της περιχωρε πασης κριθεισης δια πυρος και θειε. Προδηλον· ποιησας ὁ δεσποτης, ὁτι τους ελπιζοντας επ' αυτον ουκ εγκαταλειπει, τους δε ἑτεροκλινεις ὑπαρχοντας εις κολασιν και αικισμον τιθησι. coll. 2. Petr. III, 6—9.

19 Vid. Judae 4. coll. 2 Petr. II, 1—3. Jud. 6. coll. 2 Petr. II, 4. Jud. 7. coll. 2 Petr. II, 6—9. Jud. 8—10. coll. 2 Petr. II, 10—12. Jud. 11. coll. 2 Petr. II, 15. Jud. 12. coll. 2 Petr. II, 13. 14.

20 Viſ. III, 7. Ii ſunt, qui crediderunt quidem, dubitatione autem ſua reliquerunt viam ſuam veram. coll. 2 Petr. II, 15. Et IV, 3. Aurea autem pars vos eſtis, qui effugiſtis ſeculum hoc. coll. 2 Petr. II, 20.

21 Dial. cum Tryph. p. 308. Συνηκαμεν και το ειρημενον, ὁτι ἡμερα Κυριε ὡς χιλια ετη, εις τουτο συναγει. coll. 2 Petr. III, 8.

22 Adv. haer. V, 23. p. 321. Quoniam enim dies Domini ſicut mille anni. Et V, 28. Ἡ γαρ ἡμερα Κυριε ὡς χιλια ετη. coll. 2 Petr. III, 8.

23 Ad Autol. l. II, p. 81. Οἱ δε του Θεου ανθρωποι πνευματοφοροι πνευματος ἁγιου και προφηται γενομενοι, ὑπ' αυτου του Θεου εμπνευσθεντες και σοφισθεντες, εγενοντο θεοδιδακτοι, και ὁσιοι, και δικαιοι. Διο και κατηξιωθησαν την αντιμισθιαν ταυτην λαβειν, οργανα Θεου γενομενοι. coll. 2 Petr. I, 20. 21. Et p. 92. Ὁ λογος αυτου, φαινων ὡσπερ λυχνος. coll. 2 Petr. I, 19.

24 Vid. ſupra l. c.

25 Opp. p. 5. vbi reſpexit 2 Petr. I, 21.

26 Apud. *Epiph.* haer. LXIV, 31. Ἁπας ὁ κοσμος κατακλυζομενος πυρι. coll. 2 Petr. III, 6. 7.

quarto fortaſſis a *Lactantio* [27], eo certius a *Philaſtrio* [28], *Ruffino* [29], et *Hieronymo* [30]; penes Afros vero ab *Athanaſio* [31], *Macario Magno* [32], *patribus concilii Carthaginienſis* [33], et *eccleſia Coptica* [34]; in Aſia ab *Ephra-*

[27] Inſt. V, 3. p. 583. de Petro Paulloque ſic: Et qui non tantum pro fide mortem ſubierint, ſed etiam morituros eſſe ſe, et ſcierint et praedixerint, et poſtea vniverſos, qui eorum diſciplinam ſecuti eſſent, acerba et nefanda paſſuros. coll. 2 Petr. I, 14.

[28] Haer. c. 79. Nam et apoſtolus argumenta haec liqueſcere et ad nihilum venire, nuntiat pariter et prophetat. coll. 2 Petr. III, 10.

[29] Expoſit. ſymb. Apoſtol. inter Opp. Cypriani p. 575. Petri apoſtoli epiſtolae duae.

[30] Epiſt. VII. ad Paullinum Opp. T. IV. P. 2. p. 571 — 574. cui titulus eſt: de ſtudio ſcripturarum: Jacobus, Petrus, Joannes, Judas *ſeptem* epiſtolas ediderunt, etc. coll. adv. Jovinian. I, 24. Et Comm. in Jeſ. c. LI: Juxta illud, quod in catholica epiſtola legimus: coeli, qui nunc ſunt, et terra eodem verbo reſeruata ſunt igni. Et iterum: elementa ardentia ſoluentur. coll. 2 Petr. III, 7. 10. *Idem* in Jeſ. c. LXIII. Vt illud eſt *apoſtolorum*, Petri: *miniſtrate in ſcientia veſtra virtutem*, et Paulli: *ſi quae virtus eſt, ſi quae laus* etc. coll. 2 Petr. I, 5.

[31] In feſtalis epiſtolae fragmento, Opp. T. II. p. 38. ſqq. Τα δε της καινης παλιν εκ ονυητεον ειπειν. — — Ιακωβε μεν μια (επιϛολη) Πετρε δε δυο, κ. τ. λ. *Idem* T. I, p. 322. Και τυτο εϛιν, ὁ ελεγεν ὁ Πετρος· ἱνα γενησθε θειας κοινωνοι φυσεως. coll. 2 Petr. I, 4.

[32] Hom. XXXIX. p. 203. Γεγραπται γαρ· ἱνα γενωμεθα θειας κοινωνοι φυσεως. coll. 2 Petr. I. c.

[33] Ejusmodi canon pluribus eccleſiae Africanae, inprimis Carthaginienſis, conciliis receptus exſtat in *Henr. Juſtelli* biblioth. jur. canon. vet. Tom. I, p. 342. vbi inter alia leguntur haec: Επιϛολαι Παυλε δεκατεσσαρες, Πετρε αποϛολε δυο. κ. τ. λ.

[34] Codices N. T. Coptici aut omnes, aut plerique ſaltem omnes N. T. libros, etiam ambiguos, continent. Ejus generis codices ſunt, tum is, cujus meminit Hottin-

GERUS

Ephraëmo [35], *Cyrillo Hierosolymitano*, [36] *Basilio Magno* [37], *Gregorio Nazianzeno* [38], *Synodoque Laodicena* [39], denique etiam ab *Epiphanio* [40], *Chrysostomo*

GERUS, bibl. orient. p. 252. tum alius, quem nominat MONTEFALCONIUS, diar. Ital. p. 69. tum denique codex HUNGTINGTONIANUS CCCXLIX et *Parisiensis regius* CCCXXX, quem idem recensuit. Codex HUNGTINGTONIANUS XLIII vero particulam tantum secundae ep. Petri exhibet. De Codd. Hungtingtonn. vid. WILKINSIUM in praefat. N. T.

35 Habet enim 2 Petr. III, 10. *Ephraëmus*, Opp. syr. T. II. p. 342. et Opp. gr. T. II. p. 387. Alia, pluraque loca notavit HASSENCAMPIUS, in den Anmerkungen über die letzten Paragraphen des Hrn. Hofrath Michaelis Einleitung in die Schriften des N. B. p. 34-36. quibus etiam adjunxit multa testimonia recentiora. p. 36-40. 44.

36 Cat. IV, 36. — — Δεχου δε και τας πραξεις των δωδεκα αποστολων, προς τουτοις δε και τας ΕΠΤΑ, Ιακωβου και Πετρου, Ιωαννου και Ιουδα επιστολας καθολικας.

37 Opp. T. I. p. 276. Κατα τον αγγελων αμαρτησαντων και εφεισατο. coll. 2 Petr. II, 4.

38 In carmine, cui titulus est: περι των γνησιων βιβλιων της θεοπνευστου γραφης Opp. T. II. p. 98. inter alia leguntur haec:

Ἑπτα δε καθολικαι. ὧν Ιακοβου μια,
Δυο δε Πετρου, τρεις δε Ιωαννου παλιν,
Ιουδα δ' εστιν ἑβδομη. πασας εχεις.

Cum h. l. pugnare videtur alius canon ecclesiasticus in iambis ad *Seleucum* expressus, qui exstant in *Greg. Naz.* Opp. T. II. p. 190-195. vbi habes verba haec:

Ειεν τι λοιπον; Καθολικων επιστολων
Τινες μεν ἑπτα φασιν, οἱ δε τρεις μονας
Χρηναι δεχεσθαι, την Ιακωβου μιαν,
Μιαν δε Πετρου, την τ' Ιωαννου μιαν.
Τινες δε τας τρεις, και προς αυταις τας δυο
Πετρου δεχονται. την Ιουδα δ' ἑβδομην.

Sed *Amphilochii*, episcopi Iconiensis, hunc catalogum esse, plurimi statuunt.

39 In canone conc. Laod. LIX inter alia deprehenduntur verba haec: επιστολαι καθολικαι ἑπτα, ὁτοις· Ιακωβου μια, Πετρου δυο, Ιωαννου τρεις, Ιουδα μια. Sed satis exploratum non-

ſtomo [41] et *Scriptore anonymo* dialogi de orthodoxa fide [42].

Ex *argumentis* vero *internis* huc ante omnia pertinet 1. inſcriptio epiſtolae: Σιμων Πετρος, δουλος και αποστολος J. X. cujus argumenti vim ne GROTIUS quidem infringere potuit, quamvis eum anquirendorum atque inſpiciendorum codicum, qui aliter haberent, ſatis ſollicitum fuiſſe, dubio careat. (vid. ſupra.) 2. Aliud argumentum internum pro Petro hujus epiſtolae auctore repeti poteſt ex cap. I, 14. vbi leguntur verba haec: Ειδως, ὁτι ταχινη εστιν ἡ αποθεσις τȣ σκηνωματος μȣ, καθως και ὁ Κυριος ἡμων Ιησȣς Χριστος εδηλωσε μοι. Quae quidem verba, ſi ad orationem iſtam retuleris, quam Petrus habuerat cum Chriſto Joh. XXI, 18. omnis dubitandi exemta eſt materia,

nondum eſt, ſitne iſte canon, quamvis cum opinionibus ſcriptorum ſeculi quarti conſentaneus, vere canon epiſcoporum ſynodi Laodicenae, vel additamentum poſtea adjectum. Minime enim exſtat in DIONYSII EXIGUI codice canonum eccleſiaſticorum p. 132. nec in MARTINI BRACARENSIS collectione canonum p. 28. Abeſt quoque a eodd. MSS. vetuſtiſſimis, qualem vnum nominat GRETSERUS, alium Jo. GREGORIUS.

[40] Haer. LXVI. p. 678. coll. 2 Petr. I, 19. — XXX, p. 149. coll. 2 Petr. III, 15. 16. — Ancor. XXI, p. 26. coll. 2 Petr. III, 10.

[41] Opp. Tom. VI. p. 400. Ὁυτος τοινυν ὁ Πετρος ειπεν· και εν ὑμιν εσονται ψευδοδιδασκαλοι, οἱτινες παρεισαξȣσιν αἱρεσεις πολλας της απωλειας, και τον αγορασαντα ἡμας αρνȣμενοι, και πολλοι εξακολȣθησȣσιν αυτων ταις ασελγειαις· ὡν το κριμα ȣ̓κ αργει. και ἡ απωλεια αυτων ȣ̓ νυσαζει. coll. 2 Petr. II, 1. 3. Alia loca vid. apud *eundem* Tom. I, 828. Tom. III, 839. Tom. VI, 268. 318.

[42] *Edit. Ben.* ORIG. p. 821. Πεισει δε σε και ὁ εξωθεν λογος· ὁτι εκαστος ὡ ἡττηται, τȣτῳ και δεδȣλωται. coll. 2 Petr. II, 19. Et p. 828. Πῃ δε ὑπο Πετρȣ αποστολȣ γεγραμμενον· κατα την σοφιαν φησιν, την δεδομενην τῳ αδελφῳ μȣ Παυλῳ. coll. 2 Petr. III, 15.

materia, Petrum apostolum hujus epistolae auctorem esse; quodsi vero ad peculiarem revelationem, qua epistolae nostrae auctor dignatus sit, omnia referri malueris, et tum hic locus satis luculenter declarare videtur, *apostolum* hic loqui. Nam vti apostolorum praecipue intererat, mortem imminentem praescire, quo citius scitu factuque necessaria ante mortem adhuc docere atque disponere possint; sic etiam revelationes ejusmodi mortis imminentis nonnisi apostolis contigisse, 2 Tim. IV, 6. Act. XX, 22. 25. donumque προφητειας, quanquam apostolorum aetate etiam aliis concessum esse dubio careat, Act. XI, 27. 28. XVIII, 24-28. XXI, 9-11. non vltra apostolorum aetatem diu viguisse, vero simillimum est. GROTIUS quidem, quae est singularis ingenii vis, difficultatibus sese expediendi, quibus se impeditum sentit, et Trajani temporibus prophetiae donum in ecclesia Hierosolymitana haud infrequens fuisse, contendens, et Simoni suo, cui hanc epistolam vindicare gestit, hanc mortis imminentis revelationem contingere potuisse, affirmat. Prophetiae autem charisma tum temporis adhuc floruisse, inde colligere conatur, quod *Cypriano* et *Chrysostomo* simile quid evenerit; sed haec loca nonnisi vi illata ad dona prophetica primae ecclesiae transferri possunt. Ex eodem locorum genere valde ambiguo sunt etiam *Iren.* adv. haer. l. V. c. 6. et *Just. Mart.* Dial. P. II. p. 258. et 352. ed. *Thirlbii*; tantum enim abest, vt de dono προφητειας in his locis sermo sit, vt facultatem adeo libros sacros interpretandi hic intelligendam esse jure negent interpretes satis multi, siquidem hisce potissimum temporibus contortam istam atque allegoricam, a rationibus grammaticis non minus quam a sensu atque consilio sacrorum scriptorum alienam interpretandi rationem enatam esse atque obtinuisse, inter omnes

satis constat [43]. Quam male igitur GROTIUS, hujus loci Petrini ad Simonem suum accommodandi causa, ad prophetiae donum refugerit, quisque vitro videt. 3., Alius locus, qui firmissimum et omni exceptione majus argumentum pro Petro apostolo hujus expistolae auctore suppeditat, deprehenditur C. I, v. 17. 18. vbi leguntur verba haec: Λαβων γαρ παρα Θεϑ πατρος τιμην και δοξαν, Φωνης ενεχθεισης αυτῳ τοιασδε, ὑπο της μεγαλοπρεπους δοξης· ούτος εστιν ὁ ὑιος μϑ ὁ αγαπητος, εις ὁν εγω ευδοκησα. Και ταυτην την Φωνην ἡμεις ηκουσαμεν εξ ϑρανϑ ενεχθεισαν, συν αυτῳ οντες εν τῳ ορει τῳ ἁγιῳ. Quibus quidem verbis respici ea, quae Matth. XVII, 1-9. memoriae prodita leguntur, nemini dubium esse potest, qui a praeconceptis opinionibus liber locum nostrum cum narratione Evangelistae paulo accuratius contulerit; siquidem eadem vox, quae apud Matthaeum a comitibus Christi, quos sibi testes majestatis suae elegerat, e coelo audita esse commemoratur, et h. l. totidem verbis coelitus delapsa esse dicitur. Jam vero cum Matthæus [44], Marcus [45], et Lucas [46] praeter Petrum, Joannem, et Jacobum, quos Christus præcipuo amore prosequi solebat, neminem cum Christo montem istum conscendisse in commentariis suis enarrent, cumque auctor noster se ex numero eorum fuisse v. 18. haud obscure significet; cum denique epistola nostra statim in fronte Petro apostolo, minime vero Joanni vel Jacobo tribuatur; quisque vltro largiatur necesse est, Petrum apostolum v. 17. 18.

[43] De his patrum locis adi: *Joh. Jac. Zimmermann* disquisitio de visionibus, quae quatuor primis post excessum Christi et apostolorum seculis Christianis quibusdam contigisse dicuntur. Exstat in Opusc. T. I. p. 646. seqq.

[44] l. c.

[45] IX, 2.

[46] IX, 28.

18. loqui, adeoque ab eo hanc epistolam profectam esse. GROTIUS vero, quae est sua in hypothesi tuenda constantia, cum mons iste, quem Evangelistae ὑψηλον vocant, loco nostro ἁγιος dicatur, per hoc ipsum ορος ἁγιον non montem Ithabyrium, in regione Galilaeae inferioris situm, sed montem *Moriam*, quippe qui a Judaeis, propter templum ibi exstructum, κατ' ἐξοχην ἁγιος dictus sit, intelligendum esse existimat. Quid? quod vis hujus argumenti ex formula ορος ἁγιον repetita, eo miriice augetur, quod l. n. tam substantivum ορος, quam adjectivum ἁγιον, articulum το geminatum comitem habent; articulum vero praepositivum, eumque inprimis geminatum, non minus ac ה praefixum Hebraeorum [47], saepissime rem insignem, nobilem atque definitam designare, res est omnibus notissima [48], id quod GROTIUS tamen, in summa licet exornandae hypotheseos diligentia, non animadvertisse videtur. Hinc totum hunc locum Petrinum non tam ad narrationem Matthaei de μεταμορφωσει Christi quam potius ad Joh. XII, 18. referendum esse colligit, vbi Christo precanti vox divina contigisse dicitur haec: και εδοξασα και παλιν δοξασω. Jam vero, cum Joannes precibus illis Christi non apostolos solum, verum etiam plures alios homines interfuisse enarret, non esse, ait GROTIUS, quod miremur, etiam Simonem episcopum in eorum numero fuisse, vocemque illam, quae Christo per subdiale gentium transeunti coelitus demissa sit, ab eo auditam esse; praecipue cum *Eusebius* illum ipsum Simonem expressis verbis vocet: αυτοπτην και αυτηκοον τε Κυριε, et *Hegesippo* teste anno

[47] *Glassii* philol. sacra. l. IV. T. I. obs. 1.

[48] E. c. Joh. X, 12. εγω ειμι Ὁ ποιμην Ὁ καλος ego sum pastor *ille* bonus. Cf. CEL. FISCHERI animadversiones super *Weller.* Gramm. gr p. 111, et HOOGEVEEN ad *Viger.* de idiot. gr. dict. p. 19. 20.

aetatis CXX demum mortuus ſit. At vero, quod attinet ad formulam ορος ἁγιον, qua nonniſi montem *Moriam* inſignem eſſe GROTIUS exiſtimat; tantum abeſt, vt epitheton illud ἁγιον tantum monti Moriae competat, vt etiam mons ille Galilææ ob id ipſum, quod vox *divina* coelitus delapſa ibi audiebatur, et quia a Deo luculentiſſima praeſentiae ſuae documenta ibi edebantur, ἁγιος dici potuerit. Nam quis neſcit, omnes tam V. quam N. T. ſcriptores prophetas atque apoſtolos, praecepta divina, locaque cultui divino ſacrata, et inprimis ea, vbi Deus ſeſe hominibus qualicunque ratione praeſentem exhibebat, et omnino res omnes, quae ad Deum ejuſque venerationem ſpectant, *ſanctas*, i. e. *auguſtas*, *venerandas* dicere ſolere. Exempla habes Gen. XXVIII, 17. Exod. III, 5. Joſ. V, 15. Pſ. LXVIII, 18. vid. etiam nos ad 1 Petr I, 2. Quodſi vero vel maxime ex ſingulari liberalitate concederemus, locum Joanneum hic reſpici; ex ipſo hoc loco tela depromi poſſe crediderim, quibus Grotianam hypotheſin aggredi liceret. *Primum* enim ei adverſatur id, quod non verba: και εδοξασα, και παλιν δοξασω, ſed verba: ȣτος εςιν ὁ ὑιος μȣ ὁ αγαπητος, εις ὁν ευδοκησα, apprime ad narrationem Matthaei l. n. leguntur. GROTIUS quidem, hanc difficultatem ſentiens, jubet, vt antiquiora inſpiciantur exemplaria, annon forſan ſint, quae verba priora in locum poſteriorum ſubſtituant; ſed omnes omnino codices, quae hucuſque innotuerunt, vulgarem lectionem miro conſenſu tuentur. *Deinde*, vndenam arbitremur GROTIUM demonſtrare poſſe, Chriſtum tum temporis fuiſſe in monte Moria, orationemque ſuam habuiſſe, cum per ſubdiale gentium tranſiret; cum ex loco Joanneo nil amplius ſequatur, quam Chriſtum, qui tum Hieroſolymis verſabatur, verba feciſſe audientibus non ſolum apoſtolis, ſed etiam Judaeis, et potiſſimum proſelytis qui-

quibuſdam Graecis, qui Dei venerandi cauſa Hieroſolyma profecti eſſent? *Porro*, quis quaeſo nobis perſuaſerit, Simonem epiſcopum illo ipſo die, et illa potiſſimum hora in comitatu Chriſti fuiſſe, cum vox iſta e coelo demiſſa audiretur? Fieri quidem omnino potuit, ſi *Euſebii* atque *Hegeſippi* teſtimoniis ſupra commemoratis fidem habemus; inde vero, vti recte praecipiunt dialectici, colligi nequit, vere etiam factum eſſe. *Denique*, etiamſi vel maxime Simon tum temporis ex comitibus Chriſti fuerit, veri tamen diſſimile eſt, eum hanc vocem, coelitus delapſam, prorſus intellexiſſe, cum ii, qui praeſentes aderant, nil niſi φωνην, h. e. *ſonum graviorem* audirent, adeo, vt alii coelum intonuiſſe, alii vero angelum cum Chriſto colloquutum eſſe, ſibi perſuaſerint, cumque ne apoſtoli quidem ſenſum horum verborum, (ſi et ipſi *verba* audiverint,) Chriſto nondum glorificato, percepiſſe videantur. *Poſtremum*, ſi Petrus l. n. montem Moriam in animo habuiſſet, non tam εν τω ορει τω ἁγιω, quam potius εν τω τοπω τω ἁγιω vel ſimpliciter εν τω ἱερω, eum ſcripturum fuiſſe crediderim, cum ſignificatio vocabulorum ἱερον et τοπος ἁγιος adeo late pateat, vt non ſolum ipſum templi aedificium, ſed etiam totum montem ſanctum, vel etiam vnum alterumve ſingularem montis ſacri locum ſignificent [49]. Quae cum ita eſſe deprehenderentur, quis quaeſo in judicando adeo temerarius, et in repugnando ita pertinax fuerit, vt in ſumma licet hujus argumenti perſpicuitate, Petrum apoſtolum hujus epiſtolae auctorem eſſe neget. 4., Neque illud veſtigium internum, quod pro Petro apoſtolo hujus epiſtolae auctore facit, praetereundum eſſe videtur, quod latet in verbis Cap. III, 2. μνησθηναι των προειρημενων ῥηματων ὑπο των ἁγιων προφητων, και της των αποστολων ἡμων

[49] Cf. Matth. XXIV, 15. Act. VI, 13. et *Kypke* obſerv. ſacr. P. I. p. 136.

ἡμων εντολης, τȣ Κυριȣ και σωτηρος; vbi auctor inprimis verbis ista: και της των αποστολων ΗΜΩΝ εντολης, *memores ſitis praecepti a nobis apoſtolis vobis dati*, apoſtolorum conſortio tete adnumerare videtur. Quae quidem verba, ſi hoc ſenſu ea accipienda eſſe conceſſeris, Simoni epiſcopo tribui nequeunt, niſi in abjectiſſimae defraudationis ſuſpicionem incurrere debeat, quaſi, epiſtolae ſuae auctoritatem atque exiſtimationem conciliaturus, apoſtolorum nomen atque dignitatem ſibi arrogaverit. Me quidem non fugit, pro ἡμων in codicibus nonnullis legi ὑμων, quae quidem vocabula ſaepius invicem commutantur, ac ejuſmodi librum etiam GROTIUS ante oculos habuiſſe videtur, quia alios pro ὑμων habere dicit ἡμων, *ac ſi*, inquit, *vnus ex apoſtolis loqueretur;* vnde apparet, GROTIUM probe intelexiſſe, hujus loci pro Petro apoſtolo hujus epiſtolae auctore haud leve eſſe momentum. At vero, ne hypotheſis ſua, quae Simonem epiſcopum hujus epiſtolae auctorem eſſe ſtatuit, quid detrimenti capiat, vtramque lectionem, tam ἡμων quam ὑμων, infarctam, totumque hunc locum per trajectionem ſic reſoluendum eſſe arbitratur: της εντολης αποστολων τȣ Κυριȣ και σωτηρος. Sed nullus hucuſque repertus eſt codex, in quo vtrumque, ὑμων et ἡμων deſideraretur; nonnulli potius lectionem ὑμων, plurimi vero vulgarem ἡμων tuentur. (vid. var. lect. ad locum ipſum infra allatas.) Fac autem, lectionem ὑμων in ſumma licet codicum tenuitate, qui ſic habent, pro vera atque genuina haberi, et tunc hic locus cauſam noſtram adjuuare videtur. Quemadmodum enim Chriſtus atque apoſtoli, de ſe metipſis loquuturi, haud raro tertium quendam introducere videntur; ſic etiam noſter, recepta lectione ὑμων, verbis των αποστολων ὑμων ſe metipſum complecti, omnino dici poſſet. Sed ne ſententia noſtra nimis capti videamur, lubentes

lubentes volentesque concedamus, verba ista: και της των αποστολων ἡμων εντολης, ex vsu loquendi satis trito commode quoque reddi posse per: *memores sitis praecepti apostolorum nostrorum*, quasi auctor pro ἡμων scripsisset ἡμετερων, qua quidem versione tum omnis hujus argumenti vis corruit atque evanescit; quanquam priorem interpretationem longe melius procedere, nemini dubium esse potest. 5., Inter argumenta denique interna, quae Petro apostolo hanc epistolam vindicant, non infimum locum mereri videntur ea, quae Cap. III, 15. leguntur, vbi auctor Paullum apostolum cognomine isto honorifico: αγαπητος ἡμων αδελφος, appellasse legitur, cujus quidem cognominis ita comparata est natura, vt a Simone episcopo profectum esse nullo modo dici queat; tum quia in commemorandis hominibus jamdudum mortuis ab ejusmodi appellationibus paulo familiarioribus abstinere solemus, (Simonem episcopum vero Paullo jam mortuo hanc epistolam scribere debuisse, si pro vero auctore haberi possit, ipse GROTIUS fatea tur necesse est,) tum quia Paullus nullo modo pro *muneris socio* siue συνεργῳ [50] Simonis episcopi haberi potest, quo tamen sensu hoc vocabulum hic accipiendum esse, luce meridiana clarius est. Petrum vero, qui eadem aetate, qua Paullus, florebat, Paullum summo jure αγαπητον αδελφον, i. e. *collegam suum*, *munerisque socium*, appellare potuit. GROTIUS quidem, ne hypothesi suae, quam in deliciis habuisse videtur, quid adversi accidat, nodum hunc eo solvere conatur, quod haec verba vti spuria, atque ab iis adjecta, qui nobis hanc epistolam sub nomine Petri obtrudere enixe condenderint, e contextu ejicienda atque exterminanda esse conjicit; id quod tamen

[50] Cf. Gal. I, 2. 1 Cor. I, 1. 2 Cor, I, 1. Col. I, 1. Phil. IV, 21.

contra omnem omnium codicum consensum qui hanc lectionem tuentur, vllo modo fieri nequit. His igitur jam ita praemunitis, pro vero atque indubitato demum affirmare licet, *Petrum apostolum, nec vllum alium, pro vero hujus epistolae auctore habendum esse* [51].

Ad quos data sit haec epistola, ex Cap. III, 1. statim confici posse videtur. Nimirum apostolus ibi ad priorem epistolam ita provocat, vt posteriorem hanc iisdem datam esse testetur, quibus prior inscripta erat. Jam vero cum priorem epistolam *Christianis, non minus ex Judaeis quam ex ethnicis ad religionem chr. conversis, iisque Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam et Bithyniam inhabitantibus*, destinatam esse videremus, (vid. prolegomena in priorem ep.) idem etiam de posteriori hac epistola statuamus necesse est.

De *tempore, quo scripta est haec epistola*, nil amplius liquet, quam eam proxime ante mortem auctoris exaratam esse, id quod ex Cap. I, 14. satis apparet: *ειδως*, inquit, *ὁτι ταχινη εστιν ἡ αποθεσις τȣ σκηνωματος μȣ*. Ill. quidem Michaelis, comparatione inter Joh. XXI, 18 — 22. quo verba ista Petrina referenda esse, jure censet, cum loco Matth. XXIV, 34. instituta, tempus scriptionis magis definite ad annum LXIV revocare conatur sic: ex colloquio isto, inquit, quod Petrus Joh. XXI, 18 — 22.

[51] Relege de tota hac materia Wolfii curas philol. et crit. in proleg. in h. ep. Rich. Simon hist. crit. du texte du N. T. p. 198. edit. Rotterdam 1689. Ill. Michaelis Einleitung in die Schriften des N. B. Tom. II. p. 1186. sqq. et ante omnia egregium libellum V. Nietzsche, cui titulus est: epistola Petri posterior auctori suo inprimis contra Grotium vindicata atque adserta. Lipsiae 1785.

18 — 22. cum Christo habebat, apostolus facile colligere potuit, se non vsque ad reditum Christi inter vivos mansurum esse; jam vero cum ex Matth. l. c. exploratum haberet, Christum jam ante interituram hominum tum temporis viventium generationem, in hanc terram rediturum esse; manifestum esse arbitratur, Petrum triginta demum annis post colloquium illud cum Christo habitum, adeoque circa annum LXIV mortem suam vti imminentem considerare potuisse; nisi forte vocabuli γενεας significationem nimis incertam atque ambiguam esse, quis dixerit, ita vt Petrus mortis suae tempus vix, ac ne vix quidem, certe inde colligere potuerit.

Romae, vbi Petrum vita defungi constitutum erat, scriptam esse hanc epistolam, omnes fere conjiciunt interpretes. Vtrum vero tum temporis, cum hanc epistolam scriberet, Romae jam fuerit, nec ne, in medio relinquendum esse videtur.

Argumentum totius epistolae vnice absolvitur *cohortatione ad obsequium religioni christianae praestandum*, in qua quidem amplificanda vsque ad finem hujus epistolae versatur fere sic: *salutatione* solenni praemissa Cap. I, v. 1. 2. statim *ab illa ipsa cohortatione* epistolae initium desumit, Cap. I, v. 3 — 11. addita sententia hac: *se hanc admonitionem eo majori studio vrgere, quo certius exploratum habeat, se brevi interfectum iri.* Cap. I, v. 12 — 15. Asserit deinde *religionem chr. et praecipue doctrinam de adventu Christi testimoniis firmissimis et spiritus s. efficacia, in effatis prophetarum inspirandis et interpretandis conspicua, niti, cujus veritatem haud imminuturi sint falsi prophetae, breui inter Judaeos exstituri.* Cap. I, 16 - 21. Jam vero pseudoprophetarum semel mentione facta,

per

per totum caput secundum, *tam reprehendenda scelerata ipsorum vivendi ratione, quam describendis ipsorum suppliciis, cavere conatur, vt ne Christiani ab iis se decipi patiantur.* Caput tertium denique ap. post aliquod temporis intervallum addidisse videtur, tum, *vt tam hanc quam priorem ep. a semetipso profectam esse, significet*, tum, *vt argumentum vtriusque capitis praecedentis Christianis iterum in memoriam revocet.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ

ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Συμεὼν Πέτρος, δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ I.
τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πιστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ
ἡμῶν

VARIAE LECTIONES.

1. Σιμῶν 5. 8. 40. al. 8. Ed.

Cap. I. 1. 2. Initium epistolae ap. pro more consueto, repetit a *salute Christianis dicenda*. Συμεων, quod in N. T. nonnisi de tribu Simeonis, aliisque hominibus hoc nomine insignibus, occurrit, Luc. 3, 30. 2, 25. Act. 13, 1. Apoc. 7, 7. h. l. positum est pro forma solenniori, eademque magis graeca Σιμων, quam etiam codd. nonnulli hic habent. (vid. var. lect.) Vtrumque vero respondet hebr. שמעון. Sic 1 Macc. 2, 65. in Latino legitur *Simon*, vbi in Graeco est Συμεων. Δουλος — Χριστου. vid. nos ad Jac. 1, 1. Ισοτιμον, voc. bene graecum, et i. q. alias ισομοιρον, ισοπεδον, vel simpliciter ισον, quando scilicet res *bonae* eaedem esse dicuntur. Cf. *Joseph.* ant. 12, 3. 1. Totum igitur locum τοις — πιστιν sic resolverim: τοις την αυτην (τιμιαν) πιστιν συν ἡμιν λαχουσι *iis qui eandem nobiscum profitentur (praeclaram) religionis chr. doctrinam.* Quare voc. ισοτιμον neque cum *Grotio* ad eundem *vitae aeternae honorem*, ad quem omnium Christianorum fides spectet, neque cum aliis ad alias res, sed, si τιμιον vertendo omitti non debet, ad religionis chr. *praestantiam omnino spectatam* referri velim. Ἡμιν, pendet ab ισος in voc. ισοτιμος, et ad *Petrum* referendum est. Λαγχανειν, proprie *sortiri*, Joh. 19, 24. et *sorte accipere*, Luc. 1, 9. hinc,

vt

2 ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Ὡς

vt et h. l. *obtinere*, *nanciſci omnino*. Act. 1, 17. Πιστις, pro ipſa *religione chr.* vt fere ſemper in ep. Petri priori. vid. S. *V. Koppii* exc. 6. in ep. ad Gal. Δικαιοσυνη, h. l. *benignitas div.* cf. Pſ. 14. 3, 1. et Gen. 19, 19. vbi hebr. חסד ab Al. per δικαιοσυνη redditur. Εν δικαιοσυνῃ τ. Θ. ponitur pro δια της δικ. τ. Θ. et jungi debet cum λαχοσι. Σωτηρ, et vocc. connata σωτηριχ, σωτηριον, σωζειν et σωζεσθαι, hebr. גאל Jeſ. 41, 14. Hoſ. 13, 14. יֶשַׁע, Jeſ. 63, 1. 5. יֶשַׁע, Jeſ. 62, 11. יְשׁוּעָה, Jeſ. 12, 2. 49, 6 תְּשׁוּעָה. Jeſ. 45, 17. ſunt vocabula, *Meſſiae*, qui nobis, a legum Moſaicarum dominio, et peccatorum miſeria liberatis, aeternam ſalutem comparavit, et huic ipſi *ſaluti et felicitati, praecipue in regno Meſſiano olim obtinendae* propria. Joh. 4, 42. 2 Tim. 1, 10. Tit. 2, 13. Ceterum *vel* commate poſt ἡμων poſito, verba τ. Θεε ἡμ. cum *Wetſtenio* aliisque ad *Deum omnino*, verba vero και σωτ. I. X. ad *Jeſum*, C. *vel*, commate poſt ἡμων deleto, τ. Θεε — X. cum *Wolfio*, plurimisque interpp. junctim ad *Chriſtum* referri poſſunt; ita vt idem ille Χριστος, tam Θεος, quam Σωτηρ hic vocetur. Nam, quod ex priori jungendi ratione vocabulo σωτηρος articulus τ. praemittendus fuiſſet, ex poſteriori vero vocabulum ἡμων poſt σωτηρος demum poni debuiſſet, Tit. 2, 13. in eo artis exegeticae paulo peritior haud facile argutabitur. Quodſi vero pro alterutra jungendi ratione argumentum in medium proferri deberet, non tam in v. hoc, quam potius in v. 2. vbi Θεος et Χριστος eodem nexu invicem diſtinguuntur, id latere equidem putaverim. Vt tamen in tanta totius loci ambiguitate, quae vix vnquam prorſus dirimetur, liberum vnicuique judicium relinqueremus, ab interpunctione omnino abſtinendum eſſe cenſuimus.

2. Χαρις – πληθυνθειη, vid. ad 1 Petr. 1, 2. Εν επιγνωσει, pro δι' επιγνωσεως. επιγνωσις vero τ. Θεε &c. ſyn. eſt voc. πιστις, ita vt ex hebr. דעת non *cognitionem* tantum, ſed etiam *piam ejus venerationem* ſimul involvat. Veterim: *Glück und Seegen werde Euch durch die chriſtl. Religion in vollem Maaſse zu Theil!*

3—11

Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ 3
πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπι-
γνώσεως

3 — 11. Salutatione praemissa jam sequitur *cohortatio, ad obsequium religioni chr. praestandum*, in qua quidem amplificanda, atque exornanda vsque ad finem. hujus ep. versatur. Ante omnia in hoc commate paulo obscuriori ordo verborum sic instituendus esse videtur: ὡς της θειας δυναμεως αυτ παντα τα προς ζωην και ευσεβειαν ἡμιν δεδωρημενης, δια— αρετης· (δι' ὧν — φθορας,) και αυτο τουτο κ. τ. λ. Ὡς, alii aliter reddunt, *Wolfius* vero, *Alberti*, plurimique alii per *quia*, *quandoquidem*, et id quidem satis convenienter tam cum nexu hujus l. quam cum vsu loquendi. (*AEschin.* dial. 2. sect. 33. ὡς εγω πανυ σφοδρα— αγαμαι. dial. 3, sect. 13. ὡς αν συνηρανισμενον εκ συγκλυδος οχλ. *AElian.* v. h. 12, 57. οἱ δε, ὡς ωοντο Αλεξανδρον τεθναναι, &c.) Cum tamen haec ipsa particula in genitivis, quos vocant, consequentiae per se jam lateat, non possum quin cum *Krebsio* et *Loesnero* voculam ὡς ex pleonasmo hic participio, quod saepius fit, additam esse censeam, (*Jos.* ant. 11, 7. 13. ὁ δε Μαρδοχαιος, ὡς αναλαβων την βασιλικην στολην,— προηλθεν. *Plato* Phaed. §. 45. ακουε τοινυν ὡς ερροντος. In Crat. 38. θαρρων λεγε — ὡς εμε ενδεξομενα. *Xenoph.* Ages. 1, 31. παρηγγειλε δε και τοις ἱππευσιν εμβαλειν, ὡς αυτ τε και παντος τ στρατευματος ἑπομενε. Huc etiam pertinet ille ipse locus ab *Albertio* allatus, ex *AElian.* v. h. 4, 12. ὡς αν μισθωμα τ Ἡρακλεωτ λαμβανοντος. vid. *Wesselingium* ad Herod. p. 480. *Koenium* ad Gregor. de Dial. p. 31. et *Vigerum* de idiot. gr. l.) Θεια δυναμις αυτ, sc. τ Θεε, (cujus v. 2. mentio facta erat.) i. q. alias dicitur πνευμα ἁγιον, πν. τ Θεε. Ζωη και ευσεβεια, mere synn. pro *felicitate aeterna*, et praecipue *olim in regno Messiano obtinenda*, alias σωτηρια dici solita. Παντα τα προς ζωην και ευσεβειαν, sc. αναγκαια οντα, *omnia ea, quae ad aeternam illam salutem nobis comparandam necessaria sunt.* Similes loquendi rationes vid. ap. *Wetst.* Δεδωρημενης, sensu activo accipiendum est, alioquin enim nihil adesset, a quo vox παντα penderet. Plura loca, in quibus hoc ipsum verbum sensu activo occurrit, *Loesnerus* ex *Philone* congessit, ex quibus hunc vnum transscripsisse sufficiat: de Cherub. p. 126. B. καθα και Αβρααμ τω σοφω της παρ' αυτω καταγωγης τον Ισαακ τελειο-

γνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, (δι'

τελειοτατην χαριν ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ. Plura exempla paſſivorum, quae active ſumenda ſunt *Jenſius* attulit in lect. Lucian. l. 2. c. 15 p. 247. Δωρειν vero h. n. i. q. alias χαριζεσθαι, vt omnis *proprii meriti* ſuſpicio ab hominibus removeatur. Δια — ἡμας, arcte jungenda cum δεδωρ. ſiquidem modus explicatur, quem Deus in iis, quae ad bene beateque vivendum neceſſaria ſunt, nobiſcum communicandis, ſequutus eſt. Επιγνωσιν h. l. ad ſolam *cognitionem* reſtrinxerim. vid. ad v. 2. Ὁ καλεσας ἡμας, (ſc. δια της διδαχης αυτϑ εις την βασιλειαν των ϑρανων,) ſemper in N. T. eſt *Deus pater*. vid. exc. 2. Δια δοξης και αρετης, junge cum καλεσαντος, non tamen ſenſu eo, vt ſit: *qui nos vocavit* ad *gloriam et virtutem*, 1 Petr. 5, 10. quam quidem graecis auribus plane inauditam, et a ſignificatione partic. δια, (quae nuſquam cum εις commutatur,) prorſus alienam verſionem excogitarunt, et loco intulerunt ii, qui αρετην magis *hominibus* quam *Deo* convenire ſentiebant; plane non cogitantes, αρετην, quoties Deo tribuitur, i. eſſe q. δοξαν, τιμην, δυναμιν, et δια δοξης και αρετης vt ἐν δια δυοιν, quod vocant, reſolvendum eſſe per: δι' αρετης ενδοξε, *per glorioſam ejus potentiam*; vid. ſupra ad 1 Petr. 2, 9. Cf. loca ea, quae *Wetſtenius* et *Bos* huc attulerunt, in quibus δοξα et αρετη eodem ſenſu invicem junguntur. Quibus adde *AElian.* v. h. l. 12, c. 1. vbi αρετη και κλεος junctim occurrunt. vid. etiam *Heinſium* in proleg. ad Ariſtarch. S. et C. *Vitringam* in obſ. ſ. l. 1. c. 17. *Wolfius* quidem, cum in eodem hoc commate της ϑειας δυναμεως mentio jam facta ſit, αρετην de *potentia* ſpeciatim intelligi poſſe, negat, dubitatque, an phraſis δια δοξ. κ. αρ. per ἐν δια δυοιν pro *glorioſa virtute* accipi poſſit, cum ap. v. 4 non ſcribat δι' ἡς, ſed δι' ὡν; ſed, quod attinet ad illud, ϑεια δυναμις illic ſenſu latiori in vniverſum de πνευματι nobiſcum communicato intelligendum eſſe, paulo ante jam annotavimus, et, quod pertinet ad hoc, conſtructio verborum non tam ad *ſenſum*, quam ad *verba* alicujus loci inſtitui ſolet, adeoque δι' ὡν apoſtolo dicendum erat, quamvis vel maxime δοξ. κ. αρ. per ἐν δια δυοιν intellexerit.

(δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρη- 4
ται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀπο-
φυγόντες

VARIAE LECTIONES.

4. δι' ὃν. 8. Ed. *Colinaei. Vulg.* harl. item *AEth.* — δι' ἣν. *Pelag.*

4. Comma hoc, quo ſententia v. 3. magis adhuc amplificatur, atque exornatus, vncis includendum eſt. Δι' ὧν, *Caſtellio* reddit *per quem*, praeceps ſequutus lectionem δι' ὃν, (vid. var. lect.) *Beza* vero *ex eo quod*, et *Vulg. Eraſmus*, aliique *per quae;* rectius *per quas*, vt ſpectet ad δοξ. κ. αρ. *per quas promiſſa illa nobis innotuerunt*, *humanae rationi*, *ſibi ſoli relictae*, *aeterne recondita.* δι' ὧν vero reſolvendum eſt per δια τουτων δε, vel δια τουτων γαρ. Τα μεγιστα και τιμια επαγγελματα, ſc. *felicitatis olim poſt mortem obtinendae.* Ἡμιν δεδωρηται, *ſine merito noſtro nobis revelata ſunt.* vid. ad v. 3. Ἱνα, *ita vt.* Δια τουτων, ſc. των επαγγελματων, bifariam reddi poteſt, vel. *vt hiſce promiſſis commoti*, vel: *vt horum promiſſorum participes facti* &c. Κοινωνοι ειναι της θειας φυσεως, i. q. alias τεκνον ειναι τυ Θευ, i. e. ὁμοιουσθαι τῳ Θεῳ, *ſimilem eſſe Deo*, id quod vel ad *felicitatis*, vel ad *bonitatis* ſimilitudinem referri poteſt. Αποφυγοντες, reſolvendum vel per: εαν αποφυγητε vel και ἱνα αποφυγητε. Της εν κοσμῳ (ſc. ουσης) φθορας. Κοσμος h. n. vel *terram omnino*, vel *homines potiſſimum malignos in hac terra degentes* ſignificat, (vid. ad Jac. 1, 27.) Φθορα h. l. i. q. ἁμαρτια, et reſpondet germ. *Verderben*, quod eodem ſenſu adhibere ſolemus. Επιθυμια, quid ſit vid. ad Jac. 1, 14. εν επιθυμιᾳ vero vel jungi poteſt cum κοσμῳ, vt ſit: τῳ εν επιθυμιᾳ οντι, vel, ne verbis: κοσμος εν επιθυμιᾳ ων, ſententia eadem repetatur, quae in verbis φθορα εν κοσμῳ ουσα jam latet; εν επιθ. pro δι' επιθ. accipi, et cum φθορας jungi malim, vt ſit: της φθορας, της δι' (vel εκ) επιθυμιας ſc ελθουσης, *fugite hujus ſeculi vitioſitatem*, *e prava concupiſcentia oriundam.* His jam ita explicatis, duplex ex hoc commate ſenſus elici poteſt, vel hic: *ſpiritui divino magnifica promiſſa accepta referris*, *ita. vt horum promiſſorum olim participes facti*, *beatitudinem perceperitis*, *quali Deus ipſe fruitur*, *ſi fugeritis hujus ſeculi flagitioſitatem;* vel ille: *vt hiſce promiſſis commoti vitae integritate*, *virtutisque ſtudio Dei ſimiles evadere ſtudeatis*, *et omnem flagitioſitatem hominum*,

hoc

5 φυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς.) καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε

hoc ſeculo viventium, *fugiatis*. Praefero poſteriorem explicationem, quam formula θεια φυσις et nexus cum αποφυγοντες &c. requirere videntur. Dignus eſt, qui cum l. n. conferatur, locus *Diodori* S. 3, 8. τες δε νομιζεσι θνητης φυσεως κεκοινωνηκεναι, και δι' αρετην και κοινην εις ανθρωπες ευεργεσιαν τετευχεναι τιμων αθανατων. cf. *Ariſtotel.* de anima 4.

5. Και, vel reddendum eſt per *etiam*, vel ex hebr. ו apodoſin indicat, qua comma hoc cum. 3. quod protaſin continet, jungendum eſt. vid. ad Jac. 2, 4. Αυτο τετο, pro δια, κατα vel εις αυτο τετο, *quapropter*. Eph. 6, 18. 22. Col. 4, 8. 2 Cor. 5, 5. 7, 11. cf. *Xen.* de exp. Cyr. l. 4. p. 250. ΤΑΥΤΑ εγω εσπευδον, και ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ σε ηχ υπεμενον. *AElian.* v. h. 4, 9. ετε δε Ακαδημιας εμεμνητο, ετε Σωκρατες, ΑΥΤΟ γε μην ΤΟΥΤΟ ενεφανισεν αυτοις, ὁτι καλειται Πλατων. vid. *Bos* ellipſ. gr. Neque tamen, ſi voculam εις ſupplendam eſſe cenſueris, hanc ipſam ex verbo παρεισενεγκαντες huc repeti velim, cum hoc in aliis ejuſmodi verbis fieri, haud meminerim. Rom. 5, 20. Gal. 2, 4. Δε, *Alberti* reddit *inſuper*, quia a και vlteriore loco, quam ſecundo, remotum eſt; provocans ad Act. 3, 24. 2 Tim. 3, 12. 5, 32. *Arrian.* exp. Al. l. 6. c. 24. και ταυτην ΔΕ ελεγον. *Lucian.* Demonact. p. 858. και το σωμα ΔΕ εγεγυμνασο. ſed non minus in locis his quam in l. n. hanc voculam redundare putaverim. Παρεισφερειν σπεδην, *ſtudium in aliquam rem conferre*, i. q. σπευδαζειν v. 10. Eadem phraſis etiam apud externos ſcriptores obvia eſt. *Joſ.* ant. 20, 9. 2. πασαν ΕΙΣΕΝΕΓΚΑΤΟ ΣΠΟΥΔΗΝ και προνοιαν υπερ τε την χωραν ειρηνευεσθαι. vid. *Wetſt.* Πασα σπεδη, pro σπεδη μεγιση. Sic et nos *allen Fleiſs anwenden*, pro *den gröſten Fleiſs anwenden*. Ex his jam ita dictis, ſenſum hujus loci, verborum conſequutione paulo obſcurioris, conſtituimus ſic: *quoniam omnia ea, quae ad bene beateque vivendum pertinent, per ſpiritum div. nobiscum communicata ſunt, et quidem cognitione ejus, qui per glorioſam ejus potentiam nos vocavit, (per quam quidem ipſam magnifica promiſſa nobis dedit,) jam et vos omne ſtudium conferte, et &c.* Jam ſequitur virtutum recenſus, quibus Chriſtiani, qui tum pſeudoprophetis, tum calamitatibus, ipſis imminentibus, in

σατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν

VARIAE LECTIONES.

5. αυτοι δε, pro αυτο τουτο δε, *A. Vulg. AEth.* — αυτοι δε τουτο. 8. Ed. *Colnaei.* — αυτο δε τουτο. 14. 15. 18. 25. 26. 27. 36. 38. 44. *Syr.* — και αυτο τουτο. 4. — αυτω δε τουτω 40. *Euthal.* — αυτοι δε τουτω denique *Bengelius* judicat lectionem per codices firmiorem, nec tamen plane certam, quanquam in textum eam non recepit.

in deferendae rel. chr. periculum inducebantur, (vid. Cap. 2, 1. sqq.) praecipue indiguisse videntur. Sunt vero omnia ab επιχορηγησατε — αγαπην arctissime invicem jungenda in sententiam hanc: *nulla virtus sola; virtus virtuti cohaeret, ita vt, qui vni virtuti studet, et alteri inserviat, necesse sit.* Expressit vero haec ap. gradatione, qua quidem orationis figura N. T. scriptores saepius vti solent. cf. Rom. 5, 3. sqq. 8, 29. 30. 10, 13. sqq. Jac. 1, 3. sqq. Quare duo in h. l. explicando caute evitanda sunt extrema, alterum hoc: vt ne *virtutum christianarum systema* ab ap. hic nobis exhiberi putemus, id quod ab hujus loci consilio, et magis adhuc a stili epistolaris popularitate alienum foret; alterum illud, vt ne *in singulis sententiis haereamus*, quasi ἡ πιστις semper pareat αρετην, αρετη vero semper την γνωσιν &c. sed *universa* potius totius loci sententia animo tenenda est. Haud facile enim virtutem virtuti junxeris, quas non, aliquo saltem vinculo, cohaerere, demonstrare potueris. Επιχορηγησατε, pro praes. επιχορηγειτε, i. e. *ostendite, exhibete.* Εν τῃ πιστει, pro δια της πιστεως. πιστις vero h. n. *firma de rel. chr. persuasio.* Αρετην, vel *virtutis studium ommino*, Phil. 4, 8. vel *constantia*, quia h. l. omnino de virtutibus, *in sustinendis calamitatibus conspicuis* sermo esse videtur. (Sic e. g. *AElian.* v. h. l. 3. c. 33. et l. 14. c. 29. αρετην de *fortitudine bellica* adhibet. Cf. Etym. M. λεγεται δε και ἡ κατα πολεμον δυναμις, παρα τον Αρην, τον πολεμον.) Sensus igitur est: *vestra de rel. chr. persuasio exferat se virtutis studio*, vel *constantia;* et sic etiam reliquarum, quae sequuntur, sententiarum sensus constituendus est. Γνωσις, significatione solenni pro *prudentia*, oppositа temeritati, acceperim; minime vero cum *Wolfio* aliisque ex hebr. דעת pro ipso *virtutis studio*, nam quid tum tota sententia: εν αρετῃ γνωσιν, (sive αρετην pro

6 γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομο-
7 νήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν, ἐν δὲ τῇ εὐσε-
βείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγά-
8 πην. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα, οὐκ

virtutis ſtudio, ſive pro fortitudine acceperis,) ſibi velit, equidem non aſſequor.

6. Εγκρατεια, eſt *abſtinentia ab omnibus voluptatibus*, oppoſita τῃ ασελγειᾳ, ακαθαρσιᾳ και πορνειᾳ. Υπομονη, *conſtantia, in calamitatibus, propter rel. chr. patienter ſuſtinendis, conſpicua.* i. q. αρετη. vid. ad Jac. 1, 2.

7. Ευσεβεια, *pietas, vita ſancta.* Φιλαδελφια, et αγαπη, hic invicem diſtingui videntur; quare φιλαδελφιαν ad *amorem, quo Chriſtiani ſeſe amplectuntur*, reſtringi, αγαπην vero ad *amorem omnibus hominibus debitum*, extendi velim. vid. ad 1 Petr. 1, 22. Ceterum vinculum illud, quo virtutes hucuſque commemoratae invicem cohaerent, hoc eſſe videtur: firmam de rel. chr. perſuaſionem in fortitudine cerni, ap. contendit, quia pro doctrina, de qua quis haud perſuaſus eſt, mala ſuſtinere ſemper recuſabit; prudentiam vero hujus fortitudinis comitem eſſe vult, quia ſine prudentia, hac ipſa fortitudine, formidinis neſcia, haud raro in mala incurrimus, quae, ſalva fortitudine noſtra, prudenter evitare potuiſſemus: prudentiam porro abſtinentia ſeſe exſerere affirmat, et recte id quidem, nam animi affectibus imperare, in eo omnes omni tempore viri ſapientes veram prudentiam poſuerunt. Ex abſtinentia jure deducitur conſtantia in rel. chr. inter atrociſſimos cruciatus tuenda; nam qui voluptatibus indulgere, et delicatule ac molliter vivere cupit, is quidem ad calamitates, religionis cauſa ſuſtinendas, parum eſt idoneus. Conſtantiam vero inter calamitates religionis chr. cauſa perferendas ad veram pietatem, veramque pietatem inprimis ad amorem erga Chriſtianos, et hunc denique amorem erga Chr. ad benevolentiam erga homines omnes nos perducere, per ſe jam ſatis clarum eſt.

8. Ταυτα — πλεοναζ. reſolv. per εαν ταυτα (αὗται αἱ αρεται) ὑμιν ὑπαρχωσι, και πλεοναζωσι, (alias ὑπεραυξανωσι) *quibus quidem virtutibus, ſi praediti fueritis, et ſi hae virtutes in dies majus acceperint in-*

οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν· ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, 9
τυφλός

incrementum. Ου καθιστησιν, ſc. ὑμας *non ſinent vos eſſe.* Ακαρπος, ad ſolennem actionum noſtrarum cum *fructibus* comparationem ſpectat et ſyn. eſt voci αργος, i. e. *otioſus, tardus ad aliquid faciendum*, Matth. 20. 3. i. q. οκνηρος Rom. 12, 11. βραδυς. Jac. 1, 19. *ſäumig, unthätig.* Επιγνωσις τυ Κυριυ ἡμ. I. X. ex hebr. דעת יהוה, eſt mera periphraſis *veræ religionis.* Jeſ. 11, 2. 9. Hoſ. 4, 1. 6, 6. Eph. 1, 17. Col. 1, 10. Εις την επιγνωσιν, pro εν τῃ επιγνωσει, *in obſervandis religionis chr. praeceptis.*

9. Ὡι — ταυτα, pro ὑστερει τουτων ſc. των αρετων. Τυφλος εστι, ex nexu cum proxime ſuperioribus et ſequentibus i. q. ὑστερει vel αμελει της επιγνωσεως I. X. vel βεβαιαν ου εχει κλησιν. cf. Matth. 15, 14. 23, 16. 17. 19. 24. Joh. 9, 39. Rom. 2, 19. Apoc. 3, 17. Μυωπαζειν, eſt *oculos claudere, niĕtare, connivere*, απο τυ μυειν τους ωπας. *Heſ.* μυντιζομενος, μυωπαζων, παρακαμμυων. *Suid.* εμυωπιασεν, ακρως τοις οφθαλμοις προσεσχε, μυωπαζω γαρ το καμμυω. Jam vero, cum oculis connivere ſoleant ii, qui proxima tantum vident, quae fere ſunt ſub oculis, μυωπαζων hinc i. valet q. μυωψ. (Μυωπαζειν λεγονται, inquit Ariſtoteles, ὁτι τα μεν εγγυς βλεποντες, τα δε εξ ὑποσασεως ου ὁρωντες.) nec adeo interdum differt a τυφλος, *caecutiens.* Idem *Heſych.* per μυωπαζοντα etiam intelligere videtur, quando, praeſentem reſpiciens locum, μυωπαζων interpretatur οφθαλμιων. Eſt enim οφθαλμιω juxta veteres Gl. *oculos doleo.* *Suidas* inter alia interpretatur τους οφθαλμους πασχειν. Priorem ſignificationem hic retinent *Suicerus*, (in theſ. T. 2. p. 383.) *Bochartus*, (in hieroz. l. I. c. 4.) *Wolfius*, alii, τυφλον μυωπαζοντα intelligentes de eo, *qui ideo caecus eſt, quia ſponte claudit oculos, vt ne videat, aut qui videre ſe diſſimulat, quod vel invitus cernit.* Secundam *Grotius* amplectitur, vertens ſic: *caecum eum dico, nimirum quia longe poſita, in coelo ſcilicet, animo non videt.* (τυφλος εστι, διοτι μυωπαζει.) Sed vtraque interpretatio nimis coacta videtur. Teneo equidem ſignificationem tertiam, qua μυωπαζων non differt a τυφλος, et verba τυφλος εστι μυωπ. reſolvo per: τ. ε. και μωωπαζει. In hac ſententia fuerunt *Syrus*, *Arabs*, et, ni fallor, etiam *Vulgatus inter-*

τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ
10 τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν. Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοί, σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι.

VARIAE LECTIONES.

10. Poſt verbum σπεδασατε adhuc addunt: ἱνα δια των καλων (ὑμων) ἐργων - - - ποιησθε. A. 5. 8. 15. 25. 36. Ed. *Syr. Erp. Copt. AEth. Arm. Syr. poſt.* c. aſt. *Vulg. harl. Beda* prob. *Whitbyo.* reprobb. *Bengelio, Wetſtenio, Griesbachio.*

pres, μυωπαζων reddens per: *manu tentans*, vt coeci facere ſolent. Καθαρισμος — ἁμαρτιων pro καθαρισμος απο των παλαι αυτῳ οντων ἁμαρτ. Tota vero haec formula ſpectat ad baptiſmum Chriſtianorum, cui, ex baptiſmo proſelytorum, praeter alia commoda, ſymbolum *puritatis animi*, lotione atque ſubmerſione corporis adumbratae, inerat. cf. Eph. 5, 25. 26. Ληθην λαμβανειν, alias ληθην ποιεισθαι, ληθην εχειν, μνημην ϗ λαμβανειν, i. q. ληθεσθαι, επιλανθανεσθαι, i. e. *obliviſci*, ſenſuque populari, quo h. l. ſumendum eſt, αμελειν, *negligere*. Sic apud *Joſephum* ant. 2, 6, 9. τῆς εξϗσιας ΕΠΙΛΑΝΘΑΝΕΣΘΑΙ. *Philo* de exſecrat. p. 936. C. ΛΗΘΗ τῆς συγγενϗς και πατριϗ διδασκαλιας, Plura dabunt *Wetſtenius*, *Loeſnerus*, *Krebſius*, et *Erneſti* ad *Callim. Del.* 34. Neque Latinis verbum *obliviſci* hac ſignificatione incognitum eſt. *Virg.* Georg. l. 2. v. 59. AEn. 11, 866. vbi *Burmannus* et *Servius*. Senſus igitur hic eſſe videtur: *non amplius baptiſmo ad ſanctam vitae rationem ſe commotum ſentit.* Quem quidem ſenſum in animo habuiſſe crediderim eos omnes, qui ληθην λαμβανειν hic per *obliviſci* ad verbum reddiderunt; quare miror *Krebſium*, hanc interpretationem eam ob cauſam reprehendentem, *quia ne vnus quidem homo animo fingi poſſit, qui oblivīſcatur, ſe aliquando baptiſmo eſſe lavatum.* Ceterum phraſi apoſtolicae, ſimilis eſt illa *M. Antonini* 4, 29. τυφλος, ὁ καταμυων νοερῳ ομματι.

10. Σπεδασατε, pro σπευδαζετε, q. v. 5. σπευδην παρεισενεγκαντες. Κλησις, *felicitas, ad quam in regno Meſſiano olim percipiendam religione chr. invitamur.* vid. exc. 2. Εκλογη, ſyn. voc. κλησις. vid. ad Jac. 2, 5. Βεβαιαν ποιεισθαι την κλησιν, *ita agere, vt certam hujus felicitatis*

σθαι ταῦτα γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. οὕτω 11
γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν
αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ
Χριστοῦ.

Διὸ

citatis exſpectationem animo concipere poſſimus. Ταυτα, iterum ad virtutes v. 5. 6. 7. commemoratas ſpectat. Ταυτα ποιοντες vero, pro εαν ταυτα ποιητε. Πταιειν, (alias σκανδαλιζεσθαι,) proprie *impingere*, hinc *infelicem fieri*, metaphora a via deducta, cum qua vita noſtra comparari ſolet. Poſſis vero etiam κλησιν et εκλ. accipere pro *ipſa religione chr.* (vid. eundem exc. 2. et Jac. 1. c.) βεβαιαν ποιεισθαι την κλησιν vero, pro: *firmare noſtram de rel. chr. perſuaſionem*, πταιειν denique pro *delinquere*, ita vt ſenſus oriatur hic: *ſtudeatis velim, vt firmam vobis de rel. chr. perſuaſionem acquiratis; quod ſi feceritis, in nulla re delinquetis.* Praefero tamen priorem explicationem, tum propter nexum cum v. 11. tum propter voc. ταυτα, quod etiam v. 9. de virtutibus illis intelligendum erat.

11. Ratio additur, cur virtuti ſtudere, praeceptisque div. obſequium praeſtare debeant Chriſtiani. Ουτω, i. e. εαν σπουδασ. βεβαιαν ποιεισθαι την κλησιν ὑμων, q. paullo ante ταυτα ποιοντες. Επιχορηγειν, (vid. ad 1 Petr. 4, 11.) Metaphorae a via (εισοδῳ) repetitae convenientius forſan fuiſſet δεικνυειν. Πλουσιως, adverbialiter verbo επιχορ. jungitur, quod adjective jungendum fuiſſet cum βασιλ. I. X. niſi πλουσ. ad exprimendam *benignitatis div.* notionem referri malueris (vid. infra verſ. noſtr.) βασιλεια I. X. alias βασιλεια των ουρανων, βασ. του Θεου, i. e. *ipſa* ευδαιμονια olim εν τῃ βασ. I. X. *obtinenda.* vid. *S. V. Koppii* exc. 1. in epp. ad Theſſ. Αιωνιος dicitur, ad *ſummae* felicitatis notionem eo penitius exhauriendam. Εισοδος vero εις βασ. I. X. metaphora remota, quod nos vulgari ſermone dicimus: *Theilnahme an dieſer Glückſeeligkeit.* Σωτηρ, vid. ad v. 1. Senſus hic eſſe videtur: *Quod ſi feceritis, Deus, pro ſingulari benignitate ſua, participes vos reddet ſummae felicitatis, olim in regno Meſſiano obtinendae.*

12 Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τού-
των, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ
13 ἀληθείᾳ. δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ
τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει·
εἰδὼς

VARIAE LECTIONES.

12. Pro ουκ αμελησω habent μελλησω ABC. 25. 27. 29. *Vulg. Copt.* Quam quidem lectionem *Millius* et *Bengelius* textus lectioni aequalem censent.

12 — 15. Jam vero, cum tanta ex religione chr. felicitas ad Christianos redundet, nec diu se hac vita adhuc fruiturum esse sentiat, se non destiturum esse ap. asseverat, hortari Christianos, vt salutari huic religioni morem gerant. Διο, *quare* sc. *cum tanta sit religionis praestantia ,atque vtilitas.* Ουκ αμελησω ὑπομιμνησκειν, pro σπουδασω ὑπομ. vel αδιαλειπτως ὑπομνησω ὑμας. Περι τουτων, tam ad praecepta v. 5. 6. 7. quam ad commoda religionis chr. v. 11. spectare videtur. Καιπερ ειδοτας, sc. ταυτα, *quamvis ea vobis, etiam me non monente, jam satis cognita esse, persuasum habeam.* Εστηριγμενους, iterum pro καιπερ εστηρ. Αληθεια ex hebr. אמת, perpetuum est de *rel. chr.* vid. ad 1 Petr. 1, 22. Αληθεια παρουσα sc. ὑμιν, i. e. *religio, quam hucusque professi estis.* Εστηριγμ.-αληθειᾳ, i. q. στερεοι τῃ πιστει. 1 Petr. 5, 9. *qui inconcussa de rel. chr. persuasione gaudent.*

13. Δικαιον δε ἡγουμαι. sc. ειναι, *fas esse puto, — officio mihi duco.* vid. *Wetst.* Εφ' ὅσον, sc. χρονον. Ειναι, pro ζην, βιουν. Εν τουτῳ τῳ σκηνωματι, pro εν τουτῳ τῳ σωματι. (vid. var. lect. ad v. 14.) Hebraeos enim Job. 4, 19. Sap. 9, 15. atque Graecos, et inter hos Plantonicos potissimum atque Pythagoricos, corpus appellari solitos fuisse σκηνη, σκηνωμα &c. quia anima *ad tempus* tantum in eo versatur, ab *Elsnero* p. 145. *Albertio* p. 360. *Wetstenio* ad 2 Cor. 5, 1. (qui locus nostri simillimus est,) aliisque, ingenti locorum multitudine abunde confirmatum est, quae huc transscribere, nimis longum atque superfluum foret, cum res nota atque manifesta sit omnibus. Hinc adeo *Hesych.* σκηνος inter alia reddit per σωμα. Εφ' — σκην. igitur tropo remoto sibi vult: *dum adhuc in his terris vivo.* Διεγειρειν ὑμας, *excitare vos,* sc. *ad observanda religionis chr.*

prae-

εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, 14
καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι.
σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν 15
ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι.

Οὐ

VARIAE LECTIONES.

14. Pro σκηνωματος habent σωματος 16. 23. 37. 39. Syr. Codd. Lat.

praecepta. Ad mitigandam vero verbi διεγειρειν significationem, quasi e *somno suscitari* debeant, (de quo διεγειρειν voc. proprium est,) stimulisque atque incitamentis ad recte agendum adhuc indigeant Christiani, statim addit εν ὑπομνησει, pro δι' ὑπομνησεως, *commonefaciendo;* (*durch bloſſe Anerinnerung an Eure Pflichten,*) ὑπομνησις enim minus est, quam παρακλησις. cf. *Polyb.* p. 360. ΥΠΟΜΝΗΣΕΩΣ μονον, παρακλησεως δ' ϑ προσδει. Plura dabit *Loesnerus.*

14. Allegoriae, semel inchoatae, inhaerens, obitum imminentem praedicit ap. Ταχινη — σκηνωματος, pro ταχεως, i. e. ευθεως, vel αυτικα το σκηνωμα αποθησω, vel καταλυσω, 2 Cor. 5, 1. quae quidem vox propria est *tabernaculis detendendis*, αποτιθεσθαι enim proprie de *vestibus exuendis* dici solet. Act. 7, 58. vnde hic per similitudinem ad tabernaculum s. corpus, tanquam animae vestimentum transfertur; quomodo et γυμναι dicuntur, *qui corpore exuti* sunt; 2 Cor. 5, 3. Tropo remoto sensus est: *brevi me moriturum esse sentio.* Καθως — μοι. Vtrum Petrus hoc ex dictis Christi Joh. 21, 18. 19. collegerit, an alia occasione oblata a Christo de morte imminente certior factus sit, deficientibus historiae documentis, in medio relinquendum est. Ceterum nata esse videtur ex his verbis visio illa, quam Petro proxime ante mortem a Christo oblatam, veteres quidam tradiderunt.

15. Εκασοτε, *semper, vbivis,* tam ad σπευδασω, quam ad εχειν ὑμας referri potest. Εχειν ὑμας, suppl. ὡσε εχειν ὑμας τι, *vt habeatis aliquid, quo haec in memoriam vobis revocetis*, i. e. *vt haec in memoriam vobis revocare possitis.* Sic εχειν Matth. 18, 25. Luc. 7, 41. Marc 14, 8. Εξοδος sc. εκ τε κοσμε vel εκ τε βιε est euphemismus *mortis*, cf. Luc. 9, 31. *Jos.* ant. 4, 8. 2. ου γαρ επ' ΕΞΟΔΟΥ τε ζην

16 Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ

δυσχεραινοντας καταλιπειν. vid. *Suicerum* t. v. εξοδος. Την κ. τ. λ. ſuppl. ὥστε την κ. τ. λ. Τῶν, iterum ad virtutis praecepta, v. 5. 6. 7. commemorata, ſpectare, ex nexu apparet. Μνημην ποιεισθαι, *mentionem facere alicujus rei*, h. n. pro anteced. αναμιμνησκεσθαι. Vulgo ap. de literis ſuis, quibus efficere ſtuduiſſet, vt etiam poſt diſceſſum ſuum memoriam adhortationum ſuarum recolerent, loqui putatur, niſi forte ad evangelium Marci haec ſpectent, quod Petrus conſcribendum curavit. cf. inprimis v. 16. vbi de miraculis Chriſti a ſe enarratis ſermo eſt, de quibus tamen narratio vberior in *epiſtolis* Petri nullibi occurrit.

16—21. Sperat autem ap. fore, vt Chriſtiani doctrinae ſuae eo libentius fidem atque obſequium praeſtent, tum quia rerum a Chriſto geſtarum teſtis fuerit oculatus, et voce illa, qua Deus Chriſtum pro filio ſuo declaraverit, a ſe audita, de divina ejus natura, certiſſime perſuaſus ſit; v. 16—18. tum quia ſcriptis V. T. ſaepius legendis firmiorem in dies reddere poſſint ſuam de veritate religionis chr. perſuaſionem. 19—21. Σοφιζειν, proprie *ſapientem reddere*, 2 Tim. 3, 15. hinc *argute aliquid*, *more Sophiſtarum*, *comminiſci*. μυθοι σεσοφισμενοι igitur ſenſu deteriori h. n. ſunt *fabulae*, *ad decipiendos hominum animos artificioſe excogitatae atque exornatae*. (Sic apud *Joſ.* b. i. 2, 3. τοιστοις ΕΣΟΦΙΖΕΤΟ τον Τιτον. et ap. Auctorem 2 Alleg. p. 72. E. ἡ μεν γαρ (ἡδονη) ΣΟΦΙΖΕΤΑΙ και παραγει τον νεον. Plura vid. apud *Loeſnerum*, *Scheffer.* ad Phaedr. I. prol. v. 7. *Valeſium* ad Mauſſaci notas in Harpocrat. p. 122.) Hos vero μυθους *Ez. Spanhemius* (de vſ. et praeſt. num. T. I. p. 426. et ad *Callim.* hym. in Apoll. v. 13. p. 56. et 160.) *Jac. Elſnerus* p. 411. alii, vocabulis δυναμις, et παρουσια τ. Χρ. adducti, ad fabulas de *apparitionibus Deorum*, quibus aut aegrotis ſalus, aut adflictis ſolatium, aut laborantibus praeſidium adferri putabatur, (cf. *Diod. Sic.* l. 1. p. 15. *Dionyſ. Hal.* l. 2. p. 128. *Hor.* l. 1, od. 35.) alii vero ad μυθους *gentilium de variis Diis eorumque ortu* etc. infinito numero et admirabili arte excogitatos, alii denique, in quorum numero etiam eſt *Wolfius*, ad *omnes ejusmodi fabulas*, *quae tum*

Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. λαβὼν γὰρ παρὰ 17
Θεοῦ

tum inter Chriſtianos ex praepoſtera vel paganorum philoſophorum, vel Cabbaliſtarum, genealogias ſuas crepantium, imitatione hauſtas, ſpargi coeperant, referre ſolent. Prior explicatio ex longinquo repetita videtur; ex duabus poſterioribus vero, quam praeferam ipſe, dubius haereo. Ουκ — εξακολουθησαντες εγνωρισαμεν, pro ουκ ηκολουθησα, ὁταν εγν. *non ſequutus ſum fabulas, ad imperitam multitudinem decipiendam callide excogitatas, in enarrandis rebus a Chriſto geſtis*, i. e. *enarrationem de rebus geſtis J. C. non hauſi ſ. compoſui ex fabulis ejuſmodi argute inventis. Joſ.* in prooem. antiq. §. 4. οἱ μεν γαρ αλλοι νομοθεται τοις μυθοις ΕΞΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΝΤΕΣ, των ανθρωπινων ἁμαρτηματων εις τας Θεους τω λογω την αισχυνην μετεθηκαν. κ. τ. λ. *Ariſtoph.* Nub. v, 547.

Αλλ' αιει καινας ιδεας εισφερω
(forſan εισφερων)ΣΟΦΙΖΟΜΑΙ
Ουδεν αλληλαισιν ὁμοιας, και
πασας δεξιας.

Γνωριζειν, i. q. διδασκειν, διηγεισθαι. Δυναμις et μεγαλειοτης, ad *miracula a Chriſto patrata* ſpectare, manifeſtum eſt. cf. Luc. 9, 23. Act. 2, 11. Παρουσιαν τυ Χριστυ, *Hammondus*, et qui eum ſequuntur, de *adventu J. C. ad exitium Hieroſolymorum*, *Coccejus* vero aliique de *adventu J. C. ad judicium univerſale de hominibus habendum*, intelligunt; ſed neutram explicationem nexus admittit: praefero equidem ſententiam eorum, qui παρουσιαν pro *adventu Chriſti in hunc mundum*, et pro *vita ejus in his terris peracta* omnino accipiunt, (vid. ad Jac. 5, 7.) et δυναμιν κ. παρουσιαν vt ἑν δια δυοιν explico per παρουσιαν δυνατην, *vitam, miraculorum a Chriſto perpetratorum ſplendore atque majeſtate inſignem.* Επόπται, alias αυτόπται, quos vulgari ſermone *teſtes oculares* dicere ſolemus. Apoſtolum vero in hoc vocabulo de *myſteriis gentilium* cogitaviſſe, qui eos, quos altero, vel, vt plurimum, quinto ab initiatione anno, probe eruditos, ad inſpicienda myſteria admittebant, επόπτας, et επόπτευειν dicebant, id quod *Elſnerus* magna locorum abundantia confirmavit, vix crediderim, cum de myſteriis hic ſermo non ſit. Επόπται γενηθεντες, pro αλλα διοτι ην επόπτης.

17. Λαβων γαρ ſc. ην, pro ελαβε γαρ. γαρ vero eſt particula tranſeundi. Θεος πατηρ,

Θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, „οὗτός ἐστιν ὁ
18 υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα.“ Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν σὺν

vid. ad 1 Petr. 1, 3. Τιμη και δοξα, hebr. הוד והדר iterum vt hendiad. per τιμη ενδοξος, *honor maxime gloriosus*, explicari potest. λαμβανειν vero τιμην και δοξαν, pro simpl. τιμασθαι και δοξασθαι etiam apud bene Graecos occurrit. *Thucyd.* 4, 17. εχουσι μεν, ὡν κρατειτε, ΠΡΟΣΛΑΒΟΥΣΙ δε ΤΙΜΗΝ ΚΑΙ ΔΟΞΑΝ. *Pausanias* Att. 25. εστηκε δε και Ολυμπιοδωρος, μεγεθει δε, ὡν ἐπραξε, ΛΑΒΩΝ ΔΟΞΑΝ. cf. *Lucian.* V. H. 2, 3. Φωνης ενεχθεισης, sc. ουρανωθεν, s. εκ του ουρανου. vid. v. 18. *Plut.* Caes. p. 707. E. ταυτης της ΦΩΝΗΣ ΕΝΕΧΘΕΙΣΗΣ προς Καισαρα. Αυτῳ, *in honorem ejus.* Ὑπο της μεγαλοπρεπους δοξης, pro περι τ. μεγ. δοξ. sc. Ιησου X. vt sensus prodeat hic: *cum vox audiretur, ad declarandum div. ejus honorem*, quod paulo ante vno verbo αυτῳ exprimebatur. *Grotius* vero, et interpp. quos inspexi fere omnes, δοξ. μεγ. ex hebr. כבוד, de *Deo ipso* intelligi volunt, et id quidem bene per se, sed parum ex nexu. Ὁ υἱος μου, vid. *S. V. Koppii* exc. 2. in ep. ad Gal. Εις ὁν ευδοκ. pro εν ᾧ ευδ. hebr. אשר בו רציתי, i. q. αγαπητος.

18. Συν αυτῳ οντες, pro διοτι συν αυτῳ, s. παρ' αυτου ημην. Marc. 3, 21. Totum hunc locum ad Matth. 17, 1. sqq. spectare, vbi Petrus cum Jacobo et Johanne in monte quodam Galilaeo vocem illam audivisse narratur, omnes consentiunt interpretes, praeter *Grotium*, qui vllum alium montem, praeter *montem Moriae*, in quo templum, Deo sacrum, exstructum erat, ορος ἁγιον dici posse, negans, haec verba ad rem Joh. 12, 28. enarratam referri mavult, cui plures interfuerint, quos inter, non sit quod miremur, fuisse etiam Simeonem eum, quem epistolae auctorem fingit, cum ille ipse *Eusebio* dicatur αυτοπτης και αυτηκοος του Κυριου, et, *Hegesippo* teste, mortuus sit, cum esset annorum CXX. Sed vt taceam de eo, quod Simeon ille pro epistolae auctore haberi nequit, obstat etiam, quod apud Johannem, verba prorsus alia leguntur, sc. haec: εδοξασα, και παλιν δοξασω, nam, quae *Grotio* incidit, suspicio, verba: τοιασδε — ευδοκησα, vt alia

σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ. Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ, καλῶς ποιεῖτε, προσέχοντες, 19

alia quaedam, addita esse ab illis, qui omnino hanc epistolam Petri *apostoli* credi voluerint, paulo audacior videtur, nec vllius codicis auctoritate suffulcitur. Ad voc. ορος ἁγιον vero, quod attinet, cur mons ille Galilaeus, ob id ipsum, quod *divina* ista vox in eo audiebatur, non item ἁγιος dici potuerit, equidem non video. Tenemus igitur, in tanta hujus loci cum Matth. 17. similitudine, vulgarem interpretationem, qua haec omnia ad Matthaei narrationem referri solent. (Vid. de tota hac re prolegom.)

19. 20. 21. Quomodo haec commata cum antecedentibus cohaereant, vid. ad v. 16. Και, h. n. *praeterea*, *insuper*, *audem*, *überdem*. Βεβαιοτερον. Noli argutari in comparativo, quasi, quae plurium tam veterum, quam, recentiorum interpretum sententia est, hic propheticus sermo *firmior* dicatur, comparatione facta, vel cum mythis illis v. 16. commemoratis, vel cum miraculis a Christo perpetratis, v. 16. vel cum voce illa divina in monte sacro audita, v. 17. 18. vel denique cum temporibus istis, quibus vaticinia de Christo eventu nondum confirmata erant. Malim equidem, cum vnicuique argumento propria sua vis constet, nec ap. v. 20. 21. tam in eo sit, vt hujus argumenti prae caeteris praestantiam, quam potius firmitatem omnino demonstret, ex populari scribendi genere, quo apostoli vtuntur, βεβαιοτ. vel cum *Beza* per *firmissimum*, vel cum *Syro* et *Luthero* simpliciter per *firmum* explicari. Εχομεν, non solum ad Petrum, sed etiam ad reliquos apostolos, Christianosque omnes, spectare putaverim. Προφητικος λογος. Sunt qui formulam hanc ad *scripta Mosis*, et *typicas potissimum vmbras* quae in iis contineri putabantur, restringant, nec id quidem contra vsum loquendi, siquidem προφ. λ. observante *Loesnero*, etiam ap. *Philonem* hoc sensu legitur. De Plant. Noë p. 230. D. τον τεσσαρα αριθμον, πολλαχου μεν της ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ μαλιστα δε εν τῳ καταλογῳ τϐ παντος γενεσεως αποσεμνυνειν εοικεν ὁ ΠΡΟΦΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ. Add. 2 Alleg. p. 68. C. και Μωσης δε ὁ ΠΡΟΦΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ φησιν. Malim vero, προφ. λ. vt προφητεια v. 20. suadente nexus ratione, vel de *toto scriptorum prophe-*

ἔχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ ἕως οὗ

propheticorum ambitu, vel de *vaticiniis* potiſſimum *de Jeſu Meſſia pronuntiatis* intelligi. (vid. ad 1 Petr. 1, 10.) Jam totus hic locus vulgo reddi ſolet ſic: *praeterea etiam firma prophetarum vaticinia habemus;* ſed tunc, ſi quid video, art. τον plane omitti debuiſſet. Junxerim equidem βεβαιοτερον cum εχομεν in ſenſum hunc: *praeterea etiam vaticinia prophetarum de Chriſto pro firmis* i. e. *pro firmo doctrinae noſtrae argumento habemus*, quatenus ſc. a ſpiritu div. profecta, atque eventu confirmata ſunt. vid. v. 20. 21. Ὡι, ſc. λογῳ. Καλως ποιειτε, vid. ad Jac. 2, 19. Ὡι — προσεχοντες, reſolvendum per: και καλως ποιησετε, εαν τατῳ τῳ λογῳ προσεχητε, (ſc. τον νεν.) *et ſaluti veſtrae optime conſuletis, ſi ad haec prophetarum vaticinia* (*animum*) *attenderitis*, idque ex graeciſmo nil amplius, quam: *recte*, *merito*, *praeclare animum advertitis*. Ex eodem dicendi genere ſunt loca haec: *Joſ.* ant. 11, 6. 12. ὁις (γραμματσι Αμανε) ποιησετε καλως μη προσεχοντες. *Demoſth.* epiſt. p. 108. ὁι θεοι καλως ποιουντες σωσαντες την πολιν. cf. Act. 10, 33. Sequitur ratio, cur ap. ad inveſtiganda prophetarum ſcripta Chriſtianos hortetur. Αυχνος, neque de *lucernis ſacris*, nocturno tempore accendi ſolitis, et vſque ad luciferi ortum ardentibus, neque de *candelabro aureo*, *quo ſanctum tabernaculi illuminabatur*, ſed ſimplicius, atque conſilio apoſtoli convenientius de *lucerna quavis*, et, tropo remoto, de *doctrina*, *erroribus libera*, intellexerim. cf. Pſ. 119, 105. Prov. 6, 23. vt taceam apoſtolum, ſi de candelabro ſ. cogitaſſet, λυχνιαν non λυχνον dicere debuiſſe; nam candelabrum illud perpetuo λυχνια audit apud Alex. vti candelae, huic candelabro impoſitae, λυχνοι vocantur. Αυχμηρος, proprie *ſqualidus*, *ſordidus*, (ab αυχμος, *ſiccitas ex aeſtu vehementi*, *ſqualor.*) Jam vero, quia res ſordidae ſplendore carent, αυχμηρος ſ. αυχμωδης, hinc valet *tenebroſus*. *Ariſtoteles* de color. opponit το γιλβον και λαμπρον τῳ αυχμηρῳ, και αλαμπει. *Heſ.* αυχμηρον, ξηρον, σκοτωδες. *Pollux* 5, 110. χωριον — νοσερον, ζοφωδες, αυχμωδες, αυχμηρον. Αυχμηρος τοπος neque ad *templum*, neque cum *Wolfio* ad καρδιαν, ſed ad *quemvis locum obſcurum* retulerim. Ὡς — τοπῳ vero reſolverim ſic: ὁμοιος γαρ εστιν ὁ προφητικος λογος λυχνῳ φαινοντι εν τ. α. Pergit ap. in amplificanda metaphora ſemel inchoata. Ἑως — διαυγαση, noſtrum: *bis der Tag anbricht.*

οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. τοῦτο πρῶτον

anbricht. Και — ανατειλη, ex paralleliſmo i. q. ἑως — διαυγ. Εν ταις καρδιαις ὑμων, ap. addit, vt ἡμ. et φωσφ. non proprie intelligenda, ſed ad *intellectum erroribus liberatum* transferenda eſſe, ſignificet. cf. Joh. 1, 9. Eph. 5, 15. Apoc. 22, 15. Jeſ. 58, 10. Pſ. 96, 12. et *Philo* de decal. T. 2. p. 188, 27. ὁι μεν τοις χρησμοις αξιωντες ειναι καταπειθεις, ὡς εν εσκιῳ φωτι τον αει χρονον βιωσονται, τας νομιας αυτας ΑΣΤΕΡΑΣ εχοντες ΕΝ ΨΥΧΗι ΦΩΣΦΟΡΟΥΝΤΑΣ. et de princ. conſt. προφητη δε ὁδεν αγνωσον, εχοντι ΝΟΗΤΟΝ ΗΛΙΟΝ ΕΝ ΕΑΥΤΩι. Jam ſi a tropo receſſeris, ſenſus remanet hic: *ſcrutemini velim vaticinia prophetarum; ex his ipſis enim homines, in errorum et ignorantiae nocte ante Chriſtum viventes, aliquam ſaltem futuri Meſſiae cognitionem hauſerunt, qua, abſque his vaticiniis, prorſus caruiſſent, vſque dum Chriſtus ipſe, in mundum veniens, ſalubberrimam ſuam doctrinam hominibus tradidiſſet.* Quodſi vero φαιν. διαυγ. et ανατ. pro imperfectis ſumere dubitaveris, ſenſus etiam commode conſtitui poteſt ſic: *vti candela non totam quidem domum, ſed partem tantum illuceſcit; ſic etiam vaticinia prophetarum totum quidem religionis chr. ambitum non continent, ſed magnam ei tamen lucem affundunt; quare vaticinia illa magis magisque ſcrutemini velim, donec his ipſis et doctrina noſtra ad pleniorem J. C. religionisque chr. cognitionem pertigeritis.* Grotiana vero hujus loci explicatione nil vidi durius, nihilque longius repetitum. Intelligit magnus ille vir ανχμηρον τοπον de *homine prophetiae dono carente*, quia Mich. 2, 1. Ezech. 21, 2. prophetia *ſtillatio* vocetur, ἡμεραν vero et φωσφορον de *prophetia ipſa*, quia haec Jud. 13, 8 et Dan. 5, 14. φωτισμος, et Jeſ. 9, 2. *lucifer* appelletur; ita vt ſenſus prodeat hic: *cum vos prophetiam nondum habeatis, opus eſt, eam tantiſper ab aliis foeneremini, donec vos ipſi donum propheticum a Deo conſequamini.* Ceterum apte ad ſenſum ſupra prolatum Diana et Minerva φωσφοροι dicuntur apud *Plat.* πολιτ. p. 353. ἡ μεν ευμενων εις φως αγουσα τας αφανεις λογας της φυσεως, εστι φωσφορος. ἡ δ', ὡς νοερον φως αναπτουσα ταις ψυχαις. Cf. etiam Apoc. 22, 16. Joh. 1, 9.

20. Τουτο, ſuppl. δε. Πρωτον, h. n. i. q. προ παντων. Γινω-

τον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γρα-

Γινωσκοντες, alias ειδοτες, pro δει γινωσκειν ὑμας. Προφητεια, h. n. *vaticinium* (vid. ad 1 Petr. 1, 10.) Πασα προφητεια, q. προφητειαι παντων των προφητων. Γραφης, pro εν τη γραφη. (vid. ad Jac. 2, 8.) Ιδιας επιλυσεως ου γινεται. Verba haec ab aliis aliter explicantur. Potiora examinasse sufficiat. Prima interpretum classis eorum est, qui επιλυσιν ad *vaticinia prophetarum* referunt, Petrumque id in animo habuisse existimant, *quod omnis prophetia, omnisque promissio, a prophetis literis mandata, nec eventu frustrari, nec vllo modo irrita fieri possit, sed prorsus immutabilis sit.* Sed επιλυσιν et επιλυειν nullibi hoc *destruendi* sensu me legere memini, nam loca ea, quibus λυειν vel καταλυειν hac significatione occurrunt, prorsus huc non pertinent, siquidem a significatu verbi simplicis ad vim verbi compositi argumentari non licet, nisi vsus scriptorum accesserit. Alii, qui classem secundam constituunt, επιλυσιν ad *prophetas ipsos* spectare rati, sententiam apostoli huc revocandam esse consentiunt: *prophetas non pro arbitrio suo vaticinia eloquutos esse*, quanquam et ipsi in hoc sensu ex verbis eliciendo diversas vias ingrediantur. Nonnulli enim επιλυσιν ab επερχομαι, vel ab antiquo επελευθω, quod Luc. 1, 25. de *superveniente spiritu div.* et ap. *Arrian.* p. 2. de exp. Alex. de *cogitationibus in mentem nobis venientibus*, dicitur, quam ab επιλυειν derivari malunt, ita vt ap. negare videatur, *prophetias virtute quadam menti humanae propria et naturali provenire.* Sed vti ελευσις, εξελευσις, εισελευσις, προσελευσις, recte a verbo ελευθω derivantur, sic etiam επιλυσις, vt ab ελευθω derivari possit, επελευσις, vel επηλυσις, vt alibi, audire debuisset. Sunt etiam qui επιλυσιν de *emissione eursorum e carceribus* olim adhibitum, et hinc ad prophetas, *qui non a se, sed a Deo missi currerent*, translatum esse, contendant; sed hunc vsum loquendi nondum satis confirmatum esse, contra *Hammondum*, idem adserentem, ostendit *Io. Clericus*, in annott. ad illum, qui tamen ipse non magis recte επιλυσιν de *solutione oris* intelligit; nam λυεσθαι id quidem, at non επιλυεσθαι dici posse, *Lamb. Bos* jam observavit. Rectissime omnium, et vsui loquendi convenientissime hunc sensum tuentur ii, qui επιλυσιν pro *interpretatione* retinentes, apostolum contendere existimant: *prophetas in vaticiniis suis non suam mentem aut*

γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.

οὐ

VARIAE LECTIONES.

20. Loco επιλυσεως habet διαλυσεως 9. — επηλυσεως Grot. Steph. Calixt. Curcell. A. Morus. — επιλευσεως Hemming Heinſ. — εμπνευσεως Junius. Sed haec omnia ex conjectura.

aut propriam voluntatem, ſed mentem voluntatemque divinam interpretatos eſſe. Sed vti hoc, ſi quid ſentio, duriſſime exprimitur per ιδιας επιλ. γιν. ſic etiam eadem ſententia v. 20. ſtatim repetitur. Tertia denique interpretum claſſis ιδιαν επιλυσιν ad *homines* refert, *qui vaticinia prophetarum legere et explicare conantur*, ſenſumque hujus loci conſtituit ſic: *vaticinia prophetarum non ex proprio arbitrio explicanda, ſed omnia interpretationis ſubſidia recte adhibenda ſunt.* Tum totus hic locus a πασα - γινεται ſic reſolvendus eſſe videtur: πασα προφ. εν τῃ γραφῃ ϗ γινεται (vel εστι) προφητεια ſ. εργον) ιδιας επιλ. Atque pro hac quidem interpretatione tam ex vſu loquendi, quam ex nexu, ſatis multa repeti poſſunt praeſidia. Επιλυειν enim et επιλυσιν *interpretandi* ſ. *explicandi* ſenſu adhiberi, dubitari nequit. cf. Marc. 4, 34 Act. 19, 39. *Philo* de vit. cont. p. 901. A. ζητει τις τι των εν τοις ἱεροις γραμμασιν, ϗ και ὑπ' αλλϗ προταθεν τι ΕΠΙΛΥΣΑΙ, φροντιζων μεν ϗδεν ΕΠΙΛΥΣΕΩΣ. Plura dabunt *Loeſnerus*, *Boſius*, alii. Quae quidem ſignificatio mirifice etiam adſtruitur eo, quod *Aquila* hebr. פחר Gen. 40, 8. per επιλυομενος, et פתרנים per επιλυσιν expreſſit, qua voce et *Symmachus* Hoſ. 3, 4. voc. חרטים reddidit. Cf. etiam Geneſ. 41, 12. vbi in explicatione ſomnii, a Joſepho facta, *Alexandrini* in codd. nonnullis addunt: τα ενυπνια ἡμων, ανδρι κατα τε ενυπνιον αυτϗ ΕΠΕΛΥΣΕΝ. Ιδιαν vero προφητειαν eam eſſe, *quae vnicuique arrideat*, *quaeque* ϗ θεληματι ανθρωπϗ (v. 21.) *proficiſcatur*, ex formula ſimili ιδιος νϗ Rom. 14, 5. clarum fit; vnde etiam ιδιωγνομονες Graecis dicuntur ii, *qui pertinaciter opiniones ſuas tuentur.* Ad quam quidem phraſeos proprietatem accedit etiam nexus ſermonis. Nempe cohortatus erat ap. Chriſtianos, ad ſcripta prophetarum legenda; quid quaeſo jam magis in promtu erat, quam vt de iis rite legendis, recteque intelligendis monitum ſubjungeret, rationemque huic monito v. 21. adderet hanc: *non ex prophetarum arbitrio, ſed ex re-*

21 οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ'

revelatione divina vaticinia ipsorum profecta esse? Ceterum dignus est, qui ex *R. Eliae Karaei*, libro אדרת אליהו, transscribatur locus hic: *summa rei est, quod omnis expositio, cujus veritas eruitur ope ratiocinii, ex vno aliud inferentis, si cum dictis prophetiae conspirat, de ea dicemus: nostrum scrutinium est verum scrutinium; quoniam ejus conclusio consentit veritati. Suntque velut duae lampades in duabus manibus nostris, lucerna legis nostrae, et lucerna intellectus nostri. At vero si forte iis (prophetiae dictis) non consentiat, tunc dicendum est, quod ad fundum et finem hujus examinis penetrare non queamus humana sagacitate; et accipiemus, quod dictat prophetia. Etenim si possibile fuisset humano intellectui, omnia quae intelligi debent, secundum omnes vias suas et propositiones, notitia complecti, prophetia non fuisset opus. Verum jam data est prophetia, vt suppleat intelligendorum notitiam, hac parte, qua per lumen intellectus ea attingere nequimus.*

21. Θελήματι ανθρωπε, pro εν vel δια θελήματος ανθρ. i. e. ὅταν εθελησαν οἱ ανθρωποι, *loquuti sunt futura, non pro arbitrio, — non cum ipsi vellent.* Ενεγκω, vel φερω, pro composito προφερω, lat. *profero*, pro *eloquor*. Cf. *Philo* de legg. spec. T. 2. p. 343, 25. προφητης τε μεν γαρ ὁδεν ἰδιον αποφαινεται το παραπαν, αλλ' εστιν ἑρμηνευς επιβαλλοντος ἑτερῳ πανθ' ὁσα ΠΡΟΦΕΡΕΙ, κ. τ, λ. Ου — προφητειαι, resolverin sic: ὁδεις γαρ ανθρωπος εκ ἰδιᾳ θεληματος ποτε προφητειαν ηνεγκε, *nemo vnquam proprio impulsu vaticinia protulit*, vel *eloquutus est*. Cf. *Pollux* 1, 29. ἡκε μαντευμα εκ Θεᾳ. ἡκε λογιον, ΗΝΕΧΘΗ μαντευμα. Πνευμα ἁγιον, est *vis divina qua impulsi futura eloquebantur prophetae*; quae Graecis εκστασις, Latinis autem *furor poëticus* dicitur. Solemne vero est tam sacris quam profanis scriptoribus, πνευμα hoc, ad vim ejus eo efficacius exprimendam, *tempestati* comparare, quae omnia *secum rapit*. (φερει.) Hinc prophetae dicuntur πνευματι φερομενοι, vel vno verbo apud externos scriptores, Θεοφορητοι, *spiritu divino quasi volentes nolentesve abrepti*, i. e. *spiritu div. impulsi*, — *ad res futuras praedicendas idonei*, qui alias audiunt πνευματι λαβομενοι, κατεχομενοι, ενθουσιοντες. *Herod.* 8, 13. ΦΕΡΟΜΕΝΟΙ ΤΩι ΠΝΕΥΜΑΤΙ, και ουκ ειδοτες πῃ ΕΦΕΡΟΝΤΟ. *Longinus S.* p. 58. πολλοι γαρ αλλοτριῳ ΘΕΟΦΟΡΟΥΝΤΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, τον αυτον τροπον,

ὡς

ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν = οἱ: ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι.

Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς II. καὶ

VARIAE LECTIONES.

21. Pro οἱ ἅγιοι Θεϑ legunt απο Θεϑ ἅγιοι C. 27. 29. *Copt. AEth.* ἅγιοι τϑ Θεϑ A. ἅγιοι Θεϑ. 1. 4. 10. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 22. 23. 25. 26. 32. 33. 36. 37. 38. 39. 40. 45. 46. 47. Ed. *Complut. Plant. Genev. Syr. poſt.* Quare vocabulo οἱ omittendi ſignum adſcripſimus.

ὁν και την Πυθιαν λογος εχει. *Macrob.* 1, 23. *FERUNTUR divino ſpiritu, non ſuo arbitratu, ſed quo Deus propellit.* Λαλειν, q. προφητευειν. *vaticinari.* (vid. ad 1 Petr. 1, 10.) Ἅγιοι Θεϑ ανθρωποι. Junguntur hic, contra omnem tam V. quam N. T. vſum loquendi, duo prophetarum cognomina, mere ſynonyma: ανθρωποι ϑεϑ, אנשי אלהים, 2 Reg. 4, 40. et ανθρωποι ἁγιοι, אנשים קדשים; quare, niſi codicum conſenſus vtrumque voc. Θεϑ et ἁγιοι tueretur, alterutrum pro gloſſa marginali habuerim. Vtrumque vero ſignificat *viros, qui ſingulari quadam ratione cum ſummo numine conjuncti eſſe. et familiaritate quaſi divina frui, putabantur* Cf. cum tota hujus loci ſententia *Philo* de Monarch. I. p. 222, 1. ad Deut. 18, 18. αλλα τις επιφανεις εξαπιναιως προφητης ϑεοφορητος ϑεσπιει, και προφητευσει λεγων μεν οικειον μηδεν, ουδε γαρ, ει λεγει, δυναται καταλαβειν ὁγε κατεχομενος ὑτως και ενϑσιων. ὁσα δ' ενηχειται, διελευσεται, καϑαπερ ὑποβαλλοντος ἑτερϑ. Ἑρμηνεις γαρ εισιν οἱ προφηται Θεϑ καταχρωμενϑ τοις εκεινων οργανοις, προς δηλωσιν, ὡν αν εϑελησῃ. de vit. Moſ. T. 2. p. 125, 27 και μηδεν συνιεις τα ὑποβαλλομενα εξελαλει προφητευων ταδε. coll. p. 126, 11 et T 1, p. 125, 15. vid. ſupra ad 1 Petr. 1, 11. et *Wetſt.* in h. l.

Cap II. *Prophetarum* in fine capitis ſuperioris mentione facta, apoſtolus jam ex naturali aſſociandarum idearum lege ad *pſeudoprophetas falſosque magiſtros* cogitando devolutus, tam reprehendenda ſcelerata ipſorum vivendi ratione, quam deſcribendis ipſorum ſuppliciis, per totum hoc caput cavere conatur, vt ne Chriſtiani ab iis ſe decipi patiantur. Εγενοντο i. q. ησαν. Δε, pro και, *etiam*, ſc. *praeter veros prophetas*, quorum ap. paulo ante Cap. 1, 21. mentionem

καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐ-

tionem fecerat. Ψευδοπροφῆται, *homines, qui falso prophetarum nomen sibi arrogaverant.* Cf. 1 Reg. 22, 6. Jer. 28. Ezech. 13, 2. 23, 25. 28. Sap. 3, 4. Λαος, ex hebr. עם, κατ' ἐξοχὴν pro *populo Israëlitarum*, vti עיר pro *Hierosolymis*, נהר pro *Euphrate*, הר pro monte *Zion*, et *vrbs* in scriptis Romanorum pro *Roma* &c. Ψευδοδιδασκαλοι. *Grotius* Carpocratem ejusque socios, *Vitringa* vero, *Wolfius* et *Michaelis* Gnosticos, qui vitae licentiam, magistratusque contemtionem a Christianis non alienam esse putabant, *alii* denique alios hic respici putant. Ex nostro quidem judicio *falsos magistros omnino* hic intelligendos esse, in prolegomenis jam declaravimus. Vt tamen liberum vnicuique maneat judicium, vestigia ea, quae quisque pro sententia sua confirmanda in hoc capite deprehendere putat, indicare non omittemus. Αἱρεσις, initio sensu bono dicebatur id, *quando quis sententiam s. dogma aliquod praeceteris eligebat, electumque sequebatur.* Cf. Act. 5, 17. 15, 5. 24, 5. 14. 28, 22. Sequiori autem tempore *sectae, ex placitis humanis iisque falsis, vehementius defensis, oriri solitae*, et *placita ejusmodi humana, et religio falsa ipsa*, hoc nomine veniunt, quo quidem sensu et h. l. accipiendum est. Αἱρεσις απωλειας vero, ex hebraismo satis noto, est *secta abominabilis, perniciosa.* Παρεισαγειν αἱρ. απωλ. igitur est: *falsa ejusmodi principia clam vel subdole docere*, nos eodem sensu: *falsche Grundsätze einführen.* Saepius παρα in compositione pro *clandestino* apud Graecos occurrit. Cf. Gal. 2, 4. ibique *Raphelium* in notis Polybianis. Δεσποτης, hebr. אדני, i. q. κυριος, et, quamvis h. n. semper de *Deo patre* occurrat, Luc. 2, 29. Act. 4, 25. Jud. 4. Apoc. 6, 10. h. l. tamen de *Christo* intelligendum esse dubio caret, cum αγοραζειν, quod de hoc δεσποτῃ praedicatur, praeter Christum, nemini in N. T. hoc sensu competat. Loca V. T. enim, Deuter. 22, 5. 32, 6. Exod. 15, 16. quibus *Wetstenius* et *Benson* et h. l. vocabulum δεσποτης *Deo patri* vindicare conantur, ex genere longe alio sunt, nec vllo modo cum loci nostri contextu comparari debent. Αγοραζειν vero proprie quidem est *emere*, inprimis *redimere*, prouti servus captiuus pretio soluto redimitur; sed quoties Christus in N. T. dicitur αγοραζειν τους ανθρωπους, nil aliud esse

αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς 2 ἀσελ-

esse potest, quam: *liberare homines a suppliciis peccatorum:* Gal. 3, 13. 4, 5. 1 Cor. 6, 20. 7, 23. Ratio hujus vsus loquendi inde petenda est, quod peccatum cum *tyranno*, a quo captivi tenemur, peccator cum *servo captivo*, et vita peccatoris cum *servitute* s. *captivitate* comparari solet. Hinc peccata etiam vocantur ἐξασια τα σκοτος, et mors I. C. qua poenas a nobis ferendas, ipse tulit, λυτρον, Christus ipse vero λυτρον της ανθρωπας dicitur, facta allusione ad eandem metaphoram. vid. nos ad 1 Petr. 1, 18. Και αρνουμενοι, jam resolvendum est per: τουτ' εστιν αρνουνται, ειναι δεσποτην αγορασαντα αυτους, *redemtorem omnino esse negant*, vel, quod praetulerim: αρνουνται, τον δεσποτην ειναι αγορασαντα αυτους, *Christum redemtorem esse negant.* Haec omnia *Grotius* ad *Carpocratis socios* refert, dicentes, „cum natum patre Josepho, „et multos de Carpocratis grege ipsi pares, quosdam et superiores esse" *Iren.* l. 24. Επαγειν, et επερχεσθαι sunt loquendi rationes *suppliciis acceleratis* et *imminentibus* propriae. Επαγοντες — απωλειαν, resolv. per: και ὑτως ταχινως επαγουσι ἑαυτοις απωλειαν. *Grotius*, ex hypothesi supra prolata, απωλειαν de *bello Barchochebae* intelligi vult, cui Carpocratis discipuli, vt homines mundani, adhaeserint; nos vero απωλειαν pro *quovis suppliciorum genere* accipimus.

2. Και πολλοι, pro πολλοι δε. Ασελγειαι, de *quovis vitiorum genere* intellexerim, quibus haeretici isti homines diditi erant. Εξακολουθειν vero ασελγειαις τινος, est: *imitari scelera alicujus*, et ratio hujus vsus loquendi inde petita est, quod quaelibet vivendi ratio cum *via* comparari solet. Δι' ὁς. Ratio paulo concisior, pro: δια δε τας ασελγειας κυτων, των ψευδοδιδασκαλων. Ὁδος αληθειας, ex hebraismo cuique noto, pro ὁδος αληθης, i. e. *religio vera*, quo quidem nomine insignis est religio *christiana.* vid. infra 15. et Act. 19, 9. quanquam haec dicendi formula et apud externos scriptores occurrit: cf. *Pindari* Pyth. 3, 184

— — — Ει
Δε νοῳ τις εχει
Θνατων ΑΛΑΘΕΙΑΣ ὉΔΟΝ.

Δι - βλασφημηθησεται, igitur fundunt sensum hunc: *falsi isti doctores vitae imorobitate morumque pravitate aliis occasionem praebebunt, religionem nostram verissimam, cui ipsi non*

ἀσελγείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται, καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπο-

VARIAE LECTIONES.

2. ασελγειαις; pro vulgari lectione απωλειαις, ABC. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 45. 46. 50. 52. 56. Edd. *Complut. Plantin. Genev. Colinaei.* Verſſ. *Vulg. Syr. vtr. AEth. Arab. Copt. Armen. Polani Chryſoſt.* T. 7. p. 215. *OEcum.* in com. *Hieron.* in Thren. 2. probb. *Bengelio Beza, Hammondo, Whitbyo, Griesbachio.* Nec vſitate quis dicitur *ſequi alterius* perditionem; vt taceam de eo, lectionem ασελγ. etiam Judae loco parallelo v. 4. et infra v. 18. adſtrui. *Millius* vero, (quem ſequitur *Wolfius,*) difficiliorem lectionem απωλ. in faciliorem ασελγ. tranſmutatam eſſe, exiſtimat, et quidem ab iis, qui ignoraverint, απωλ. h. l. i. eſſe q. αἱρεσεσι της απωλειας. Sed in tanto, qui lectionem ασελγ. tuentur codicum, verſionumque conſenſu, huic ſuſpicioni vix locus eſſe poteſt.

parent, contemnendi, contumeliaque afficiendi; ſiquidem et ipſi pro Chriſtianis haberi voluiſſe videntur. Cf. Rom. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. Tit. 2, 5. *Grotius* de Carpocratianis totum hunc locum intelligens, huc trahit *Irenaeum* de Carpocratianis ſic differentem: *Quin et ipſi ad detrectationem divini nominis et eccleſiae, quemadmodum et gentes a Satana praemiſſi ſunt, vti ſecundum alium et alium modum, quae ſunt illorum audientes homines, et putantes nos omnes tales eſſe, avertant aures ſuas a praeconio veritatis, aut vt videntes, quae ſunt illorum, omnes nos blaſphement.* coll. *Epiphanio* haer. 27.

3. Εν πλεονεξιᾳ, pro δια πλεονεξιαν, vel πλεονεξιας ἑνεκα, *avaritia commoti.* Videntur itaque data pecunia aliis ſapientiam ſuam vendidiſſe. Λογοι πλασοι, ſunt *ſermones ficti,* qui alias vno verbo audiunt μεθοδειαι. Saepius πλαττω et πλαστος et apud externos ſcriptores hoc nexu legitur. Cf. *Plato* apol. Socrat. ΠΛΑΤΤΟΝΤΙ λογους. *Artemidorus* 1, 53. ΠΛΑΣΣΕΙΝ δοκει — αγαθον ἐητορσι — και πασι τοις απαθεωσι, δια το τα μη οντα ὡς οντα δεικνυειν τας τεχνας ταυτας. *Grotius* haec iterum eo trahit, quod Carpocratiani *fidei* et *dilectionis* nomina praetexerint, et Anonymus in codice Coiſlini-

ἐμπορεύσονται· οἷς τὸ Κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ

liniano 26. de λογοις πλασοις sic desserit: ταυτα δε οἱ κατ' ἐκεινες τες καιρες Γνωσικοι, ητοι Νασσηνοι, οἱ δε αυτοι και Λαμπετιανοι και Ευχιται εκληθωδεν. Attulit haec *Albertius* in append. ad gloss. sacr. p. 218. Εμπορευεσθαι, vbi accusativo jungitur, est: *quaestum facere ex aliqua re.* Cf. *Joseph.* ant. l. 4. c. 6. p. 115. ΕΜΠΟΡΕΥΣΟΜΕΝΑΙ την ὡραν, την τε σωματος. *Philo* in Flaccum, p. 984. ΕΝΕΠΟΡΕΥΕΤΟ την ληθην των δικασων. de vit. contempl. extr. Essenos vocat: φιλοσοφιαν ΕΜΠΟΡΕΥΣΟΜΕΝΟΥΣ. *Themistius* orat. 23. p. 298. ΕΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ την σοφιαν. *Polyb.* p. 1357. πολλα δη τινα προς ταυτην την ὑποθεσιν ΕΜΠΟΡΕΥΩΝ και μεθοδευομενος, εκινει και παρωξυνε τες οχλες. *Schol.* ad Euripid. Hippolyt. v. 953. εν λογοις εμπορευεσθαι, καθαπερ οἱ λεγομενοι λογεμποροι και μη κατα φυσιν φιλοσοφεντες, αλλ' οἱ τες λογες καπηλευοντες. Eodem sensu etiam εμπολειν deprehenditur in *Sophocl.* Antigon. p. 229. ὡς μη 'ΜΠΟΛΗΣΩΝ ισθι την εμην φρενα. Verterim igitur locum nostrum sic: *effictis verbis quaestum ex vobis facient*, s. *quaestus gratia vos decipient tanquam mercatores fraudulenti*; nisi forte εμπορευεσθαι hic pro eo accipi malueris, quod alias h. n. audit κερδαινειν, ita vt sensus prodeat hic: *fictis sermonibus vos sectae suae conciliare conantur.* Tum tota haec loquendi ratio eo spectat, quod homines ad aliquam disciplinam transeuntes pro quaestu s. lucro hujus disciplinae haberi solebant. Ὁις, pro αλλα τετοις; idque pro αλλα τετων sc των ψευδοδιδασκαλων. Κριμα, ponitur pro κατακριμα, ποινη, nec sensu differt a voc. απωλεια. Εκπαλαι, *jamdudum, jampridem.* Etymol. παλαιος παρα το παλαι επιρρημα — ἐξ ὁ και το προπαλαι και εκπαλαι. *Phrynichus* quidem εκπαλαι minus recte dici putat pro εκ παλαιου, (p. 48 αποπαλαι, εκπαλαι, αμφοιν δυσχερενε· εκ παλαιου γαρ χρη λεγειν.) sed non contemserunt hanc vocem scriptores eloquentiae laudem appetentes: *Joseph.* ant. 16, 8. 4. ΕΚΠΑΛΑΙ μεν συνεδρευων αυτω προσεκειτο. coll. de b. j. l. 7. c. 19. p. 980. *Plut.* Themist. p. 127. A. παρεσκευακως ΕΚΠΑΛΑΙ πισιδας. coll. Aristid. p. 328. E. de ser. num. vind. sub init. in Eumene p. 592. et 595. in Demetrio p. 914. *Arrianus* exp. Al. 1, 9. ες λογισμον τε ΕΚΠΑΛΑΙ. *Apollonius Alex.* in libro rarissimo atque vtilissimo de syntaxi 1, 2. etiam habet: την ΕΚΠΑΛΑΙ τετων γνωσιν. Particulae Graecorum similes sunt: προπερυσι, εκτοτε,

4 ἡ Ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγ-

γέλων

καταντικρυ. Jam vero vox ἐκπαλαι nec arcte jungenda eſt vocabulo κριμα, ita vt κριμα ἐκπαλαι i. ſit q. κριμα ἐκπαλαι αὐτοις προγεγραμμενον. Νυσταζειν, proprie eſt *dormitare capite nutans*, et h. n. i. q. ἀργειν, *cunctari*, *morari*. A metaphora vero ſi receſſeris ἀργειν atque νυσταζειν dicuntur *homines*, quando *negligentes* ſunt in aliquo negotio peragendo, vel *ſero* aliquid faciunt; et *res aliae*, dum *vi atque effectu carent*. Sic *Polybius* l. 3. c. 5 p. 224. de labore ſuo hiſtorico dicit: ΟΚ ΑΡΓΗΣΕΙΝ τὴν ὑποθεσιν. *Plutarchus* in Numa p. 63. ΑΡΓΕΙΝ τὴν ἐν σοι τοσαυτὴν δικαιοσυνὴν. *Poenae nictantes atque cunctantes* igitur ſunt *poenae*, *quae vel ſero vel nunquam hominibus immitti putantur*. In ſenſu vero totius huius loci conſtituendo, ante omnia tenendum eſt, Κριμα et Απωλειαν *perſonarum* vim habere, (quare etiam literis initialibus majori forma imprimerentur, curavi,) adeoque de Κριματι atque Απωλειᾳ aliquid praedicari, quod proprie Deo judici competit. *Poenae ipſae* igitur cunctari dicuntur loco eius, quod *Deus* poenas iſtas hominibus jamdudum deſtinatas mox illaturus eſſe, dici debuiſſet. Simile quid habes apud *Euripidem* in Hecuba v. 662. ὡς ὑποθ' ἑυδει λυπρα σε κηρυγματα. *AElianus* excerpt. ex *Suida* voce βραγχιδαι, p. 790. ὃ μὴν ἐκαθευδεν ἡ τε Θεε προνοια.

4 — 10. Sequitur ratio, cur fraudulenti iſti doctores a Deo puniantur, eaque inde petita, quod Deus ſemper impios ſuppliciis, pios vero praemiis affecerit, id quod exemplis tam ab angelis malis, hominibusque Noachi aevo viventibus, et incolis Sodomae atque Gomorrae, (quibus quidem exemplis vti ſolent N. T. ſcriptores, vbi omnem ſceleris atrocitatem exhauriendam ſibi propoſuerunt, vid. exc. III. in fine) quam a Noacho metipſo et Lotho repetitis, copioſius illuſtratur. Verſ 4 — 8. protaſin, vv. 9. et 10 vero apodoſin continere videntur, niſi apodoſin omnino omiſerit ap. (vid. infra.) Αγγελοι ἁμαρτησαντες, alias αγγ. πονηροι, *angeli*, *qui*, *quamvis boni a Deo creati erant*, *obſequium tamen Deo denegantes*, *mali atque impii evaſerunt*. cf. Jud. v. 6. Ουκ εφεισατο, αλλα κ. τ. λ. Eandem rem affirmative et negative exprimere ſolent tam V. quam N. T. ſcriptores, ad ſententiae vim eo magis augendam. Σειραι, proprie ſunt *funes*. Vid. *Euſtath.* in Il. ψ. p. 1401.

γελων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου,

1401. 9. σειραι δε πλεγματα τινα απο σχοινων η σπαρτων, η κανναβεως, η αλλοθεν. et in Od. χ. p. 780. 35. σειρην δε πλεκτην, ειδος τι λεγει σχοινια, ισως δε και ιμαντος. V. Hom. p 293. σειρα κυριως επι τα σχοινια τασσεται, — καταχρησικως σειρη χρυσειη. Hinc autem σειραι i. sunt q. δεσμοι, *vincula*, quia captivi olim non tam catenis quam funibus ligari solebant. *Hesy.* σειρη, ἁλυσις, δεσμος. *Etymol.* σειρα σημαινει την ἁλυσιν. Ζοφος, proprie non differt a σκοτος, αχλυς. Deinde vero etiam designat ταρταρον, i. e. *locum subterraneum, in quo tam angeli, quam homines mali, judicii diem exspectare putabantur.* Dicitur vero ζοφος eam ob causam, quia ejusmodi locus, infra omnem astriferam regionem situs, *tenebrosus* animo fingeretur necesse erat. *Etymol.* Ζοφος — σημαινει δυοτον εν ἁδῃ τοπον, οἱον ομιχλωδη, και τον εις δυσιν. Et ταρταρος, ὁ κατωτερος τα ἁδα τοπος — αλλοι δε τον σκοτεινοτατον τοπον. *Eustathius* p. 574. 22. ὁ δε ταρταρος, ὡς ειρηται, ηεροεις εστιν ητοι σκοτεινος, και ὁ λαμπεται ατε αυγαις ηελιοιο τερπεται. *Plato* Gorg. p. 356. C. το της τισεως τε και δικης δεσμωτηριον, ὁ δη ταρταρον καλεσι. *Nonnus Dionys.* 38. ταρταρεης ζοφοεσσαν ερινυυς ασκοπον αχλυν. *Hom.* Od. λ. v. 154.

Τεκνον εμον, πως ηλθες ὑπο ζοφον ηεροεντα.

Et Il. φ. v. 55. 56.

Η μαλα δε Τρωες μεγαλητορες, ὡσπερ επεφνον
Αυτις αναστησονται ὑπο ζοφα ηεροεντος.

Cf. etiam loca reliqua mox a nobis excitanda. *Grotius* vero ζοφον de *regionibus aëris terrae propinquis* intelligi vult, vnde etiam princeps angelorum malorum αρχων της εξουσιας του αερος dicatur. Eph. 2, 2. Provocat sententiae tuendae causa ad *Philonis* locum de Abrahamo: και το φως εν ουρανω μεν ακρατον και αμιγες σκοτους εστιν, εν δε τοις ὑπο σεληνην αερι ζοφερῃ κεκραμενον φαινεται. et ad alium *Plutarchi*, in libro de Homerica poësi, vbi ἁδην dicit esse αερα, addens: τουτον γαρ λεγει ζοφον ηεροεντα, επειδαν φως οικειον ουκ εχει, αλλ' ὑπο ἡλιου και σεληνης και των αερων αλλων καταλαμπεται: Sed Eph. 2, 2. ex locorum genere prorsus alio esse videtur. E loco *Philonis* autem nil amplius sequitur, quam aërem ζοφον dici, comparatione cum luce coelesti facta. *Plutarchi* vero locus interpretationem nostram supra prolatam adjuvat, et ταρταρωσας denique, quod sequitur, *tartari* significationem hic manifeste requirit. Σειραι ζοφου autem est ratio

paulo

ζόφου, ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους· καὶ

VARIAE LECTIONES.

4. τηρουμενους pro τετηρημενους C. 1. 4. 6. 7. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 29. 31. 32. 35. 36. 37. 39. 40. 45. 46. 47. Edd. Complut. Plantin. Genev. Bengel. κολαζομενους τηρειν AB. 25. 33. Syr. Copt. Vulg. Ephr. Cyr. Damasc. Aug. Fulg. Aust. de promiss.

paulo concisior, pro σειραι εν ζοφῳ. Sic etiam ἀλυσις ζοφου de tenebris AEgyptiacis occurrit Sapient. 17, 17. Cf. *Midrasch Ruth* in Sohar Genes. fol. 45. col. 178. *Postquam* (filii Dei Gen. 6, 2) *filios genuerunt, sumsit eos* Deus *S. B. et ad montem tenebrarum, qui alias* הררי קדם *dicitur, perduxit, ligavitque eos catenis ferreis, quae usque ad medium abyssi magnae pertingunt.* Ταρταρωσας, quod formatum est ex ταρταρος, i. e. q. ριπτειν εις ταρταρον, *in tartarum aliquem detrudere.* Cf. *Hom.* Il. Θ. 13.

Η μιν ἑλων ΡΙΨΩ ΕΙΣ ΤΑΡΤΑΡΟΝ ἠεροεντα.

Et *Plat.* Phaed. ὁι δ' ἀν δοξωσιν ανιατως εχειν δια τα μεγεθη των ἁμαρτηματων, τοτε δε ἡ προσγκασα, μοιρα ΡΙΠΤΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΑΡΤΑΡΟΝ. Et vocabulum ταρταρων ipsum adhuc habes apud *Sext. Empir.* Pyrrh. Hyp. 3, 24. ὁ δε Ζευς τον Κρονον ΚΑΤΑΤΑΡΤΑΡΩΣΕ; et *Apollodorum* bibl. 1, 1. et 2. de Titane ΚΑΤΑΤΑΡΤΑΡΟΥΣΘΑΙ. Cave tamen, formulam ταρταρων l. n. nimis ad verbum accipias *detrudendi* s. *dejiciendi* sensu; nil amplius enim sibi vult, quam παραδιδοναι τῳ ταρταρῳ. Cf. *Lucianus* contempl. 1. τῳ ανω Διι, -- ὁ δε οξυθυμος τε εσι, και θεδια, μη βραδυναντα με ὁλον ὑμετερον εασῃ ειναι, ΠΑΡΑΔΟΥΣ ΤΩι ΖΟΦΩι, ἡ ὁπερ τον Ἡφαιστον πρωην εποιησε ριψῃ καμε τεταγως τα ποδος. Ταρταρωσας vero resolvendum est per: ἐξ ὁ ἑταρταρωσεν αυτες, et eo spectat, quod angeli isti defectores, quum sedem habuissent in summo coelo, tanquam purissimae lucis domicilio, inde in tartari abyssum detrusi esse putabantur. Παρεδωκεν arcte jungendum cum σειραις ζοφου, quare etiam, post ζοφου et ταρταρωσας commata ponerentur, curavi, ne quis σειραις verbo ταρταρωσας jungendum esse arbitretur. In eo vero, quod quis *vinculis in aliquo loco detineri* dicitur, *sortis inevitabilis, legisque divinae irrevocabilis* notio tantummodo tenenda videtur. Κρισις, sc. εν εσχατῃ ἡμερᾳ, qua suppliciis, tam angelorum, quam hominum malorum, complementum demum accessurum

καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, 5
δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ
ἀσε-

surum esse, putabatur. Τηρειν τι εις τι, saepissime, vt et h. l. notionem tantum ejus exprimit, *quod olim facturi sumus*. Εις κρισιν τηρουμενος vero resolverim per: ἵνα εκει τηρωνται εις κρισιν, i. e. ἑως κριθησονται εν εσχατῃ ἡμερᾳ. Loca similia sunt: *Plut.* Alcibiad. p. 201. Ε των εν δεσμοις και φυλαττομενων επι κρισει. *Nonnus Dionys.* 24. πως κρονον — ταρταριῳ ζοφοεντι κατεσφριγισσατο κολπῳ. Sensus igitur totius commatis hic esse videtur: *cum Deus angelis malis haud pepercerit, sed eos, quae est irreparabilis ipsorum sors, in tartaro commorari velit, vsque dum in die extremo irrevocabile judicium de iis tulerit; &c.*

5. Και, suppl. ex v. 4. ει, et sic etiam v. 6. et 7. quia protasis vsque ad v 9 extenditur. Κοσμος, h. n. pro ανθρωποις πονηροις. (vid. ad Jac. 1, 27.) Αρχαιος κοσμος, igitur valet: *homines mali olim, et quidem*, quod nexus requirit, *Noachi aevo viventes*. Αλλ' ογδοον — εφυλαξε. Vocem ογδοον interpretes nonnulli, *Heinsius*, *Lightfootus*, alii, jungunt cum κηρυκα δικαιοσυνης, ita vt Noachus *octavus* justitiae praeco fuisse credatur, Enosum, Kenanem, Mahaleelem, Jaredum, Henochum, Metusalem et Lamechum, facto ab origine idololatriae numerandi initio, in computum ducentes, quibus tandem octavus successerit Noachus. Sed huic interpretandi rationi vel ipsa verborum structura adversatur, siquidem, si ita intelligi voluisset apostolus, scribere debuisset: αλλα Νωε, ογδοον δικαιοσυνης κηρυκα; vt taceam de eo, Noachum ideo praeconem justitiae vocatum esse, quia a Deo ad homines suae aetatis emendandos excitatus erat, quod tamen reliquis illis patriarchis ante diluvium viventibus contigisse, nullibi memoriae proditum legimus. Malim equidem eum interpretibus longe plurimis, ογδοον Νωε ita jungi, vt sit Νωε, συν τοις λοιποις ἑπτα, ac respondeat nostro: *Noah selb achte*, quo *Lutherus* haec verba bene reddidit. Firmant hanc interpretandi rationem loca similia haec: *Xenophon* hist. Gr. 2, 1. μετα ταυτα ἡρεθη πρεσβευτης εις Λακεδαιμονα αυτοκρατωρ ΔΕΚΑΤΟΣ αυτος. *Polybius* p. 589. εισπορευεται ΤΡΙΤΟΣ γενομενος εις τον χαρακα. Plura loca dabunt *Raphelius* in annott. Xenoph. et Polyb. *Wetstenius*, et

ὁ ἀσεβῶν ἐπάξας· καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας, τε-

Kypkius. Cf. 1 Petr. 3, 20. Δικαιοσυνη, ex hebr. צדקה pro *virtute* atque *pietate* omnino retinendum eſt. Κηρυξ (ſ. διδασκαλος) δικαιοσυνης vero dicitur Noachus, *quia, ex mandato divino, omnem operam ſuam in eo collocaret, vt homines ſuae aetatis ad emendandam pravam ipſorum vivendi rationem provocaret.* Cf. *Bereſchith* R. 30, 6. *Dixit R. Abba Sacerdotis f.* κηρυξ *generationis diluvii, hic eſt Noachus. Inde dicunt:* κηρυξ *ejus, lampas ejus Job.* 12, 5. *contemtus, quia contemnebant illum, vocantes eum: ſenem contemtum.* Ceterum ex hoc Noachi elogio natum videtur κηρυγμα illud Noachi, quod ex lib. I. oraculorum Sibyllinorum exhibet *Jo. Alb. Fabricius* in cod. pſeudepigrapho V. T. p. 230. ſqq. Φυλαττειν, h. n. i. q. σωζειν, *ſervare, et quidem e diluvii periculo.* cf. 1 Petr. 3, 20. Επαγειν, eſt vocabulum proprium ſuppliciis *immittendis*, vti επερχεσθαι ſuppliciis *irruentibus* atque *ſupervenientibus.* Κατακλυσμος, eſt *diluvium omnino*, non vero, quod vulgari ſermone dicere ſolemus, *Sündfluth*, quae quidem *peccatorum* notio in hoc vocabulo prorſus non latet. Κοσμῳ ασεβων, h. e. τῃ γῃ, εν ᾗ ησαν ει μη ανθρωποι πονηροι; niſi forte in voc. κοσμος *multitudinis* notionem teneri malueris, vt ſit: *multitudini hominum impiorum.*

6. Πολεις Σοδομων και Γομορρας, eſt conſtructio qualis *vrbem Patavi.* AEn. 1, 247. πολιν Τριχηνος *Heſiod.* Scut. 469. πελιν Ορχομενοιο. *Appollonius* Arg. 2. 656. Τεφροω, eſt *in cinerem redigo. Heſ.* τεφρωσας, σποδωσας. *Similiter* Philo exſcidii harum vrbium mentionem facit, de Abrahamo p. 369. E. ἡμερᾳ μιᾳ αἱ μεν ενανδρησαι πολεις ταφος των οικητορων εγενηντο, αἱ δ' εκ λιθων και ξυλων κατασκευαι ΤΕΦΡΑ και λεπτη κονις. Καταστροφη, (hebr. הפכה Gen. 19, 29.) et καταστρεφειν, *evertendarum vrbium* vocabula ſunt propria. *Aphthonius* Vituper. Philippi. Ἑλληνων ΚΑΤΕΣΤΡΕΦΕΤΟ πολεις. *Plut.* Rom. p. 38. D. πολεις ΚΑΤΕΣΤΡΕΨΑΤΟ. Και — κατεκρινεν. Verborum ordinem alii aliter inſtituunt. *Bengelius* vocem καταστροφῃ cum τεφρωσας jungit, ſed tum καταστροφη prorſus languere videtur. Plerique vero interpretes eam cum κατεκρινε jungentes, auferendi caſu vertunt ſic: *ſubverſione punivit*; quae tamen conſtructio paulo inſolentior videri poſſit. Equidem reddiderim: *in cineres redigens, damnavit ad everſionem.* Sic *Arrianus* diſſert.

τεφρώσας. καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς· καὶ δίκαιον Λὼτ καταπο-7 νούμε-

differt Epict. l. 1. c. 1. ελθ' ὅτι κατακεκρισαι· φυγῇ, φησιν, ἢ θανάτῳ: φυγῇ. Cf Marc. 10, 33 *Condemnationem* vero saepissime simul sententiae *executionem* includere, videre licet ex Marc. 16, 16. Rom 8, 3. alias τεφρ. et καταστρ. κατεκρ. ordine inverso sese excipere debuissent. Ὑποδειγμα, h. n. est *exemplum* s. *documentum, quid alicui sit extimescendum. Verterim* per: *warnendes Beyspiel.* (vid. ad Jac 5, 10) *Phrynichus* et *Thom. Mag.* praecipiunt dicendum esse παραδειγμα, sed ὑποδειγμα etiam hoc sensu apud externos scriptores saepissime occurrit. Vid. *Polyb.* p 986 επεθηκε μετα ταυτα την ἁρμοζουσαν δικην, τοις δ' επιγινομενοις εξεθηκε καλλιστον ΥΠΟΔΕΙΓΜΑ προς επανορθωσιν. *Apollonius Al.* qui praeter alia loca etiam l. 2 p 149. fin τα προκειμενα ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΤΑ dixit. *Philo* παραδειγματα et ὑποδειγματα eodem tenore invicem jungens, de conf. ling. p. 329 C. ὁ γεννηθεις μεντοι μιμουμενος τας τε πατρος ὁδους, προς ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ αρχετυπα εκεινα βλεπων, εμορφα εἰδη· τα δε χειρονος ανατολης εἰδες ΥΠΟΔΕΙΓΜΑ το λεχθεν. coll. Quis rer. div her p. 517. A. Plura dabunt *Trillerus* ad Thom. Mag. et reliqui interpp. p 681. Τιθημι ὑποδειγμα vero dicitur ex Atticismo, et excipitur ab alia loquendi formula: προκειται ὑποδειγμα. Respondet Latin. *proponere* exemplum, et nostro: *zum Beyspiele aufstellen.* Ασεβειν omnis generis *irreligiositati* atque *impietati* proprium est, vti σεβεσθαι et λατρευειν *religiositati*, et *pietati*, summo Numini debitae. Ὑποδειγμα — τεθεικως jam ita resolverim: και ὥτως τουτων των πολεων καταστροφην τεθεικε ὑποδειγμα τοις ετι μελλουσιν ασεβειν. Cf. cum toto hoc commate Jud. 7.

7. Δικαιος, ad imitationem hebr צדיק, *pius, probus*, comparatione facta cum iis, inter quos vivebat. *Philo* de vita Mosis, de eo loquens, και τοιγε, inquit, ἐκ επ' ακρον ηκε σοφιας. Καταπονεισθαι, *vexari, affligi, excruciari*, i. q. βασανιζεσθαι v. 8 vbi distinctius declaratur, quinam fuerint hi cruciatus. *Hes.* καταπονουμενος, πειραζομενος. *Schol. Sophocl.* in Trachin. v. 328. verba αλλ' αιεν ωδινουσα exponit per: καταπονουμενη. *AElian.* v. h. 3, 27. ὑπο πενιας ΚΑΤΑΠΟΝΟΥΜΕΝΟΣ. *Theophrast.* char. eth. c. 8. ΚΑΤΑΠΟΝΟΥΝΤΕΣ ταις ψευδολογιαις, *falsis narrationibus*

νούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς,
8 ἐῤῥύσατο· (βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατ-

οι-

bus enecantes, (vt cum *Terentio* And. act. 4. ſc. 1. v. 36. loquar.) Vid. *Kypkium* in h. l. Ἄθεσμος, (vt ſyn. ἐκθεσμος,) de *rebus* frequens, (vid. *Wetſt.* et *Loeſner.*) de *hominibus* vero, quo quidem nexu, vt et h. l., valet *exlex*, *legum contemtor*, rariſſimum eſt. Habes tamen ἄθεσμος hoc ſenſu apud *Plut.* orat. 1, de fort. Alex. p. 328. ἐδε ΑΘΕΣΜΑ και ανηκοα ΦΥΛΑ νομως διδασκοντες και ειρηνην επηγεσαν. cf. infra 3, 17. Ασελγεια, *cujuſvis intemperantiae ſcelus*. Αναστροφη, q. βιος, ζωη, *quodlibet vitae inſtitutum*. (vid. ad Jac. 3, 13.) Εν ασελγειᾳ αναστροφη, ex hebraiſmo pro αναστροφη εν ασελγειᾳ ουσα, i. e. αναστρ. ασελγης. Ὑπο — αναστροφης, arcte jungendum cum καταπον, non vero cum ἐῤῥυσατο, et reſolvendum per: ὑπο των αθεσμων ασελγως αναστρεφοντων. Ρυεσθαι, q. 1 Petr. 3, 20. σωζειν, et ſupra v. 5. φυλαττειν.

8. Comma hoc vncis includendum eſt. Βλεμμα, tam *vultum* omnino, quam *adſpectum* atque *intuitum* ſignificare poſſe, e locorum abundantia apparet, quae *Wetſtenius* atque *Alberti* huc congeſſerunt. Βλεμματι και ακοῃ vero, quo referendum ſit, male habet interpretes. Alii βλ. κ. ακ. jungunt cum ὁ δικαιος, *quaſi Lothus et oculis et auribus innoxium ſe probaverit*; ſed tunc apoſtolo ſcribendum fuiſſet: ὁ γαρ βλεμματι και ακοῃ δικαιος, vt taceam de nimia iſta duritie, qua Lothus inprimis *auribns* innoxius fuiſſe dicitur. Alii vero, praeeunte *Wetſtenio*, βλεμμα non de oculis, *qui vident*, ſed *qui videntur*, *animique affectiones produnt*, intelligi, totumque hunc locum ad *Sodomitas* referri volunt ſic: *Lothus vultu eorum meretricio conſpecto, et audita fama impudicitiae eorum*, h. e. *injuſtis eorum operibus torquebatur*. Quae tamen explicatio mihi quidem ex longinquo repetita videtur. Nos, cum interpretibus longe plurimis, βλ. ακ. ψυχην δικαιαν εβασανιζεν, invicem jungimus ita, vt oculi et aures inſtar *inſtrumentorum*, per quae εργα ipſorum ανομα animo Lothi obverſata ſint, commemorentur, ſenſusque prodeat hic: *videndo enim et audiendo iniqua ipſorum facinora animam ſuam excruciabat*, quaſi ſcripſiſſet ap. βλεπων γαρ και ακουων — εβασανιζεν. Εγκατοικων εν αυτοις, reſolv. per: διοτι εν αυτοις κατωκει. Ἡμεραν εξ ἡμερας, vti hebr. יום יום et מיום ליום Eſth. 3, 7. dicitur pro pleniori εξ ἡμερας εις ἡμεραν, *de die in diem*, *quotidie*.

Tag

οικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν·) οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ 9

Tag vor Tag. (per annos sc. sexdecim, ex quo ab Abrahamo abierat.) Similiter etiam *Euripides* in Rhes. v. 445. ΗΜΕΡΑΝ δ' ΕΞ ΗΜΕΡΑΣ πιπτεις. Propius accedit hoc Heniochi apud *Stobaeum* serm. 39. p. 241. αυτας ξενιζασ' ΗΜΕΡΑΝ ΕΞ ΗΜΕΡΑΣ, αβυλια. Plene *Theocritus* idyll. 18. v. 15. ΚΕΙΣ ΕΤΟΣ ΕΞ ΕΤΕΟΣ Μενελαε τεα νυος ἥδε. Ψυχην δικαιαν, sc. εαυτϑ, idque pro simpl. εαυτον. Similes loquendi rationes habes *Hom.* Od. v. 16.

Ὡς ρα τϑ ενδον ὑλακτει αγαιομενϑ κακα εργα.

Apulej. Met. 7. *Cruciantes mora consilii mea praecordia, imo miserum spiritum. Valer. Max.* 1, 14. *Religiosissimi spiritus, tam crudeliter vexati — justa exacturi piacula.* Cf. Sap. 10, 6. 7. Ανομοις εργοις, pro δι' εργων ανομων sc. αυτων, quae quidem addita esse videntur ad verba βλεμματι και ακοη eo magis illustranda. Βασανιζειν, de *cruciatibus* intellige, *ex animi moerore et indignatione oriundis*, vt in hoc *Luciani* in Tyrannic. p. 797. λυπη ΠΡΟΒΑΣΑΝΙΣΑΣ πολλη. His am ita explicatis, totum hoc comma circumscripserim sic: ὁ γαρ Λωτ, ανθρωπος ων δικαιος, εγκατοικων εν αυτοις, ἡμεραν εξ ἡμερας εβασανιζεν εαυτον, (vel ηδημονει την ψυχην,) ιδων και ακουων εργα αυτων ανομα. (vel δια τϑ ιδειν και ακουειν εργα αυτων αν.) Locus nostri simillimus deprehenditur apud *Xenoph.* hist. Gr. l. 4. p. 407. ὡς' ενιϑς και των τυπτομενων, νομιμων δ' οντων ανθρωπων, αδημονησαι τας ψυχας, ιδοντας την ασεβειαν.

9. 10. Sequitur apodosis, respiciens v. 4 — 8. nisi forte novam hic sententiam incipere, et apodosin, propter nimiam protaseos longitudinem per anacoluthon, quod vocant, omissam, in fine v. 8. animo suppleri malueris fere hanc: „cum Deus improbos homines semper puniverit; 4 — 8. *nec falsos doctores impunes evadere sinet.*“ Praefero tamen prius. *Erasmus Schmidius* vero, particulam γαρ v. 4. per *siquidem* reddens, verbis illis, quae inde a v. 4. vsque ad 10. leguntur, parentheseos nota a reliquis separatis, voces τολμηται, αυθαδεις &c. orationis seriem denuo annectere et pertexere arbitratur, quapropter etiam verba οιδε Κυριος hic reddi vult per: *novit quippe Dominus.* Quo tamen supplemento, si quid sentio

μοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομέ-
10 νους τηρεῖν· μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς, ἐν ἐπιθυ-
μίᾳ

sentio, duriſſimo, haud opus eſt, ſi pro apodoſi hoc comma habueris. Οιδε ὁ Κυριος, vel pro ειωθε, εθος εχει ὁ Κυριος, ſ. εθος εστι τῳ Κυριῳ, *ſolet* Dominus, (*Philo* de Decal. p. 760. E. τας ωφελησοτας αντωφελειν εκεινα [θηρια] ΟΙΔΕ και πεπαιδευται. Cf. C. *Barthius* ad Claudian 1. de Rapt. Proſ. v. 165.) vel pro δυναται ὁ Κυριος. Κυριος, Θεος. Ευσεβεις, vi oppoſ. αδικοι, i. q. alias audit δικαιοι, צדיקים, *homines pii atque probi omnino*. Πειρασμος, collective pro *omnis generis calamitatibus*. (vid. exc. 2. ad ep. Jac.) Ρυεσθαι, vid. ad v. 7. Οιδε ρυεσθαι vero ſpectat ad exempla Noachi c. v. 5. atque Lothi v. 7. ope divina imminenti vitae periculo exemtorum. Κολαζομενας, pro κολασομενας, vt infra 3, 11. λυομενων, pro λυσομενων, vel λυθησομενων. Αδικας — τηρειν vero, nil amplius ſibi vult, quam αδικας ΠΟΤΕ εν ἡμερᾳ κρισεως κολαζειν. (vid. ad v. 4.) et ſpectat ad angelorum malorum, v. 4. hominum aevo Noachico viventium, v. 5. et incolarum Sodomae atque Gomorrae v. 6. ſevere a Deo punitorum exempla.

10. Comma hoc tam arcto vinculo cum v. 9. cohaeret, vt vix ab eo ſeparari debuiſſet. Errare igitur mihi quidem videtur *Bahrdtius*, qui hic demum apodoſeos conſtituit initium, ſiquidem, ſi v. 9. adhuc ad protaſin pertineret, ad exemplum v. 5. 6. 7. vocula και cum proxime antecedentibus jungi debuiſſet. Μαλιστα δε, ſc. οιδε Κυριος κολαζομενας τηρειν, vel ποτε κολασει. Τους, ſc. ψευδοδιδασκαλους. Σαρξ, ex hebr. בשר, vel pro principio *vitioſitatis*, et *ad errandum proclivitatis*, (vid. *S. V. Koppii* exc 9. in ep. ad Gal.) et h. n. praecipue ex proxime ſequentibus επιθ. μιασμ., pro principio *voluptatis illicitae*, vel pro γυνη ἑτερα, quo quidem ſenſu Judas v. 7. hoc vocabulum accepit, in deſpectum dictum eſſe videtur. Senſus vtrinque idem. Οπισω τινος πορευεσθαι, eſt hebraiſmus, qui, ſi *homines* ſequi dicimur, ſibi praecipue vult vel *imitari mores alicujus*, i. q. alias ιχνεσι τινος σοιχειν, vel *perſequi aliquem quacunque ratione, quam nexus requirit*; quodſi vero *res quasdam* ſequi commemoramur, πορευεσθαι οπισω τινος nil aliud eſſe poteſt,

quam

μίᾳ μιασμοῦ, πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦν-

quam *vitae quoddam inſtitutum ſequi.* Οπισω σαρκος πορευεσθαι igitur, ſi σαρξ pro γυνη acceperis, eſt: *ſectari feminas, pudicitiae muliebris ſollicitandae cauſa;* quodſi vero σαρξ de *voluptate illicita* intellexeris, πορ. οπ. σ. i. e. q. *totum ſe tradere voluptati, voluptatem ſectari.* Επιθυμια eſt omnino *prava concupiſcentia,* (vid. ad Jac. 1, 14.) inprimis vero *libido* atque *voluptas illicita.* Μιασμος, *inquinatio,* metaph. *quaelibet vitioſitas,* inprimis *ſtuprum;* pro more ſcriptorum tam V. quam N. T. vitia in *macularum,* virtutes vero in *cordis puri* ſimilitudinem vocandi. Επιθυμια μιασμου igitur ex imitatione linguae hebraicae, quae adjectivis deſtituitur, eſt: *foeda* ſ. *turpis libido.* Nos: *entehrende Wolluſt.* Εν επ. μιασμ. vero ad explicandam vocem σαρκος additum, adeoque ſic reſolvendum eſſe crediderim: τατ' εστι κατ' επιθυμιαν μιασμου, ita vt, ſi σαρξ de *muliere* intellexeris, ſenſus prodeat hic: *mulieres ſectantur, ſcilicet eo conſilio, vt voluptati totos ſe tradere poſſint;* quodſi vero σαρκα pro *principio vitioſitatis atque voluptatis* praecipue habueris, ſenſus oriatur ille: *carnem ſectantur, h. e. voluptati inſerviunt.* Κυριοτης et δοξα, ſunt abſtracta pro concretis κυριοι, et εν δοξα οντες, vel ενδοξοι, quae quidem verba *Grotius, Wolfius, Wetſtenius, Michaelis, Semlerus,* et interpretes, quos inſpexi, tantum non omnes, de *magiſtratibus,* et praecipue de *imperatore Romano, praeſidibusque provinciarum* intelligi volunt, quos a pſeudonymis hiſce Chriſtianis contemni et blaſphemari, Petrum hic conqueri, putant. Provocant ſententiae ſtabiliendae cauſa ad vocc. καταφρονειν, τολμ. αυθαδ. βλασφ. quae in homines, angelos contemnentes, cadere nequeant. Sed magis ad adjuvandam ſententiam eam, Gnoſticos hic intelligendos eſſe, qui obſequium denegabant magiſtratibus, quam ex grammatica hujus loci explicatione, in hanc interpretandi rationem incidiſſe videntur. *Primum* enim, quod attinet ad vocc. iſta καταφρονειν, τολμηται, &c. commode et haec de *hominibus, angelorum dignitatem quavis ratione imminuentibus,* intelligi poſſe crediderim, dummodo memoriae proditum eſſet, quorſum haec omnia, quae de angelis hic commemorantur, ſpectarent. *Deinde* vocc. κυρ. et δοξ. ex loquendi vſu N. T. ſcriptoribus ſatis trito, *certis angelorum claſſibus* competere,

νοῦντας. Τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασ-

petere, dubio caret. Eph. 1, 21. Col. 1, 16. Rom. 8, 38. Jud. 8. *Porro* haec ipsa vocabula v. 11. qui tamen particula ista relativa ὅπου cum commate hoc arctissime cohaeret, cum voce ἀγγέλοι permutantur, vnde dubitandi locus vix relinquitur, sub vocc. κυρ. et δοξ. angelos intelligendos esse. *Denique*, quod pro angelis h. l. intelligendis argumentum suppeditat, omni exceptione majus, *totius argumentationis*, qua sp. v. 10. et 11. vtitur, *vis perit atque momentum*, nisi et hoc commate de *angelis* cogitaveris; nam quid, obsecro, sibi velit sententia haec: „magi„stratus contemnere haud du„bitant, v. 10. cum tamen „angeli eos coram Deo non „vituperent.“ Magis saltem arridet sensus hic: „angelos „contemnere haud dubitant, „cum tamen angeli, dignitate „illis longe superiores, eos „coram Deo non contemnant, „sed potius excusent.“ Τολμηταὶ — βλασφημοῦντες. Vt singula haec singulis exclamandi signis muniantur, sunt, qui praecipiant, interpretes: „*homines audaces! sibi placentes!*“ &c. sed, si quid video, verbum finitum τρέμουσι requirere videtur, vt in vtraque voce, τολμ. et αυθ. verbum εἰσι, vel ὄντες suppleatur. Τολμηταὶ s. τολμηροὶ, (sc. παρα δυναμιν) alias κινδυνευταὶ, sunt *homines audaces*. Nos: *tollkühne Menschen*. Αυθαδὴς, quasi αυτοαδὴς. (ab αυτος et ἁδεω,) alias αυταρεσκος, est *homo, qui sibi soli sapere videtur, et praeconceptis suis opinionibus ita vnice inhaeret, vt nil rectum putet, nisi quod ipse facit*, qualem *Aristoteles* 7, ethic 9. ιδιογνωμονα και ισχυρογνωμονα appellitat; verbo: *superbus*. Respondet hebr. זד, quod LXX interpr. Gen. 39, 7. per αυθαδὴς reddiderunt, et nostro: *ein eingebildeter, von sich eingenommener Mensch*. Quare graeca scholia reddunt per: το ἑαυτοις αρεσκον μεταδιωκοντες, et *Hesychio* synonyma sunt: αυθαδὴς, ὑπερηφανος, θυμωδὴς, παρανομος, εξεσιαστικος. Digni sunt, qui inspiciantur, *Theophrastus*, char. c. 15. περι αυθαδειας, et magnus ejusdem interpres, *Is. Casaubonus*, qui in commentario inter alia sic habet: *omnino superbiae duo insunt mala: vana, de sua praestantia, opinio, et despectus aliorum. Prius illud proprie* αυθαδεια *est; posterius* ὑπερηφανια, *sive* ὑπεροψια. *Suffenus sibi est* ὁ αυθαδὴς, *contumeliosus in alios* ὁ ὑπερηφανος. *Ac vix est, vt in quo duorum istorum alterum insit, non et vtrumque insit. Quare etiam apud Scriptores haec passim videas omnia conjungi,*

βλασφημοῦντες· ὅπου ἄγγελοι, ἰσχύϊ καὶ δυνάμει 11
μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ
βλάσ-

VARIAE LECTIONES.

11. καθ' ἑαυτων, pro κατ' αυτων, ex interpretamento.

Ibid. παρα Κυριῳ omittunt A. 9. 18. 40. *Vulg. Syr. pr.* ſed *poſt.* c. aſt. *AEth. Copt. Ephr.* probb. *Grot. Mill.* παρα Κυριου. 5. 36. 37. 39. 46. 56.

jungi, atque eidem tribui. Cf. praeterea *Raphelium* in annott. Herodot. p. 588. ſqq. *Elſnerum* p. 320. *Suicerum* Tom. 1. p. 572. et interpp. ad Tit. 1, 7. Δοξας, de *angelis* intelligendum eſſe, paullo ante jam monuimus. Ου τρεμουσι βλασφημουντες, ex graeciſmo ſatis noto, quo participia loco infinitivorum ponuntur, pro ου τρεμουσι βλασφημειν, *contemnere non dubitant. Vulgat.* autem haec ita convertit: *ſectas non metuunt introducere*, ita vt Interpres per δοξας *opiniones* minus convenienter intellexiſſe videatur. *Eraſmus* vero monuit in antiquis codd. M. Stis verbum *introducere* fruſtra quaeri. Jam, ſi de *magiſtratibus* ſermonem hic eſſe ſtatueris, τολμ. — βλασφ. ad *homines ſeditioſos et nova molientes* referendum eſt, *qui, ſibimet ipſis ſufficientes, obſequium denegabant magiſtratibus*; quodſi vero vocem δοξ. ex noſtra quidem ſententia, ad *angelos* retuleris; quo totus hic locus referendus ſit, in medio relinquendum eſt, cum de hoc deſpectu Chriſtianorum nonnullorum, cui angeli oppoſiti fuerint, nil prorſus memoriae proditum legamus. Eram quidem olim in ſententia ea, totum hunc locum de contemtione angelorum, ad *pravam hominum vivendi rationem omnino* revocari poſſe, qua angelos, indivulſos hominum comites, rerumque humanarum conſcios teſtes, contemtui habuerint; ſed, cum verba εν οις αγνοσι βλασφημουντες v. 12. cum hac ſententia commode conciliari non poſſe viderem, nunc quidem eam prorſus miſſam feci.

11. Ὅπου, *cum tamen*, *da doch gleichwohl.* Ισχυς και δυναμις *Ammonius* invicem diſtinguit ſic: δυναμις και ισχυς διαφερει, ὡς φησι Πλατων εν Πρωταγορᾳ· ου γαρ ταυτον εστι δυναμις τε και ισχυς· ἡ μεν γαρ δυναμις και απο επιστημης γινεται, και μανιας, και θυμου· ἡ δε ισχυς απο φυσεως και ευτροφιας των σωματων. Hoc nexu vero pro ſynonymis habenda ſunt, ad dignitatem atque majeſtatem angelorum augendam, invicem accumulatis. Μειζονες, ſc. των

12 βλάσφημον κρίσιν. οὗτοι δὲ, ὡς ἄλογα ζῶα, φυσικὰ, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασ-

VARIAE LECTIONES.

12. Φυσικα omittunt 15. 18. 25. 36. Post γεγεν. vero ponunt AC. 14. 31. 38. *Ephr.*

Ibid. γεγεννημενα omittunt 9. et *Vulg.* γεγενημενα vero pro γεγεννημενα habent A. ex emend. 1. 3. 4. 17. 22. 31. 36. 37. 38. 46. 47, *Syr. utr. Copt. OEcum.* Edd. multae.

ψευδοδιδασκαλων. Φερειν κρισιν, pro κρινειν, vti *ſententiam ferre*, pro *ſentire*, *judicare*. Βλασφημον κρισιν φερειν κατα τινος, igitur pro βλασφημειν τινα. Παρα Κυριῳ. pro παρα τῳ Θεῳ, *coram Deo*. Totum vero comma ſpectat ad veterum ſententiam eam, qua angelos, vti miniſtros divinos, Deum de hominum vivendi ratione, ad quam obſervandam a ſummo numine ablegari putabantur, certiorem reddere crediderunt. Ceterum auctorem noſtrum ex commate 6. vbi incolarum Sodomae atque Gomorrae mentio fit, qui iidem angelos, Loti ſervandi cauſa ablegatos, contemtui habebant, in caſtigandum hoc contemnendorum angelorum flagitium incidiſſe crediderim.

12. Ουτοι δε, ſc. οἱ ψευδοδιδασκαλοι. Αλογα ζωα, non cum *Bocharto* (in hieroz. l. 1. c. 2.) de animantibus *mutis*, ſed, propter nexum cum iis, quae ſequuntur, de animalibus *rationis expertibus* intellexerim. Φυσικα, vel per ſe intelligi, vel cum antecedentibus, vel denique cum ſequentibus jungi poteſt. Si per ſe acceperis, ζωα φυσικα i. e. q. ζ. αλογα, i. e. *animalia*, *quae, ſanae rationis expertia, indolem naturalem ſequuntur*; quodſi vero αλ. ζ. φυσ. invicem junxeris, ſenſus eſt: *animalia, quae natura ſua ſunt irrationalia*: φυσικα γεγεν. εις αλ. denique invicem juncta ſenſum fundunt hunc: *animantia per naturam in id deſtinata, vt ab hominibus capiantur et interficiantur*. Praefero prius, quare etiam, vt ante et poſt φυσικα comma poneretur, curavi; nam ſi αλ. ζ. φυσικα invicem jungi debuiſſent, apoſtolum αλογα φυσει; quodſi vero φυσ. γεγεν. jungi voluiſſet, φυσει γεγενν. eum ſcripturum fuiſſe crediderim. Αλωσις, ad *feras* praecipue ſpectat. Φθορα, pro σφαγη. Γεγεννημενα — φθοραν, ad amplificandam notionem eam,

βλασφημοῦντες, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται,

eam, quae latet in voc. αλογος, addita esse videntur. Cf. *Plut.* Al. p. 677. A. πυνθανομενος δε μισθοφορων τινων γυναικων διεφθαρκεναι εγραψε κελευων, εαν ελεγχθωσι, ὡς θηρια, ΕΠΙ ΚΑΤΑΦΘΟΡΑι των ανθρωπων ΓΕΓΟΝΟΤΑ τιμωρησαμενον αποκτειναι. Βλασφημεντες, ex more Hebraeorum, qui participia loco verborum finitorum adhibere solent, pro βλασφημουσι. Εν οἷς — καταφθαρησονται, varie resolvi solet. *Alii* εν οἷς verbo βλασφ. jungentes, verborum constructionem instituunt sic: εν εκεινοις, i. e. δι' εκεινων, ὧν αγνοουσι, βλασφ. sed non dici solet βλασφημειν εν τινι, et apostolum, si haec mens ejus fuisset, scripturum fuisse putaverim: εν οἷς αγνοουντες βλασφημουσι. *Alii* verba εν οἷς ad καταφθαρησονται revocantes, verba sic resolvenda esse statuunt: εν εκεινοις (i. e. δι' εκεινων, vel δι' εκεινα) ἃ αγν. β. λ. εν τ. φ. α. κ. vt sensus prodeat hic: *per*, vel *propter ea, quae ignorantes blasphemant, semetipsos perdentes, interibunt.* Sed quamvis ap. particulam εν etiam 1, 4. geminaverit, nimia tamen duritie, si quid sentio, tota haec constructio laborare videtur. Equidem sic resolverim: εκεινα, εν οἷς (vel ἃ, i. e. τους αγγελους, ὃς) αγνοουσι, ὁμως βλασφημουσι, αλλα διατουτο εν τῃ φ. α. κ. *maledictis in angelos invehuntur, quorum naturam atque indolem tamen parum perspectam habent;* nisi forte αγνοειν εν τινι germanismum nostrum: *in einer Sache unwissend seyn*, resipere dixeris. Φθορα hic repetitur, allusione facta ad voc. φθορα, quod praecedit, et verbo καταφθαρ. junctum, paronomasiam constituit. Vocabulum ipsum vero, vt hebr. שחת, proprie *corruptionem*, adjuncta tamen plerumque omnis *miseriae* notione, Gal. 6, 8. Rom. 8, 21. ad animum vero vbi transfertur, *omnis generis impietatem* designat. infra v. 19. coll Apoc. 19, 2. Εν τῃ φθορᾷ, pro δια της φθορας, vel δια την φθορην. Jam provti φθοραν acceperis, sensus constituendus est vel sic: *per impietatem ipsorum*, vel hoc modo: *per miseriam, quam propria culpa sibi contraxerunt*, (αὐτων) *olim infelices erunt.* Praefero prius, quia φθορα etiam 1, 4. et 2, 19. *impietatis* sensu occurrit. Cave tamen, verbis φθορᾷ αυτων καταφθ. hebraismum subesse pures, qualis est notus ille מות ימות, quem voc. αυτων hic prorsus non admittit.

13 ται, κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας· ἡδονὴν ἡγούμενοι

13. Comma hoc arctiſſime cohaeret cum v. praeced. Κομιεμενοι, reſolvendum per: και κομισονται, ſc. εν εσχατῃ ἡμερᾳ. De verbo ipſo jam diximus ad 1, 9. Μισθον αδικιας, minime cum interpretibus nonnullis pro μισθῳ αδικῳ, שכר שקר, quod ambiguitatem involvi, ſed pro ποινη αδικιας acceperim, i. e. *poena impietati ipſorum debita.* Ἡδονην ἡγεμενοι, reſolvendum eſt per: ἡδονην γαρ ἡγενται, vel per: διοτι ἡδ. ἡγ. *voluptati enim ducunt*; nam additur *cauſa*, cur olim ſupplicia ſuſtinuerint: et ſimiliter etiam, quae ſequuntur, reliqua ſubſtantiva σπιλοι και μωμοι, et participia εντρυφωντες, εχοντες, δελεαζοντες, καταλιποντες, et εξακολουθησαντες, reſolvenda eſſe, ſemel monuiſſe ſufficiat. Την τρυφην, pro το τρυφαν (vid. ad Jac 5, 5.) Τρυφη εν ἡμερᾳ, *Grotius* reddit per: *ad breve tempus*, ſc. ſicut pecora quae etiam mox mactanda ſunt; ſed parum ex vſu loquendi. Alii. in quorum numero eſt *Bahrdtius*, εν ἡμερᾳ vertunt per *interdiu*, vt pejores dicantur illis, qui alias noctu potius epulentur, 1 Theſſ. 5, 7. ſed tum, ſi quid video, εν ἡμερᾳ aliquantum languere videtur. Quidni potius τρ. εν ἡμ. accipiamus pro τρυφη εφημερος, vel pro τρυφαν καθ' ἡμεραν, vel εξ ἡμερας εις ἡμεραν, vt ſenſus oriatur hic: *luxum quotidianum voluptati ducunt, — de die in diem ſaginari amant.* Cf. *Menander* ap. *Plut.* de amore frat. p. 479. C. εκ εκ ποτων και της ΚΑΘ' ΗΜΕΡΑΝ ΤΡΥΦΗΣ ζητεμεν ὡ πισευσομεν τα τε βια. Plura dabit *Wetſtenius.* Σπιλοι και μωμοι, ſc. γαρ εισι. Σπιλοι vero proprie ſunt *maculae*; hinc, vt et h. l. abſtracto cum concreto permutato, ponitur pro *hominibus maculatis*, i. e. *impiis, ſceleratis*, nam quodlibet peccatum in *maculae animo adſperſae* ſimilitudinem vocari ſolet N. T. ſcriptoribus. Sic et apud nos vſu receptum eſt, homines ſceleratos vocare: *Schandflecke der menſchlichen Geſellſchaft.* (cf. Jac. 1, 27.) Μωμοι, *vituperationes*, iterum loco concreti accipiendum eſt, pro *hominibus vituperatione dignis*, i. e. *impiis, ſceleratis.* cf. 1 Petr. 1, 19. Eph. 1, 4. 5, 27. Verterim per: *Scheuſale.* Εντρυφωντες αὐτων. *Eraſmus Schmidius* et *Elſnerus* εντρυφαν accipiunt pro *inſultare, illudere*, provocantes ad veterum loca fere haec: *Plut.* Agid. et Cleom. p. 810. A. οἱον ΕΝΤΡΥΦΩΝ τοις πολεμιοις. *Lucian.* D. Mort. 2, 2. c Menipp ὑβρις ην, ἁ ὑμεις εποιειτε προσκυνεισθαι αξιωντες, και ελευθεροις

νοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐν-

θερσις ανδρασιν ΕΝΤΡΥΦΩΝΤΕΣ, κ. τ. λ. de merc. cond. 35 τοιαυτα ΕΝΤΡΥΦΩΣΙ, μαλλον δε ενυβριζουσι τοις ξυνουσι. inprimis autem pro *sollicitare ad stupra*, allatis Gen. 39, 17. et 34, 31. quod et Latini imitentur: *Quinctilian.* declam. 3. c. 9. p. 66. *Curtius* l. 3. c. 12. Απαται vero *Elsnero* sunt *fraudes, quibus pseudochristiani inter convivia ad turpes amores pellicere* (δελεαζειν) *et ad stupra sollicitare solebant mulieres.* Sic *Alex.* Exod. 22, 16. Jud 14, 15. coll. Eph 4. 22. Hebr. 1, 11. 13. *Hesych.* δελεαρ, απατη. δολος. δελεασθεις, απατηθεις. Eos itaque εντρυφωντας εν ταις απαταις αὐτων h. l. dici putant: *qui dolis et artibus venereis circumventas contumelia afficere, et pudicitiae earum illudere conentur.* Pro qua quidem interpretatione magnum praesidium repeti posse arbitrantur, tam ex nexu cum v. seq. quam ex loco Anonymi in catena Ms. Millii: ὁ δὲ αγαπην και το μεταλαβειν ἀλων φησι, συνευωχηνται ὑμιν, αλλα δια το καιρον ευρισκειν της προς γυναικας ΑΠΑΤΗΣ επιτηδειον. At vero, si haec fuerit apostoli mens, scribendum ei fuisset: εντρυφωντες ΥΜΙΝ εν ταις απαταις. Cum vero legatur, εντρ. εν τ. α. res potius quibus *oblectantur*, non vero *personae*, quibus *illudunt*, intelligendae esse videntur. *Erasm. Schmidius* quidem, hanc sentiens difficultatem, verba distingui vult sic: εντρυφωντες, εν ταις αγαπ. αὐτων συνευωχουμενοι, ὑμιν. *in conventiculis suis convivantes, vos ludibrio habent;* sed, si quid sentio, non sine duritie voc. ὑμιν a verbo συνευωχ. cui proxime ob ap. junctum est, et cui vel ipsa partic. συν voc. ὑμιν vindicare videtur, divelli et ad remotius illud εντρυφ. referri potest. Alii verbum εντρυφαν proprio *oblectandi* sensu retinentes, vel αγαπαις pro απαταις legendum esse, vel saltem sub voce απαται hic αγαπας intelligendas esse, existimant, ita vt voce απαταις simul indicetur, convivia illa, quae ad firmandam αγαπην instituta erant, propterea αγαπαι appellabantur, ab impudicis hominibus in απατας conversa fuisse. Posteriorem rationem inprimis adjuvare videtur *Oecumenius* in h. l. αλλα και συννευομενοι (forsan συνευωχουμενοι) φησιν ὑμιν, ὁ δὲ ΑΓΑΠΗΝ, και το μεταλαμβανειν ἀλων τουτο ποιουσιν, αλλα δια το καιρον ευρισκειν τουτον επιτηδειον της προς γυναικας ΑΠΑΤΗΣ. οὗτοι γαρ οφθαλμους εχοντες ουδεν αλλο βλεπουσιν η μοιχαλιδας. Tunc sensus oriretur hic: *fraternis istis conviviis abutuntur ad delicate vivendum.* Sed quo-

ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συν-

VARIAE LECTIONES.

13. ἀγαπαις pro ἀπαταις A. (in quo tamen codice parum hic quaerendum eſt praeſidii, ſiquidem in Judae ep. v. 12. legit ἀπα-ταις, vbi reliqui fere omnes habent ἀγαπαις, ita vt ſint, qui inde et Petro hic lectionem ἀπαταις vindicare conentur.) *Vulg. Syr. pr. et poſt.* in marg. *AEthiop. Ephrem.* Tractat. *de ſingular. Clericor.* probb. *Eraſmo, Luthero, Camerario, Grotio, Alberti, Hammondo, Vitringa, Bos*, rel. praecipue quia Judas, qui multa ex hac epiſtola in ſuam tranſtulit, ἀγαπαις ſcripſerit. Sed *primum* pro vulgari lectione ἀπαταις ſtat major codicum haud ſpernendorum numerus, nec non *Elsnerorum, Wolfiorum, Wetſteniorum, Bengeliorum*, et *Griesbachiorum* auctoritas, quibus forſan et *Millius* annumerandus eſt, qui vulgarem lectionem allato quodam ſcholio graeco firmare videtur. *Deinde*, ſi *internum* audiendum eſt argumentum, adjectum αυτων, quod codices omnes tuentur, legendum ſuadet ἀπαταις, non ἀγαπαις; quae enim ſermonis inſolentia: „*ſuis* agapis convivantur *vobiſcum*.“ quanquam huic argumento parum momenti tribui velim. *Denique* plures in promtu ſunt cauſae, ex quibus illa lectionis varietas commode deduci poſſe videtur. 1.) Probabile enim eſt, fraterna iſta convivia, quia pſeudochriſtiani iis ad fraudes abutebantur, non tam ἀγαπας, quam potius ludibrii cauſa ἀπατας dicta eſſe, ſicuti Paullus, περιτομην Judaeorum irriſurus, την κατατομην apellat, Phil. 3, 2. Adjuvant hanc ſententiam Catena MS.

a

modo ex vtraque voc. απατ. interpretatione voc. αὐτων cum toto orationis nexu commode conciliari poſſit, non ſatis intelligo; vt taceam de eo, vulgarem lectionem απαταις praeferendam eſſe lectioni αγαπαις. (vid. var. lect.) Equidem, retenta verbi ἐντρυφαν *oblectandi* ſignificatione maxime ſolenni, eademque apud LXX. haud infrequente, Jeſ. 55, 3. 57, 4. Eccleſ. 2, 8. Jer. 31, 20. τας απατας de *dolis* intellexerim, *quibus vtebantur falſi doctores, ad pecuniam ſibi pro falſa ſua inſtitutione comparandam*, imo de *pecunia ipſa, ſic ſibi comparata*, (cf. v. 3. et 14. vbi της πλεονεξιας in docendo inſimulantur,) ita vt ſenſus oriatur hic: *pecunia iſta, quam pro* ψευδοδιδασκαλια *ſua ſibi comparaverunt, vtuntur ad delicate viven-*

συνευωχούμενοι ὑμῖν, 14 ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς

a *Millio* in locis parallelis allata, (vid. commentar.) et *OEcumenius* ad h. l. cui anonymus catenae istius auctor sua debere videtur, quia eadem fere verba sunt. Hinc fieri facile potuit, vt Judas et Vulg. sensum magis, quam verba Petri spectantes, απαταις pro αγαπαις arriperent. 2) Porro, librarios verba notiora substituere solere, inter omnes satis constat. Lectio αγαπαις vero, praesertim cum συνευωχεμ. conjuncta, hic longe faciliorem sensum fundit, quam απαταις. Quid mirum ergo, si απ. cum αγ. commutaverint? 3) Nec hoc praetermittendum esse videtur, quod ex veteri pictura litterae majusculae π. et γ. vtraque littera facile invicem permutari potuerit. Ex qua quidem litterarum similitudine saepius corrupta est vera lectio. Sic *Bos* obs. crit. p. 11. observavit, apud Scholiasten Aristoph. alibi pro περασι legendum esse γερασι. Cf. *Clerici* art. crit. P. 3. S. 1. c. 9. §. 19. qui similia notat. 4) Denique fieri etiam potuit, vt lectio difficilior Petrina απαταις in faciliorem Judae lectionem αγαπαις transmutaretur, quo magis hi duumviri invicem conspirare viderentur

Ibidem pro συνευωχεμενοι ὑμιν habet ευωχεμενοι εν ὑμιν *Syr. post.* et graece in marg,

vivendum. Similiter *Philo* de Jos. p. 555. *Josephum*, ait, *epulas, quibus fratres exceperit, jussisse fieri modicas. quod noluerit ταις ἑτερων ατυχιαις εντρυφαν.* Sic omnia cum verbis ηδονην—τρυφην arcte cohaerere videntur. Συνευωχεμενοι vero resolvendum est per: *εαν συνευωχωνται ὑμιν, si vobiscum epulantur, (sive in fraternis istis, sive in aliis conviviis,)* et vel ad ea quae praecedunt, vel ad ea quae proxime sequuntur, referri potest. Ceterum appareret, verbi συνευωχεισθαι significationem a prima origine, quam Socrates tradit, haud parum recessisse. Ita enim ille de hoc verbo memorab. I. 3. extrem. ελεγε δε και ὡς το ΕΥΩΧΕΙΣΘΑΙ εν τῃ Αθηναιων γλωττῃ ΕΣΘΙΕΙΝ καλοιτο. το δε ΕΥ προσκεισθαι, εφη, επι τῳ ταυτα εσθιειν, ἁτινα μητε την ψυχὴν μητε το σωμα λυποιη, μητε δυσευρετα ειη. ὡστε και το ΕΥΩΧΕΙΣΘΑΙ τοις ΚΟΣΜΙΩΣ ΔΙΑΙΤΩΜΕΝΟΙΣ ανετιθει.

14. Οφθαλμους εχοντες μεστους μοιχαλιδος, ad verbum reddi solet: *oculos habent plenos adulterarum*, (numero singulari nimirum, quod fieri solet, pro plurali posito,) i. e. *adulterae iis semper ante oculos versantur*. Ita acceperunt *OEcumenius*

στους μοιχαλίδος καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δε-

VARIAE LECTIONES.

14. μοιχαλιας pro μοιχαλιδος A. *Ephrem.* prob. *Grotio.* *Ibidem* ακαταπαυστ pro ακαταπαυστους 2. 4. 22. 25. 27. 30. 40. Ed. *Colinaei.* Verſſ. *Vulg. AEth. Arab. Ephraem.* prob. *Grotio.* Lectio inde nata eſſe videtur, quod aliquis, vocem ἁμαρτ. gignendi caſu voci ακαταπ. jungi poſſe, ignorans, verborum ſtructurae melius ſe conſulere poſſe putavit, ſi ακαταπαυστ inſtar nominis adjectivi reſcriberet. *Millius* etiam *OEcumenium* pro lectione ακαταπαυστ adfert, ſed minus recte. vid. *Wolfium.*

(vid. verba ejus ad v. 13.) *Eraſ. Schmidius*, *Gatakerus*, (de ſtylo N. T. c. 12. p. 137.) *Heumannus*, *Wolfius*, alii. Loca ſimilia ſunt: *Plut.* de falſ. pud. p. 528. E. ὁ μεν ῥητωρ τον αναισχυντον ακ εφη κορας εν τοις ομμασιν εχειν, αλλα πορνας. *Longinus* p. 20. ex Timaeo; ὁ τις αν εποιησε εν οφθαλμοις κορας, μη πορνας εχων. *Xenoph.* de republ. Lac. αιδημονεστερους των εν τοις οφθαλμοις παρθενων. *Moſchus* Id. β. v. 18. de Europa:

Ἐζομενη δ' επι δηρον ακην εχεν, αμφοτερας δε
Εισετι πεπταμενοισιν εν ομμασιν ειχε γυναικας.

Sed, ſi quid video, tota haec explicatio aliqua ſaltem duritie laborare, et magis ex ſcribendi genere poëtico, quam epiſtolari eodemque populari eſſe videtur. Equidem apoſtolum, graeci idiomatis minus gnarum, μοιχαλις pro μοιχαλια arripuiſſe crediderim, ita vt *oculi adulterii pleni* (quomodo etiam Latinus haec verba reddidit,) ſint: *oculi, ex quibus nil niſi voluptas illicita elucet.* Similem loquendi rationem habes Jac. 3, 8. vbi γλωσσα dicitur μεστη ιε θανατηφορε. Itaque non opus eſt, vt cum *Grotio* lectionem μοιχαλιας arripias, quam praeter cod. Al. nullus alius tuetur. Ceterum non adeo inſolens eſt tota haec phraſis, vt, ex hebraiſmo explicetur, neceſſe ſit, quod *Beza* fecit; nam tam Graecis quam Latinis ſcriptoribus ſatis nota eſt. *Plato* de republ. l. 7. 481. αυγης εχοντα τα ομματα μεσα. et mox ibidem: σκοτε αναπλεως σχοιη τες οφθαλμες. *Achill. Tatius* p. 168. οφθαλμος πελαγε γεμισθεις. *Aulus Gellius* 3, 5. *Oculos ludibundos, atque illecebris voluptatibusque plenos. Tac.* hiſt. 1, 44. *Nullam*

δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασ-

lam caedem Otho majore laetitia excepiſſe, nullum caput tam inſatiabilibus oculis perluſtraſſe dicitur. Oculos vero potiſſimum hic adulterii plenos dici, mirum nemini videri poteſt, qui meminerit, in amoribus magnam eſſe vim oculorum Cf. *Propert.* 2, 10. 12. *Cic.* de leg. 1, 10. *Silius* 6, 184. *Plut.* ſympoſ. 3, 6. p. 654. D vid. etiam Matth. 5, 28. Ακαταπαυστος, *qui ſedari ſeu cohiberi nequit;* vnde Gloſſae veteres hoc voc. reddiderunt per: *inſedabilis Polyb.* 4, 17. εν ΑΚΑΤΑΠΑΥΣΤΟΙΣ και μεγαλαις ωασεσιν. *Heliodorus* 1, 13. προκατειληπτο ὁ δημος ΑΚΑΤΑΠΑΥΣΤΩ θορυβω. *Diod. Sic.* 11, 67. την ὁρμην των Σιρακουσιων ΑΚΑΤΑΠΑΥΣΤΟΝ. Ἁμαρτια, h. l. ex nexu ad particulare *impudicitiae* vitium reſtringendum eſt. Jam vero, ne ap. nexum orationis interrumpat, *oculi* dicuntur ab impudicitia cohiberi non poſſe, cum tamen *homines ipſi* ακαταπαυστοι (ſc. απο) ἁμαρτιας, i. e. *libidinem reprimere neſcii*, dici debuiſſent. 1 Petr. 4, 2. Quodſi vero ακαταπαυστα pro genuina lectione habueris, οφθαλμοι μεστοι ακαταπαυστα ἁμ. ſunt: *oculi intemperantis libidinis pleni.* Δελεαζειν, eſt *pellicere, ſeducere* ſc. *ad adulterium ſ. impudicitiam omnino.* (vid. ad Jac. 1, 14.) Αστηρικτος, *non ſatis confirmatus*, ſc. *in virtute tuenda.* Ψυχας αστηρικτας vero, ex hebraiſmo, pro ανθρωπας, vel γυναικας αστηρικτας. Γυμναζω, proprie eſt: *exerceo me nudum in palaeſtra.* Hinc ad *quaslibet exercitationes*, adeoque vt et h. l. ad *animi habitus* transfertur. Πλεονεξια, h. l. eodem ſenſu, quo v. 3. retinendum. Sunt quidem, qui πλεονεξιαν ex nexu cum μοιχ. et ἁμαρτ. de *voluptate illicita* intelligi malint, ſed nexus haud ſufficit, ad ſignificationem vocabulo mutuandam, per vſum loquendi parum confirmatam; praecipue cum ap. in eo ſit, vt falſorum prophetarum vitia, provti ei in mentem veniebant, hic enumeret. Καρδιαν — εχοντες ergo ſibi vult: *animum habent avarum, eumque res alienas acquirendi artibus aſſidue exercitatum.* Cave tamen cum *Millio* vocabulum πλεονεξιας a γεγ. ſeparatum, voci καρδιαν jungas, quia, ex ſententia ejus, γυμναζειν, ſalvis grammaticae praeceptis, cum genitivo jungi nequeat. In promtu enim eſt locorum abundantia, quibus γυμναζειν cum gignendi

15 μνασμένην ~ πλεονεξίαις: ἔχοντες, κατάρας τέκνα, κατα-

~ πλεονεξίας.

VARIA LECTIONES.

14. πλεονέξιας pro πλεονεξίαις AC. 1. a. p. m. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 17. 20. 21. 22. 24. 27. 29. 32. 33. 36. 37. 38. 40. 45. 46. 47. 50. 56. Edd. *Com. Ald. Steph. 1. Plant. Genev.* Verſ. *Vulg. Syr. vtr. AEth. Copt. Ephr. OEc.* probb. *Grot. Millio. Griesbachio.*

caſu deprehenditur, in quo tum ἑνεκα ſuppliendum eſt. *Philoſtratus* p. 688. θαλαττης ὑπω γεγυμνασμενος. p. 696. πολεμων τε πολλων γεγυμνασμενος. p. 708. σοφιας ηδη γεγυμνασμενος. *Thomas.* γεγυμνασμενος ρητορικης ἡ ρητορων, δοκιμωτερον αν ειπῃς, ἡ μετοχος, Φιλοστρατος εν τοις βιοις των σοφιστων· γεγυμνασο δε ικανως της Αττικιζουσης λεξεως. και παλιν (p. 561.) ανδρα γεγυμνασμενον της τοιαυδε ἰδεας. ειδεναι δε χρη, ὁτι ἑνεκα λαμβανεται ἐξωθεν, ὡς ειναι το ἐντελες της ἐννοιας, ὁσον ες τὁτο γεγυμνασμενος ην. Quodſi vero vulgarem lectionem πλεονεξιαις, praetuleris, vocem πλεονεξιας efficaciae cauſa in plurium numero poſitam eſſe, ſtatuendum eſt. cf. Marc. 7, 22. Nihil vero, quod ad ſenſum, intereſt, quam lectionem ſequaris, nam varia eſt verbi γυμναζειν ſtructura, nunc cum genitivo, (vid. ſupra,) nunc cum προς τι, nunc cum ἐν τινι, (vt apud *Xenophontem*, το σωμα γυμνασεον ΕΝ ΤΟΙΣ πονοις και ἱδρωτι,) nunc cum τι, (*Heliodorus* l. 1. p. 21. γυμναζειν [ſc. κατα] ΖΗΛΟΤΥΠΙΑΝ.) nunc, vt in l. n. cum τινι, in quo tum ſuppliendum eſt εν. (*Iſocrat.* ad Demonic. p. 4. αλλα ΤΟ μεν ΣΩΜΑ τοις πονοις εγυμναζε.) Καταρας ſc. τȣ Θεȣ, *maledicto divina*, ex anthropopathico dicendi genere, vt antecedens loco conſequentis, pro *ipſa poena hominibus a Deo infligenda*. vid. exc. 1. Καταρας τεκνα vero, quod eſt increpantis, ex hebraiſmo ſatis noto, poſitum eſt pro: ανθρωποι καταρας ἀξιοι. vid. ad 1 Petr. 1, 14.

15. Ὁδος ευθεια, ex ſolenni vſu loquendi tam V. quam N. T. ſcriptorum pro *religione vera*, et quidem h. n. pro *rel. chriſtiana*. Act. 13, 10. i. q. ὁδος δικαιοσυνης v. 21. Καταλειπειν ὁδ ευθ. igitur eſt: *recuſare religionem chr.* — *obſequium denegare praeceptis ejus.* Πλανασθαι, ex eadem metaphora, a *via* repetita, i. q. καταλ. ὁδ. ευθ. adjuncta tamen notione

καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαν-

notione ea, qua ad *errores* delapsi esse putandi sunt falsi isti doctores. Βαλααμ τȣ Βοσορ, *Grotius* χωρὶς supplendum esse putat, ita vt פתורה, locus Mesopotamiae, vbi Bileamus habitasse Num. 22, 5. traditur, hic respiciatur, ratus, ejus loci nomen a Syris posterioribus mutatum esse in בשר, quia frequens illis sit mutare פ in ב, quomodo Joël 1, 1. פתואל in Graeco sit Βαθȣηλ; nec minus frequens mutatio ת in ש, quomodo idem sit תור et שור. Sed quamvis de litteris פ et ב, non item tamen de ת et ש hoc concesserim, nam תור et שור sunt vocc. prorsus diversa, quorum non aliud ex alio natum esse crediderim. Praeterea non tam *patriae* quam *patris* nomen addi solet nominibus propriis, alioquin cum aliis interpp. apostolum ad בשור 1 Sam. 30, 9. vel בצר Deuter. 4, 43, et 1 Macc. 5, 26. vnde Bileamum oriundum esse credunt, alluisse putaverim. Βοσορ potius natum esse videtur ex בער, qui *pater* erat Bileami, ita vt in verbis Βαλααμ τȣ Βοσορ supplendum sit υἱος. Nam ע vel ex chaldaismo, in quo ש frequenter in ע, et ע vicissim in ש convertitur, vel ex scribendi vitio, vel alia ratione, levi mutatione facta, in ש, et το Scheva initiale, ex perpetuo Hebraeorum more, facile in ο transire potuit, vt in שלמה quod Graeci per Σολομων exprimunt. *Vitringa* quidem commutationem τȣ ע cum ש inde deduci vult, quod ע apud veteres adspirationis fortissimae nota, saepe in sibilantem transierit, quemadmodum ex ἁλς, latinum *sal*, ex ἑπτα, *septem*, sint nata, et *Jac. Perizonius* ad *Sanctii Minervam* l. 4. p. 599. το συν ex hebr. עם, *salio* vero ex עלה derivat. Sed obverti possit, τȣς LXX. litteram ע in nominibus propriis non tam per σ quam per γ exprimere solere, vti videre licet in voc. עמרה, Gen. 19, 24. vbi LXX. habent Γομορρα. Praeterea *Vitringa* suspicatur, apostolum hanc vocis בער pronunciationem per Βοσορ ideo elegisse, vt at vocem בשר, *carnem* alluderet, subindicaturus, Bileamum, fugiendo voluptatum *carnalium* vsum, merito filium Βοσορ, vel *carnis*, appellari. Sed quamvis ejusmodi allusiones hic illic in N. T. deprehendantur, h. l. tamen, si quid sentio, ex longinquo repetita esse videtur. Ceterum et *Arabs* jam voc. Βοσορ. de patre Bileami intellexit, quippe qui Βοσορ vertit per Βεωρ, addita

θήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς μισθὸν ἀδι-

addita voce, quae *filium* significat. Cave tamen, colligas ex ejusmodi interpretamento, eum in exemplari eo, quo vteba ur, etiam Βεωρ legisse. Ὁδος τ Βαλααμ, ex metaphora vnicuique nota, jam est *vivendi atque agendi ratio ipsius*, ex nexus ratione magis definienda. Εξακολουθειν τῃ ὁδ. τ B. igitur: *imitari vivendi rationem Bileami*, — *sequi vitae ejus institutum.* Jam vero hanc ὁδον τ Βαλααμ interpretes tantum non omnes ad *consilium* revocare solent, quod Bileamus dederat Midianitis, *vt virginum suarum formosissimarum illecebris juvenes Israëlitarum captos, hac fraude a veri Dei cultu abstraherent*, (de qua re vide, sis, *Jos.* ant. 4, 6. 6.) ita vt praecipua hujus comparationis vis, auctore Camp. *Vitringa* (in dissert. de argumento epp. Petri posterioris et Judae,) in eo sita sit, *quod sicuti Bileam propheta auctor fuerit Midianitis, vt Israëlitas ad commercium prohibitarum libidinum, et per libidines ad idololatriam, pellicerent, et hac ratione in eos derivarent gravissima Dei supplicia; sic et falsi hi doctores, patrandarum libidinum carnalium licentiam facientes credentibus, pariter in ecclesiam provocarint iram divinam, et, quae iram sequi solent, castigationes severas:* nisi forte ap. additis verbis ὃς μισθον αδικιας ηγαπησεν, subindicare voluerit, se totam hanc comparationem ad πλεονεξιας vel *avaritiae* notionem revocatam velle, *ad quam satiandam falsi hi doctores, secundum Bileami exemplum, falsam suam doctrinam data pecunia vendibilem habebant.* Μισθος αδικιας, de *muneribus* intelligendum est, *quae ablegati a Balaco promittebant Bileamo, si male precatus fuerit Israëlitis.* Αγαπαν, hoc nexu, vt hebr. אהב Ps. 116, 1 sensu eo tenendum est, quo significat *lubenter aliquid habere, desiderare, facere, &c.* Ος — ηγαπ. igitur (quod resolverim per: ηγαπ. γαρ μισθ. αδ.) sibi vult: *flagrabat Bileamus horum munerum acerrimo desiderio.* Jam vero male habet interpretes, quomodo narratio Mosaica Num. 22. in qua diserte non traditur, Bileamum praemia, a Balaco per legatos missa, re vera accepisse, cum l. n. in quo Petrus hoc contendat, idonea ratione conciliari possit. Quamobrem *Grotius* per *traditionem* h. l. suppleta esse statuit, quae in s. scriptura reticerentur; *Krebsius* vero locis ex *Josepho* et *Philone* adductis comprobare conatur, Bileamum

ἀδικίας ἠγάπησεν, ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· 16
ὑπο-

mum vere munera, a Balaco ei missa, accepisse. Loca haec sunt: ant 4, 6. 2. πεμπουσι μετα των Βαλακ πρεσβεων ανδρας των παρ' αυτοις αξιολογων, παρακαλεσοντας τον μαντιν ελθειν. et paullo post §. 3. Μιδιανιται δε, Βαλακ σφοδρα εγκειμενε και δεησιν λιπαραν προσφεροντος, παλιν πεμπουσι προς τον Βαλαμον. et mox §. 5. τε δε Βαλακ δυσχεραινοντος, και παραβαινειν αυτον τας συνθηκας, εφ' αις αυτον αντιμεγαλων λαβοι δωρεων παρα των συμμαχων, επικαλουντος. *Philo* de vit. Mos. p. 643. επι τουτον εξεπεμπε των ἑταιρων τινας, παρακαλων ἡκειν, και δωρεας τας μεν ηδη παρειχε, τας δε δωσειν ὡμολογει. et paullo post: ἑτεροι δ' ευθυς επι την αυτην χρειαν εχειροτονουντο των δοκιμωτερων, πλειω μεν επιφερομενοι χρηματα· περιττοτερας δε δωρεας ὑπισχνουμενοι. At vero ex omnibus his locis nil sequitur pro eo, quod Bileamus munera sibi oblata vere acceperit. Alii denique in eo hic acquiescendum esse arbitrantur, quod *Petrus apostolus*, Bileamum haec munera accepisse, enarret; nulla ejus rei ratione habita, vndenam Petro hoc innotuerit. Sed quorsum, obsecro, haec omnia, cum nec Petrus verbis μισθ. αδ. ηγαπ. quicquam aliud contendat, quam *Bileamum munerum accipiendorum spe magnopere ductum, adeoque valde avarum fuisse*, id quod vel ex eo jam apparet, quod rex Moabitarum dona ejusmodi ad Bileamum vix fuisset missurus, nisi avaritiam ejus perspectam habuisset. *R. Salomo* in Num. 22, 18. *Inde discimus animum Bileami fuisse avarum, et aliorum opes concupivisse.* Plura ex scriptis Rabbin. in hanc rem suppeditabit *Wetstenius*.

16. Ελεγξιν εχειν, pro ελεγχεσθαι, idque h. l. sensu priori retinendum pro *argui de aliqua re*. Παρανομια, i. q. αδικια v. 15. *Vulg.* per *vesaniam* reddidit, quasi legisset παραινιας vel παρανοιας; nisi forte, sic vertens, vsum loquendi hebraicum in animo habuisse putandus sit. vid. ad voc. παραφρονια, in fin. hujus v. Ιδια παρανομια vero ex vsu loquendi scriptoribus N. T. proprio, pro παρανομια αὐτε. Ὑποζυγιον, suppl. γαρ. Ὑποζυγιον autem vt Latinorum *jumentum* est vox generalis in N. T. fere semper ad *asinos mulosque* restringenda. Id eo evenit, quod Iudaea equos non ferret. Ὑποζυγιον αφωνον, resolverim sic: ὑποζυγιον, ὁ αλλοτε εσιν αφωνον. Εν ανθρωπε φωνῃ, pro ὡς ανθρωπος. Quomodo vero hoc

por-

ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, 17 ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν. Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, ~ νεφέλαι: ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι,

~ και ομιχλαι.

VARIAE LECTIONES.

17. Pro νεφελαι habent και ομιχλαι ABC. 5. 7. 8. 9. 15. 18. 26. 27. 29. 31. 36. 40. Verſſ. *Vulg. Copt. AEth. Syr. poſt. Hieron. c.* Jovinian 2, 2. *Oec. Ephrem.* probb. *Millio, Grieſbachio.*

portentum explicandum ſit, id quidem huc non pertinet. Φθεγγεσθαι, ſaepius pro λεγειν. Εν — φθεγξαμ. autem reſolvendum eſt per: διοτι ὡς ανθρωπος εφθεγξατο. *Rationem* enim continet, *quomodo* per aſinam a diris Iſraëlitarum populo imprecandis revocatus ſit, nimirum, *quia portenti ejus, quod aſinam audiebat loquentem, novitate perterritus, a Deo ipſo ſeſe cohibitum ſentiebat.* Παραφρονια, quod inuſitatius eſt, quam παραφρονησις, et παραφροσυνη, h. n. i. q. αδικια v. 15. et παρανομια hoc commate 16. Ratio hujus vſus loquendi in eo quaerenda eſt, quod Hebraei homines, *ſanae mentis* adhuc compotes, peccata perpetrare poſſe negabant, vnde *peccatum* et *veſania*, *virtus* et *ſapientia* iis ſunt ſynonyma. Cf. cum tota hac narratione *Joſ.* ant. 4, 6. 3. Ceterum interpretes totum hoc comma ad ſupplicia etiam falſis doctoribus imminentia transferre ſolent; (vid. ad v. 15.) equidem vero ad exornandam totam hanc de Bileamo narrationem, additum eſſe crediderim.

17. Jam pergit ap. ad ingenium falſorum doctorum variis ſimilitudinibus depingendum. Ουτοι, ſc. οι ψευδοδιδασκαλοι. Εισι πηγαι, pro ομοιοι εισι πηγαις. Πηγαι ανυδροι, *fontes aqua carentes, adeoque ſpem peregrinatoris fallentes.* Ομιχλη, *Ariſtoteli* eſt ατμωδης αναθυμιασις τις αγονος ὑδατος, αερος μεν παχυτερα νεφος δε αραιοτερα, et reſpondet hebr. ערפל, Job. 38, 9. Joël. 2, 2. Λαιλαψ, pro ανεμῳ omnino. Jud. 12. Ελαυνομεναι, Judas l. c. eodem ſenſu παραφερομεναι. Ομιχλαι — ελαυν. igitur ſunt *nebulae a vento huc illuc agitatae, adeoque non imbriferae, ruſticumque falſa ſpe inducentes.* In hanc interpretationem magis adhuc *Judas* inducit, qui, vtramque ſimilitudinem invicem permiſcens,

haec

ναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται.
Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, δελεάζουσιν 18
ἐν

haec verba pronuntiat sic: νεφελαι ανυδροι, ὑπο λαιλαπος ελαυν. Sensus ceterum idem, ac si pro ομιχλαι vulgarem lectionem νεφελαι retinueris. Jam vero sensum harum similitudinum cum *Grotio* non eo detorquere ausim, *quod nebulones a cupiditatibus suis, vt nebulae a ventis agitantur*; sed in vtraque similitudine potius *fraudationis* et *fallaciae* notio vnice tenenda videtur, ita vt sensus prodeat hic: *vti fontes aqua carentes spem peregrinatoris sitientis, nebulae autem non imbriferae spem rustici decipiunt; sic et falsi hi doctores vana doctrina discipulos decipere haud dubitant.* Ὁις, per αλλα τουτοις τοις ψευδοδιδασκαλοις. vid. v. 3. Ζοφος eodem sensu quo v. 4. pro *tartaro*, et h. n. inprimis pro *suppliciis in tartaro olim sustinendis*. Addito vero τῳ σκοτῳ augetur hujus vocis significatio, ita vt σκ. τ. ζ. i. sit q. ζοφος σκοτεινοτατος. Sic etiam dicitur χθονος πεδον, συμφορα παθας, *coenum luti*, et similia. Εις αιωνα, interpretes, quos inspexi, omnes cum τετηρηται jungentes, de *tempore longo, vsque ad extremi judicii diem duraturo*, intelligunt. Equidem vero ζοφ. τ. σκ. εις αιωνα sc. μενων, de *suppliciis aeternum duraturis* intellexerim. Τηρεισθαι, vero hic dicuntur supplicia, quae ap. tantummodo pseudoprophetis olim *imminere* dicere volebat. Cf. 1 Petr. 1, 4. 2 Petr. 2, 4. 9. 17. et infra 3, 7.

18. 19. Amplificatur sententia v. 17. et a metaphorico dicendi genere revocatur. Ὑπερογκον *Hes.* reddidit per μεγα, ὑψηλον, υπερμετρον. *Gloss.* per *inflatum*. vid. *Loesnerum* in h. l. Ματαιοτης, *vanitas*, pro *vana doctrina*. Ὑπερογκα ματαιοτητος ex hebraismo pro ὑπερογκα και ματαια. Φθεγγομενοι, ex more Hebraeorum pro verbo finito φθεγγονται, idque pro διδασκασι. Ὑπ. ματ. φθεγγεσθαι vero respondet hebr דבר גפל אות Dan 11, 36. (ad quem quidem locum hic forsan respexit ap.) coll. 7, 8. Deuter. 30, 11. 2 Sam. 13, 2. et i. e. q. alias audit μεγαλα λεγειν, *grosprahlen*. Totum vero hunc locum ad *praemia* retulerim, quae a magniloquis hisce doctoribus discipulis, doctrinam suam sequuturis, promittebantur. cf. v. 19. Δελεαζειν, vid ad v. 14. Εν, pro δια. Επιθυμιαι σαρκος, i. q. επιθυμιαι σαρκικαι. (vid. ad 1 Petr. 1, 11. et Jac. 1, 14.)

prava

ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἀσελγείαις, τοὺς ὀλίγως ὄντας: ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, ἐλευ-

ὀλίγως.

VARIAE LECTIONES.

18. ἐν quod legitur ante ἀσελγειαις, omittunt AC. 1. 7. 9. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 40. 47. Edd. *Complut. Eraſm. Colin. Steph. Bogardi. Plant. Genev.* Verſſ. *Copt. Syr. vtr.* at *T. Beza:* „ἐν ἀσελγειαις. Sic reſtituo hunc locum ex Graecis ſcholiis.“ „Citra omnium MSS. cod. fidem, quod ſciam“ inquit *J. Millius.* Pro ἀσελγειαις vero habent ἀσελγειας 7. 14. 15. 27. 29. 38. Verſſ. *Vulg. Syr. vtr. Ephr. Hieron.* c. Jovinian. 2. prob. *Millio.*

Ibid. ολιγως pro οντως AB. 8. 9. 19. in ora. 25 Ed. *Colinaei.* Verſſ. *Vulg. Syr. vtr. Copt. AEth. Ephr.* probb. *Caſtal. Bengel. Grieſb.* ολιγον 32. 42. Edd. *Complut. Plant. Genev.*

prava concupiſcentia, et h. n. inprimis *voluptas illicita*, quam diſcipulis ſuis haud interdixiſſe videntur. Ασελγειαι i. q. επιθυμιαι. Vtrumque vocabulum eodem ſenſu invicem junctum lege 1 Petr. 4, 3 In voc. ασελγειαις vero και εν ſupplendum, et εν iterum pro δια accipiendum eſſe, vix eſt, quod moneamus lectorem. Ολιγως, quam quidem lectionem vulgari οντως, *re vera*, praetulerim, (vid. var. lect.) i. e. q. μογις, μολις, συν σπουδῃ. Nos: *mit genauer Noth. Grotius* vero ολιγον, quod pro ολιγως arripit, vt 1 Petr. 1, 6. reddi vult per: *ad tempus*, quod tamen, ex noſtra quidem ſententia, ſenſum hic fundit parum idoneum. Πλανη, de *errore* tam in *doctrina*, quam in *vita* intelligi poteſt. (vid. ad 3, 17.) Εν πλανῃ, pro κατα πλανην. Αναστρεφειν autem eſt *vivere*, *ſe gerere*. (vid. ad Jac. 3, 13.) Εν πλανῃ αναστρ. igitur eſt vel: *vitam ſuam ad falſa virtutis praecepta componere*, vel *vitam vivere flagitiis deditam;* et continet meram *ethnicorum* periphraſin, vti αποφυγ. — αναστρ. *Chriſtianorum recens converſorum* circumſcriptionem; ita vt ſenſus oriatur hic: *voluptatibus pellicere conantur Chriſtianos, qui vix ſceleratam ethnicorum vivendi rationem effugerant.* Similiter *Cic* pro Caecin. 18. *in errore verſari. Grotius* autem τους — αναστρ. ad *Chriſtianos* adhuc referens, ſenſum ſic conſtituit: *qui re vera*

ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρ- 19
χοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ
δεδού-

vera effugerant, sed in veterâ relabuntur; provocans ad Matth 17, 22. Act. 5, 22. 15, 16. vbi ἀναστρεφεσθαι *redeundi* significatione occurrat; (quanquam tamen auctor noster *redire* per ἐπιστρ. exprimere solet. vid. v. 21. 22) Sed, si haec fuisset apostoli mens, verbo ἀποφυγειν vitiorum quoddam genus addi debuisset, quod effugere dicantur Christiani, et τους — ἀναστρ. copula quadam proxime antecedentibus jungi debuissent, fere sic: τους ὀλιγως ἀποφυγοντας τα μιασματα του κοσμου, (vel simile quid,) τους δε νυν εν πλ. ἀναστρ-

19. Ελευθερια. Quomodo falsi isti doctores την ελευθεριαν, vt cum Paullo loquar, converterint εις ἀφορμην της σαρκος, vtrum *vitae licentiam in obsequio magistratui denegando*, an *in flagitiis quibusvis perpetrandis conspicuam*, intellexerint, in medio relinquendum esse videtur. Splendidum vero hunc *libertatis* praetextum fundamentum fuisse, cui pseudoprophetae isti prava sua dogmata superstruxerint, dubio caret. Αυτοις, sc. τοις Χριστιανοις. Επαγγελλομενοι, pro verbo finito επαγγελλουσι. Αυτοι, pertinet ad ψευδοδιδασκαλους. Ὑπαρχειν q. ειναι. Φθορα, eodem sensu, quo supra 1, 4. et 2, 12. cf. Rom. 8, 21. Δηλον vero ειναι τινος, δεδηλωσθαι τινι, et δηλευειν τινι, Graeci dicunt de eo, *qui plane, tanquam domino servus, devotus est alicui rei, vel affectui, ita vt amplius sui juris non sit*, Cf. *Menand.* Fragm. p. 204. v. 27.

Ἁπαντα ΔΟΥΛΑ τῳ φρονειν καθισταται.

et p 264. v. 587.

— ΔΟΥΛΑ ταυτ' εσθ' ἡδονης.

Similiter p. 226. in fine:

— τινι ΔΕΔΟΥΛΩΤΑΙ ποτε Οψει; ——

Julian, orat, 6. p. 198. βιον αἰδοιοις και γαστρι δηλευοντα. *Herodian.* l. 1. ep. 14. κερδει μονον δηλευομεν. ep. 17. οικειῳ μονον δηλευει σκοπῳ. ep. 18. δηλευοντα πλουτῳ. et ep. 19. δηλευσω θεατροις. Eodem sensu et Latini aliquem *voluptatibus inservire* dicunt. Αυτοι — φθορας igitur sic reddiderim: *cum tamen ipsi vitiositati totos se tradiderint*, adeoque vera libertate, quae in domandis cupiditatibus atque libidinibus cernitur, prorsus careant. Ἡττασθαι, *vinci*. Solennior hujus verbi constructio est cum genitivo, e. g. *Philo* de migr. Abr p. 403 1. A. οἱ ΤΩΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ παντα τροπον ΗΤΤΗΝΤΑΙ, sed plura etiam

20 δεδούλωται. Εἰ γὰρ, ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες, ἡττῶνται, γέ-

VARIAE LECTIONES.

20. ὅι pro ει 27. 29. Edd. *Complut. Plant. Genev.* prob. *Grotio.* Sed vel ipsa, quae sequitur, apodosis, vocem ει requirit.

loca apud *Josephum* prostant, quibus cum dandi casu jungitur, e. g. ant. l. 13. c. 15. p. 448. ΗΤΤΑΤΟ δε ΜΟΝΩι ΤΩι προς την μητερα και τας αδελφας ΟΙΚΤΩι. Plura suppeditabit *Kypkius.* Τετω και δεδελωται, i. q. τετε και δηλος εστι, s. καλειται. Totus vero locus: ὦ — δεδηλ. *proverbii* speciem prae se ferre videtur, cujus sensum ad loci nostri contextum sic revocare ausim: *foedissima et miserrima servitute tenetur is, qui peccatis indulget.*

20. 21. Redit jam ap. ad *describenda supplicia*, scelerata jusmodi vivendi rationem insequutura. Ει γαρ, mente jungendum cum ἡττωνται, et pertinet ad *Christianos recens conversos.* Μιασμα, q. μιασμος 2, 10. Κοσμος, *homines improbi*, (vid. ad Jac. 1, 27.) et h. n. potissimum ὁι ψευδοδιδασκαλοι. Αποφυγοντες, resolv. per: καιπερ αποφυγοσι. Αποφυγειν μιασματα autem respondet lat: *vitia effugere*, scil. *ut hostes*, i. e. *vitia summo studio evitare.* Sic *Philo* de Abr. p. 354. E. 8. ΦΥΓΟΝΤΕΣ επιτηδευματα μοχθηρα. Εν επιγνωσει pro δι' επιγνωσεως. Επιγνωσις — Χριστε vero est mera periphasis *religionis chr.* quae potissimum ad cognitionem I. C. beneficiorumque eorum, quae ei accepta referimus, redire videtur. Τετοις — ἡττωνται, sic resolverim: ὁμως τετοις μιασμασι παλιν εμπλεκωνται, και ὕτως ἡττωνται. Εμπλεκεσθαι μιασμασι, *vitiis irretiri*, i. e. *totum se vitiis tradere.* 2 Tim. 2, 4. Prov. 28, 18. Ἡττασμαι, *inferior discedo, vincor*, et quidem h. n. *a vitiis*, i. e. si a metaphora recesseris: *neglecta virtute vitiis inservire.* Retinuit ap. hanc vocem ex proverbio v. 19. commemorato. Γεγονεν — πρωτων iterum in *proverbium* abiisse videtur, ad hujus loci argumentum sic fere accommodandum: *posterior vitae conditio, qua, accepta religione chr. pro Christianis haberi volebant*, (εσχατα) *graviora ipsis supplicia contrahit*, (χει-

γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαι- 21
οσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης
αὐτοῖς

VARIAE LECTIONES.

21. Pro επιστρεψαι habent εις τα οπισω ανακαμψαι A. 5. 8. 25. 33. in ora. Ed. *Colinaei*. Verff. *Vulg. Syr. utr. Cyrill. Chryſoſt. Aug. Hieron.*

(χειρονα γεγονεν,) *quam priſtinus ſtatus, quo, abſque rel. chr. pro ethnicorum more vivebant.* (πρωτα.) Cf. Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. Joh. 5, 14. Sirac. 34, 30. 31. Similiter *Thucyd.* 1, 86 διπλασιας ζημιας αξιοι εισιν, ὁτι αντ' αγαθων κακοι γεγενηνται. *Hermas*, qui ſine dubio ad hanc epiſtolae ſententiam reſpexit, habet ſic: *quidam tamen ex eis maculaverunt ſe, et projecti ſunt de genere juſtorum, et iterum redierunt ad ſtatum priſtinum, atque etiam deteriores, quam prius, evaſerunt.*

21. Copioſius explicatur proverbialis ſententia commatis praecedentis. Κρειττον ην αυτοις, vi oppoſ. χειρον v. 20. ſibi vult: *non ita multis ſupplíciis obnoxii fuiſſent, ſi* &c. Sic καλον ην ſumitur Matth. 26, 24. quod alibi dicitur ανεκτοτερον, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. Marc. 6, 11. Luc. 10. 12. 14. Μη επεγνωκεναι, vel ſubſtantive ſumendum eſt ſic: κρ. ην αυτοις ΤΟ μη επεγν. vel ſupplendum eſt: κρ. ην. α. ΑΥΤΟΥΣ μη επεγν. Ceterum επιγινωσκειν hic poſitum eſt pro ſimpl. γινωσκειν, *kennen lernen.* Δικαιοσυνη, *virtus omnino.* 1 Petr. 2, 24. Ὁδος δικ. *via quae fert ad virtutem*, ex metaphora conſueta, qua *religio*, et *praecepta quaelibet* ad *viae* ſimilitudinem revocari ſolent, eſt mera periphraſis *religionis chr. quae viam quaſi ad virtutem nobis monſtrat*, et i. q. ſupra ὁδος αληθειας 2 Petr 2, 2. et ὁδος ευθεια 2, 15. Η—επιστρεψαι, apte ad verba κρειττον — επεγν. reſolvendum eſt per: η εσιν αυτοις, επειτ' ἁπαξ επεγνωσαν την ὁδον της δικαιοσυνης, το επιστρεψαι, vel αυτους επιστρ. κ. τ. λ. Εντολη, collective ſumendum eſt, pro *complexu plurium praeceptorum*, et h. l. pro *univerſa religione chr.* Sic etiam vſurpatur infra 3, 2. Cf Hebr. 7, 18. et 9, 19. Ἁγια dicitur, quia *ad cultum div. ſpectat*, et *a Deo nobiscum communicata eſt*, (vid. ad 1 Petr. 1, 2.) vt diſtinguatur hoc epitheto a reliquis religionibus, a Deo haud oriundis

22 αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· „κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέ-

„ρα-

undis. 1 Tim. 6, 14. Ἁγια εντολὴ igitur i. q. paullo ante ὁδος δικ. Παραδοθεισα, *tradita*, sc. *ab apostolis*. vid. infra 3, 2. *Judas* v. 3. dicit παραδοθεισαν πιστιν. cf. 1 Cor. 11, 2. 23. et 15, 3. Επιστρεψαι — εντολης sc. εις τα πρωτερα μιασματα των εθνων, vel εις τα οπισω, quod habent codices nonnulli, (vid. var. lect) igitur sibi vult: *relicta religione christiana ad pristinum, pro ethnicorum more vivendi genus, redire.* Quod autem praestet, religione chr. omnino carere, quam in summa licet religionis chr. cognitione, praeceptis ejus obsequium denegare, ejus rei rationem quaerendam esse in eo, quod illic *nescii*, hic vero *conscii* peccamus, vix est quod moneamus. Cf. Luc. 12, 48. Sirac. 34, 25. 26. et *Philo* adversus Flaccum, *Grotio* citatus: τῳ μεν αγνοιᾳ τε κρειττονος ἁμαρτανοντι, συγγνωμη διδοται· ὁ δ' ἐξ επιστημης ἀδικων απολογιαν ουκ εχει, προεκλωκως εν τῳ τε συνειδοτος δικαστηριῳ.

22. Proverbialibus sententiis agendi ratio Christianorum, a falsis doctoribus deceptorum, hic describitur. To, sc. εργον s. πραγμα της αλ. παρ. i. e. ἡ περιοχη, s. ἡ ὑποθεσις τ. α. π. *argumentum* s. *summa proverbii.* Sic apud *Lucianum.* D. M. 8, 1. τουτο εκεινο το της παροιμιας κ. τ. λ. Παροιμια, hebr. משל, est *sententia proverbialis.* Cf. *Donatus* in *Ter.* Andr. 3, 3. παροιμια *est sine auctore sententia.* Συμβεβηκε — παροιμιας, vero reddiderim: *bey ihnen trifft das wahre Sprüchwort ein.* Επιστρεψας, pro verbo finito. Εξεραμα, alias εμετος, *vomitus.* Κυων — εξεραμα, per euphemismum pro: *canis iterum comedit vomitum suum.* Sic etiam Prov. 26, 11. vnde ap. hoc proverbium defumsisse videtur, dicitur: κυων, ὁταν ΕΠΕΛΘΗ επι τον εματον. Cf. *Vajikra* R. 16. R. Abba: *reversus est Tobias ad Tobiam, sicut canis revertitur ad vomitum, i. e. ad ingenium rediit.* Sic etiam *Joma* f. 53, 2. *Dixit R Josua f. Levi.* — — *si redeat statim* (sc. discipulus ad magistrum) *similis est cani, redeunti ad vomitum suum.* Adde *Michael Apostol.* 1067. κυων εις τον ιδιον εμετον, επι των απο των αγαθων εις τα κακα επανακαμπτοντων. Και suppl. το τινος αλλης αλ. παροιμιας. Ὑς, *Schol.* Aristoph. Acharn. 741. ὑν επι θηλειᾳ, συν

δε

„βαμα·" καὶ „ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου."

Ταύσην ἤδη, ἀγαπητοὶ, δευτέραν ὑμῖν γράφω ΙΙΙ

ἐπι-

δε επι αρρενος. κεχρηνται δε και επι αρρενος. Λουσαμενη, resolv. per καιπερ λουσ. i. e. *sus, quamvis munda antea fuerit.* Dicitur et apud externos scriptores per ironiam sus *commodum lota*, quae *in coeno se volutat.* Vid. *Aristot.* h. a. 8, 6. τας δε ὗς (πιαινει) και το ΛΟΥΣΑΣΘΑΙ εν πηλω. *AElian.* h. a. 5, 45. παχυνεσθαι δε τον συν ακκω μη ΛΟΥΟΜΕΝΟΝ μαλιστα, αλλ' εν τω βορβορω διατριβοντα τε και τρεφομενον. *Varro* R. R. 2, 4. *Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quae est illorum requies, ut* lavatio *hominis.* Et *Columell.* 9, 4. *sues in coeno lavari.* Εις κυλισμα, pro εις το κυλιεσθαι, vel στρεφεσθαι, s. ἱνα κυλινται. Βορβορος, *Etymol.* βορβορος -- εκ της βορας κοπρος -- ἡ εκ της τροφης γενθεισα ὑλη, -- το περιττωμα της γαστρος. Hinc pro *coeno* atque *luto quovis* vsurpatur. Βορβορᾳ, pro εν βορβορῳ, suppl. επιστρεψασα, idque iterum positum est pro verbo finito. Loca similia sunt: *Arrianus* Epict. 4, 11. απελθε, και χοιρῳ διαλεγου, ἱν' εν ΒΟΡΒΟΡΩι μη κυλιεται. *Plut.* de daem. Socr. p. 580. E. συες απαντωσιν ανδρασι ΒΟΡΒΟΡΟΥ περιπλεοι. *Michael Apostolius* 1910. ὗς εν ΒΟΡΒΟΡΩ. λυσπαται. Ad totum vero hoc proverbium, a sue repetitum etiam Rabbini hic illic alluserunt. *Midrasch Ruth.* in Sohar chadosch fol. 64, 2. (coll. 62, 1.) *Orpa quia fuit anima bestialis, statim reversa est ad lutum suum.* Et *Sohar* Genes. fol. 59. col. 233. *Voluit Lot reverti ad sordes suas.* Plura dabit *Schoetgenius*, in hor. hebr. et talm. in h. l. Vtrumque proverbium conjunxit *Hor.* 1 ep. 2, 26.

Vixisset canis impurus, vel amica luto sus.

Ceterum, si proverbiales hasce sententias, ad Christianorum, a falsis istis doctoribus deceptorum, agendi rationem revocaveris, sensus prodit hic: *Christiani isti, quamvis bene religionem chr. edocti, ad pristina tamen ethnicorum flagitia relabuntur.*

Cap. III. Initium novae epistolae hic constituendum non esse, contra *Grotium*, in prolegomenis, huic epistolae praemissis, satis evicisse nobis videmur. Hoc vnum tamen contendere ausimus, totum hoc caput ab apostolo, qui in fine cap. II. a pertexenda hac ep. avocatus esse videtur, post aliquod temporis intervallum

ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰ-
2 λικρινῆ διάνοιαν· μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων
ὑπὸ

ad finiendam hanc ep. additum esse; in quo quidem capite agere videtur duo haec: *tum* vt argumentum duorum capitum priorum Christianis in mentem revocet, *tum* vt tam hanc, quam priorem epistolam a semet ipso profectam esse, significet, (quo quidem consilio etiam Paullus salutationes manu propria scriptas interdum epistolis suis in fine subjunxit,) alias enim formula initialis hujus capitis ταυτην -- επιστολην satis singularis videri possit lectoribus.

1 -- 4. Inter alias admonitiones in vtraque epistola obvias, ap. Christianos suos praecipue attendere vult ad eam, qua cavere studuisset, vt ne a falsis doctoribus se decipi patiantur, praesertim ab iis, qui adventum I. C. ad extremum judicium de hominibus habendum in dubium vocarent. Ταυτην -- επιστολην, resolverim sic: αὕτη ἤδη δευτερα ἐστιν ἐπιστολή, ἣν γραφω ὑμιν. Ἐν αἷς, ἐς ταυτῃ τῃ δευτερᾳ, και τῃ πρωτῃ ἐπιστολῃ. Ratio paulo concisior pro: ἐν ᾗ, ὡς και ἐν τῃ πρωτῃ. Similem συνθεσιν deprehendes apud *M. Antoninum* 2, 4. μεμνησο, ἐκ ποσα ταυτα ἀναβαλῃ, και ὁποσακις ΠΡΟΘΕΣΜΙΑΝ λαβων παρα των θεων ἀ χρᾳ ΑΥΤΑΙΣ. Διεγειρειν ἐν ὑπομνησει, vel *commonefaciendo adhortari*, vt supra 1, 13. vel pro διεγειρειν και ὑπομιμνησκειν. Ειλικρ. proprie dicitur id, *quod sole splendente dijudicatur atque examinatur*. Hinc ειλ. omnino valet *distinctus*, et, ad animum vbi transfertur, *sincerus*, *probus*. Sic *Polyb.* p. 482. lin. 17 dicit: ἐκ ΕΙΛΙΚΡΙΝΗ την φιλιαν ἀγειν. Ειλ. διανοια igitur est *pia cogitandi ratio*. Et sic quidem sensus hujus commatis huc redit: *haec secunda est epistola, quam vobis scribo, in qua quidem, non minus ac in priori, id vnice ago, vt iteratis admonitionibus vos ad conservandam piam mentem vestram, satis mihi jam probatam, exhorter, atque provocem.* Similima sunt ista *Philonis* de temul. p. 263. D. ἀοκνοτατος ὁ ἐπισημης ἐρως, ἐχθρος μεν ὑπνῳ, φιλος δε ἐγρηγορσεως, διανισας ἀν και ΑΝΕΓΕΙΡΩΝ και παραθηγων ἀει ΔΙΑΝΟΙΑΝ, παντα χορσε περιφοιτᾳν ἀναγκαζει.

2 Μνησθῆναι, pendet a διεγειρω, v. 1. et vt lat. *meminisse* germanice semper reddiderim per: *nicht vergessen*. Προειρημενα ῥηματα, q. προφητειαι, sc. *de Christo, ejusque regno*. Προφηται,

ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν
ἐντολῆς, τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος· τοῦτο πρῶτον γινώ- 3
σκον-

VARIAE LECTIONES.

2. Pro ἡμων habent ὑμων AC. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23 24. 25. 31. 36. 37. 38. 39. 40. 45. Edd. *Complut. Plant. Genev. Colinaei.* Verſ. *Arab.*

φηται, vid. ad 1 Petr. 1, 10. Ἅγιοι, jam explicavimus ad 2 Petr. 1, 21. coll. ad 1 Petr. 1, 2. Εντολη, eodem ſenſu quo 2, 21. Σωτηρ vero explicatum lege ad 2 Petr. 1, 1. Ceterum και της -- σωτηρος per trajectionem poſitum eſt pro: και της εντολης των απ. ἡμ. τ. Κ. κ. σ. *recordemini velim praeceptorum religionis chr. a nobis apoſtolis*, (vel *ab apoſtolis noſtris*, vid. proleg.) *qui ſumus a Jeſu Meſſia ablegati, vobis traditorum.* Sic etiam *Judas*, qui hunc locum manifeſte ante oculos habuit, v. 17. ὑπο των αποστολων τ. Κυριε Ι. Χ. Minime vero cum *Wolfio* crediderim, Petrum h. l. voces τ. Κ. κ. σ. ideo vltimo loco poſuiſſe, vt illae tam ad prophetas quam ad apoſtolos referri, atque adeo vtrique, prophetae aeque ac apoſtoli, Jeſu Chriſti eſſe intelligi poſſint. Nullibi enim *prophetae J. C.* in N. T. me legere memini, et Eph. 2, 20. ad quem quidem locum *Wolfius* pro hoc loquendi vſu provocat, ex genere longe alio eſſe videtur. Quodſi vero εντολης tam ad αποστολ. quam ad Κυρ. κ. σωτ. referri malueris, ſenſus conſtituendus eſt ſic: *recordemini velim religionis chr. quam apoſtoli, a Chriſto acceptam, vobis tradiderunt.* Nonnulli vero, mutata textus lectione, hujus loci difficultati mederi cupiunt. Alii enim legi volunt: μνησθηναι -- προφητων, και των απ. ἡμ. και της εντολης τ. Κ. κ. σ., alii vero: και της τ. αποστολ. ἡμ. εντ. τ. Κ. κ. σ. ita vt Jeſus Petro dicatur ὁ απ. ἡμ. quemadmodum Hebr. 3, 1. ὁ απ. και αρχιερευς της ὁμολογιας ἡμων vocatur, alii denique aliam interpretationis viam ingrediuntur; ſed in tanto codicum conſenſu a recepta lectione recedendum non eſt, vt taceam de reliquis difficultatibus, quibus hae interpretationes, modo prolatae, laborant.

3. Τουτο πρωτον γινωσκοντες, vid. ad 1, 20. Ελευσονται, eſt noſtrum: *es werden Spötter auftreten.* Επ' εσχατου ſc. μερ-

σκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν + ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὑτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι

+ εν εμπαιγμονῃ

VARIAE LECTIONES.

3. Post ἡμερων adhuc addunt εν εμπαιγμονῃ ABC. 5. 8. 9. 19. in ora. 27. 29. 36. 40. Verss. *Vulg. Syr. vtr. Copt. AEth. Chrysost. Cyrill. Aug. Hieron.* probb. *Millio, Bengelio, Griesbachio.*

ρȣς. Των ἡμερων, ex hebr. ימים pro τȣ χρονȣ. cf. Jud. v. 18 qui in eadem re dicit εν εσχατῳ ΧΡΟΝΩι. Επ' εσχατȣ των ἡμερων vero *Grotius* non *certum tempus* designare, sed per *tandem posthac*, reddendum esse, existimat, ratus, totum hunc locum ad *Corpocratianos* spectare, qui, *Augustino* auctore, resurrectionem corporis futuram esse *posthac* negabant. Nos vero, cum de *falsis doctoribus omnino* Petro hic sermonem esse statuamus, επ' εσχατȣ τ. ἡ. idem esse crediderimus, quod alias audit: εν εσχαταις ἡμεραις. Jac. 5, 3. 2 Tim. 3, 1. Act. 2, 17. επ' εσχατων των ἡμερων, Hebr. 1, 2. εν εσχατῳ χρονῳ, Jud. 18. εν ὑστεροις καιροις, 1 Tim. 4, 1. εν καιρῳ εσχατῳ 1 Petr. 1, 5. επ' εσχατων των χρονων. 1, 20. quae quidem formulae propriae sunt *extremis*, et, ex apostolorum sententia, *jam imminentibus, imperii Judaici et judicii supremi temporibus*, quibus, antequam Christus judex adveniat, ex ipsis prophetarum et J. C. effatis Matth. 24, 11. falsi et improbi doctores Christianos ad deserendam religionem chr. seducere conarentur. (vid. nos ad Jac. 5, 3. et 1 Petr. 1, 5.) Εμπαικται, hebr. לצים. *homines qui pietatem irrident, et religionis sunt contemtores.* i. q. ψευδοδιδασκαλοι. Εμπαιγμονη vero, alias εμπαιγμη, εμπαιγμος, et εμπαιγμα, ipsum *ludibrium*, quale v. 4. commemoratur. Εν εμπαιγμονῃ vero jungi potest vel cum ελευσονται, tunc positum est pro συν εμπαιγμονῃ; vel cum εμπαικται, tunc supplendum est εμπαικται εν εμπ. οντες. Quicquid vero praetuleris, εν εμπ. semper ex hebraismo vel redundanter, vel ad augendam sententiae vim additum esse videtur, et i. e. q. εμπαικται εμπαιζοντες. Πορευεσθαι κατ' επιθυμιας, i. e. q. supra 2, 10. πορευεσθαι εν επιθυμιᾳ, *pravis cupiditatibus indulgere.* Cf. cum toto hoc commate. 1 Tim. 4, 1. et 2 Tim. 3, 1.

4.

ῳοι, καὶ λέγοντες· „ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς 4
„παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμή-
„θησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως."

Λαν-

VARIAE LECTIONES.

4. Post γαρ adhuc addit ἡμερας 39. in ora.

4. Και λεγοντες, ex hebraismo pro verbo finito: και λεξουσι. *et dicitabunt.* Nempe exemplum affert ap. cujusmodi sermonibus tales irrisores vti soleant. Επαγγελια, *promissum*, vel. i. q. προφητεια. Παρουσια αυτου, sc. I. X. cujus nomen v. 3. praecessit, et, si hoc non esset, ex re ipsa tamen poterat intelligi, siquidem, quoties παρουσιας in N. T. hoc nexu mentio fit, de παρουσια *Jesu Christi* semper cogitandum est. Hanc ipsam vero παρουσιαν I. X. de παρ. ejus εν ἡμερᾳ κρισεως intelligendam esse, nexus cum v. 7. clamat. (Plura de παρουσια I. X. relege ad Jac. 5, 7.) Παυτα vero non ita acceperim: *vbinam exstat ejusmodi promissum de Christo ad judicium extremum olim adventuro?* i. e. *nullibi exstat;* nam *dari ejusmodi promissa* vix latere potuit falsos istos doctores; sed ita reddiderim: *vbinam est promissum hoc eventu confirmatum?* (*wo bleibt die Erfüllung dieser Verheissung?*) i. e. *eventu nondum confirmatum est, adeoque,* (quod ex mente horum εμπαικτων supplendum esse videtur,) *hoc promissum et olim eventu confirmatum iri, jure dubitamus,* (nimirum quia apostoli, reditum J. C. ad judicium extremum *prope jam instare,* asseveraverant.) Αφ' ἧς, sc. ἡμερας, (ἡμεραν vero ex hebr. יום sume pro *tempore omnino.*) alias ἐξ ὅ sc. χρονου, lat. *ex quo* sc. *tempore.* Οἱ πατερες, est nomen honorificum *majorum gentis Judaicae.* Nos dicimus *Ahnen.* Κοιμασθαι vt hebr. שכב Deuter. 31, 16. per ευφημιαν pro *mori.* Matth. 27, 52. Joh. 11, 11. Act. 7, 60. 1 Cor. 7, 39. 15, 6. Παντα, *totum mundi universum,* quod in adventu I. C. immutatum iri, a Christo Matth. 24. et apostolis praedictum erat. Απ' αρχης κτισεως, resolvendum per: ὡς ην απ' α. κ. Simili modo impii illudebant *Ezechielis* vaticinia cap. 12, 27. et *Malachiae* dicebatur: *vbi Deus ille judicii?* i. e. *judicaturus?* cap. 2, 17. Cf. etiam Eccles. 1, 9.

5 Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν

VARIAE LECTIONES.

5. Poſt θελοντας adhuc legit ειδεναι 40.

5 — 10. Ad haec adverſariorum ludibria ap. reſpondet duobus argumentis, quorum *primum* a diluvio Noachico repetitum eſt. v. 5 -- 7. Γαρ, pro δε. Λανθανει αυτους, *fugit eos*, *ignorant*. Θελοντας vero duplici ratione explicari poteſt, vel ſic: *fugit hoc* (τουτο) *ipſos volentes*, *quod* (ὁτι) &c. ſ. *volentes neſciunt*. Sic etiam *Luzherus*: *muthwillens wollen ſie nicht wiſſen*. Cf. *Epictetus* l. 2. c 19. p. 219. απολλυμεθα, και συ ΘΕΛΩΝ παιζεις, *et tu* vltro *jocaris*. Vel ſic: *fugit eos*, *qui ſic ſtatuunt*, (τουτο θελοντας) ſc. vti dixerat ap. v. praeced. (vid. var. lect.) Tunc verterim: *Menſchen von ſolchen Geſinnungen bedenken nicht*, *daſs* &c. Ὁτι ϗρανοι ησαν, reſolverim per: ὁτι ὡς ϗρ. ἡ. Ουρανοι. Pluralitatis numerus ſpectat ad Judaeorum de pluribus coelis ſententiam. (vid. ad 1 Petr. 1, 4.) Εκπαλαι, ſuppl. και εκπαλαι, *etiam antiquitus*, i. e. hoc nexu *ante diluvium Noachicum*. vid. ea quae ſequuntur. Και γη, reſolvend. per: και ὁτι γη ην και εκπαλαι. Εξ -- συνεστωσα. Noli argutari in particulis εξ et δια invicem diſtinguendis, quae pro more ſcriptorum N. T. conſueto, tantum ad augendam ſententiae vim hic accumulatae eſſe videntur, ita vt ſententia prodeat haec: *terra*, *quae ex aquis*, *quibus* (ex narratione Moſaica Gen. 1.) *undiquaque circumfuſa erat*, *emerſit*. Cf. Col. 1, 16. coll. 19. 20. vbi particulae εν, δια, εις, prorſus diſtinguendae non ſunt. Sic etiam *Artemidorus* eadem, quae hic leguntur, verba: εξ ὑδ. κ. δι' ὑδ. invicem jungit, diſcrimine inter εξ et δια non facto; e g. 2, 13. ὑδροι -- τους εχθρους σημαινουσιν ΕΞ ΥΔΑΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙ' ΥΔΑΤΟΣ εχειν την ϵργασιαν. coll 17. et 35. vbi eadem verba occurrunt. *Grotius* vero, *Wolfius*, *Semlerus*, alii, qui particulas εξ et δια accuratius invicem diſtingui malunt, verba εξ -- συνεσ. ſic fere reddunt: *terra*, *quae* ex *aquis emerſit*, *et* in *mediis aquis collocata eſt*, ſ. συστασιν *ſuam habet*. Sap. 7, 17. At vero tum apoſtolum εν ὑδατι ſcripturum fuiſſe crediderim. Alii vero, phraſin εξ ὑδατος eodem ſenſu accipientes, alteram δι' ὑδατος *cauſam efficientem* indicare putant, hoc fere ſenſu: *quod terra* per aquam, *ſeu* ab aqua *conſiſtentiam ſuam*, i. e. *firmitatem*, *ſoliditatem*, *partiumque cohaeſionem atque totam adeo for-*

ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι 6 κα-

formam ſuam vel maxime ſit conſequuta; id quod eo confirmare conantur, quod, hanc etiam *Thaletis* opinionem fuiſſe ajunt. Cf. *Diog. L.* Thalet. 1, 27. ἀρχὴν δὲ τῶν παντῶν ὕδωρ ὑπεστήσατο. coll. *Plut.* de plac. phil. 1, 3. et *Senec* nat. qu. 3, 13. Vnde, adeo ſunt, qui colligere audeant, aliam terrae ante diluvium faciem et conditionem fuiſſe, ita vt terra, quae propter hanc conſtitutionem olim per *aquarum diluvium* perierit, nunc quidem nonniſi per *ignem* interire poſſit. Sed haec explicatio nimis erudita, et a populari, quo N. T. ſcriptores vtuntur, ſcribendi genere, apoſtolique conſilio prorſus aliena videtur. Minime vero cum *Grotio* atque *Semlero* ζεῦγμα, quod vocant, in verbis latere crediderim, ex quo συνεστῶσα tam ad coelum quam ad terram referri debeat; nam *coelum* ex aquis emerſiſſe ſaltem narrationi Moſaicae prorſus repugnat. Τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, pro διὰ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, *ſolo verbo*, i. e. *ſola voluntate atque potentia divina.* Spectant haec verba ad Gen. 1, 3. Locus huic argumento perquam accommodatus eſt *Max. Tyr.* diſſ. 25. p. 253. ὁμοῦ δὲ τῷ Διὶ νευματι γῆ ξυνεση, καὶ ὅσα γῆς ῥεμματα καὶ θαλαττα ξυνεση, καὶ ὅσα θαλαττης γεννηματα, καὶ αηρ ξυνεση, καὶ ὅσα αερος φορηματα, καὶ ὐρανος ξυνεση, καὶ ὅσα εν ὐρανῳ κινηματα. ταυτα ἐργω των Διος νευματων. Ceterum ap. voci γῆ adjecit verba ἐξ — συνεστῶσα, quo facilius terrae interitum per *inundationem* inde explicare poſſit. Terram vero *aqua* potiſſimum devaſtatam eſſe v. 6. addit, quo magis haec terrae devaſtatio per *aquam* opponatur futuro terrae interitui per *ignem*, cujus v. 7. mentio fit. Alias Petrus ſimpliciter dicere potuiſſet: καὶ γῆ ἦν ἐκπαλαι, καὶ ὅμως ἀπωλετο, κ. τ. λ.

6. Δι' ὧν, ſc. ὑδάτων, idque pro: καὶ ὅμως διὰ τῶν αὐτῶν. Vtitur vero ap. plurium numero, quia paulo ante aquae bis mentionem fecerat. *Wetſtenius* vero in δι' ὧν ſuppleri vult: οὐρανων καὶ γῆς, nimirum quia coelum et terra aquam ad perdendos malos ſuppeditaverint; ſed haec ex longinquo petita crediderim. *Grotius* denique δι' ὧν reddit per: *qua de cauſa*, i. e. *quia talis erat, qualem diximus, conſtitutio coeli et terrae;* ſed quamvis αὐθ' ὧν et ἐξ ὧν hoc ſenſu occurrant, δι' ὧν tamen hac ſignificatione me

vllibi

7 κατακλυσθεὶς ἀπώλετο· οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτοῦ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ πυρὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.

Ἓν

VARIAE LECTIONES.

7. τῷ αυτϑ pro τῳ αυτῳ habent C. 1. 2. 4. 10. 11. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 33. 36. 37. 38. 39. 40. 46. 47. 53. 56. Edd. *Complut. Plant. Genev.* Verſſ. *Syr. utr. AEth. Arab.*

vllibi legere haud memini. Ὁ τοτε κοσμος, pro ὁ κοσμος τοτε ὢν, i. e. *terra qualis tumtemporis erat*, vel, *homines improbi tum temporis viventes*. (vid. ad Jac. 1, 27.) Ὑδατι, pro δι' ὑδατος. Απωλετο, ſi κοσμον de *hominibus pravis* intellexeris, eſt: *perierunt iſti homines*; quodſi vero de *terra* acceperis, απωλετο ſibi vult: *devaſtata eſt terra iſta*. Praefero poſterius, quia ap. ex terrae devaſtatione, quae aevo Noachi evenerat, ad interitum terrae, olim in adventu I. C. futurum, concludit.

7. Οἱ δε, reſolverim per οὑτω και οἱ νυν (ſc. οντες) ουρανοι, *ſic et terra ex diluvio nobis reddita*. vid. ad ὅτι ϑρανοι v. 5. Τῳ αυτϑ λογῳ, pro τῳ τϑ Θεϑ λογῳ, vt ſupra v. 5. *Latinus* legit τῳ αυτῳ λογῳ, nec id quidem male. Τεθησαυρισμενοι εισι, πυρι τηρουμενοι κ. τ. λ. Sic in editionibus, ad vnam omnibus, interpungi ſolet. Malim vero equidem, commate poſt πυρι poſito, τεθησ. πυρι invicem jungi, τηρουμ. vero ad ea, quae ſequuntur, referri, ne τεθησ. omni ſubjecto careat. Τεθησ. πυρι vero nil amplius eſt, quam: *olim igne cremabuntur*. (vid. ad 1 Petr. 1, 4. 2 Petr. 2, 4. 9. 17.) Πυρι, vid. ad v. 10. Ἡμερα κρισεως, *dies extremi judicii*. Απωλεια, *Beſtrafung*. Τηρουμενοι — ανθρωπων, *aſſervantur diei extremi judicii*, i. e. q. *olim in die extremi judicii, quo ſimul homines improbi punientur, interibunt*; adeoque ſenſu non differt a verbis τεθησ. πυρι. His jam ita explicatis, totius argumenti vis jam huc redire videtur: *ſicuti et ante diluvium Noachicum hi coeli et haec terra ſine vlla immutatione adfuerunt, et nihilo ſecius haec terra, quae olim ex aqua emerſit, poſt longum temporis ſpatium per aquam interiit; ſic etiam et nunc coelum et terra, quamvis eadem ſemper forma comparent, poſt aliquod temporis intervallum, igne interire poſſunt, ac certe interibunt, adeoque ex hac extremi*

Ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοί, ὅτι 8
μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς
ἡμέρα μία. οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, (ὡς 9
τινὲς

mi judicii mora colligi nequit, judicium hoc nunquam eventurum esse.

8. 9. *Alterum* argumentum quod adversariis, de extremo judicio, vere olim eventuro, dubitantibus, opponitur, huc redit: *non tam pro cunctatione habendum esse, quod extremum judicium de die in diem differatur, quam potius pro insigni patientia atque clementia divina, vt porro locus omnibus pateat, qui adhuc resipiscere velint.* Ἓν — ὑμᾶς, est formula transeundi ad rem gravioris momenti: *hoc inprimis scitote.* Ὅτι — μια, sunt verba ex Ps. 90, 4. repetita, provt ap. ea memoria tenebat, nam neque cum textu hebr. neque cum versione LXXvirali prorsus conspirant. Sententia veteris vatis sine dubio haec est: *mille anni, comparatione cum aeternitate divina facta, vt vnus dies comparent.* Sensus vero, quem noster his verbis exprimere voluit, hic esse videtur: *Deus summum imperium tenet in tempus, ita vt vnum diem ad mille annos extendere, et, versa vice, mille annos ad vnum diem revocare possit, adeoque nullis temporis terminis circumscribatur, quominus judicia sua subito vel tarde exsequatur.* Loca similia sunt haec: *Zosimus* hist. l. 2. πας γαρ χρονος τῳ θειῳ βραχυς, αει τε ὀντι και εσομενῳ. *Plut.* consol. ad Apollon. p. 111. C. τα γαρ χιλια και τα μυρια, κατα Σιμωνιδην, σιγμα τι εστιν αορισον προς τον απειρον αφορωσιν αιωνα. Et de ser. num. vind. p. 554. D. τοις Θεοις παν ανθρωπινῳ βιῳ διασημα το μηδεν εστι, και το νυν, αλλα μη προ ετων τριακοντα, τοιουτον εστιν, οἷον δε θειλης, αλλα μη πρωι σρεβλων η κρεμμανυναι τον πονηρον. *Pythagoras* apud Jamblichum dicit: Θεοις ὀδεν μακρον εἰναι.

9. Ου &c. Suppleverim equidem δια τουτο ὁ &c. *quapropter*, sc. *cum Deus summus sit dominus temporis, non pro cunctatione habendum est* &c. Ου βραδυνει της επαγγελιας, supplendum: ἑνεκα. Jam si βραδυνειν significatione intransitiva acceperis, vt 1 Tim. 3, 15. sensus est hic: *non cunctatur Deus in promissis suis eventu confirmandis:* quodsi vero βραδυνειν active sumseris, sensus constituendus est sic: *non differt Deus de adventu suo promissionem.* Praefero tamen prius,

τινὲς βραδυτῆτα ἡγοῦνται,) ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενος τινὰς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν

VARIAE LECTIONES.

9. Pro εις ἡμας habent δι ἡμας A. 5. 13. Verſſ. *Vulg. Syr. vtr. AEth.*

prius, quia βραδυνειν, quoties ſenſu activo ſumitur, non cum genitivo, ſed cum accuſativo jungi ſolet; id quod *Grotius* jam ſenſit, quippe qui, contra vnanimem codicum, qui ad vnum omnes της επ. tuentur, conſenſum, τας επ. legendum eſſe ſtatuit, vti Jeſ. 46. 13. σωτηριαν κ βραδυνω: quanquam ſacri ſcriptores non ſemper accurate ſequuntur ſyntaxin graecam. Cf. *Plut.* de ſer. num. vind. p. 549. B. την πιστιν ἡ βραδυτης αφαιρει της προνοιας. *Appianus* B. C. 4. p. 1052. μη εκφερωμεθα ταις προθυμιαις παρα καιρον, μηδε βραδυτητα τις ἡγεισθω την εμπειριαν. Ὡς — ἡγενται, vncis includenda ſunt. Τινες, ad πσευδοδιδασκαλες ſpectare videtur, qui, cum nondum illatae eſſent poenae quas Deus comminatus erat, eas nunquam illatum iri putabant. Μακροθυμειν (ex μακρος et θυμος) reſpondet hebr. ארך אפים, Prov. 19, 11. i. e *iram*, ſ *ſupplicia differre*, *ſperans ſemper meliora*. Εις ἡμας, pro δι ἡμας. (vid. var. lect.) Ceterum εις ἡμας, non εις ὑμας dicit apoſtolus, vt ne, quo haec ſententia valde lenitur, ſe eximere videatur numero eorum, qui patientia divina indigeant. Μη βουλομενος, pro: μη βουλεται γαρ. Απολεσθαι, *perire, puniri.* vid. ad v. 7. Cf. cum hac ſententia Joh. 3, 16. Παντας, vi oppoſiti τινες, emphatice reddendum per: *alle ohne Vnterſchied.* Μετανοια, proprie quidem omnino eſt μεταλλαγη τυ νοος, ſed in bonam tamen partem ſumi ſolet pro *reſipiſcentia*, ſ. *dolore eo, quo poenitet hominem vitae anteactae.* Sic etiam μετανοειν ſibi ſemper vult: *ad meliorem mentem redire*, et reſpondet hebr. נחם, Jer. 8, 6. Εις μετανοιαν χωρειν, *ad poenitentiam ſe convertere*, i. vero e. q μετανοειν. Cf. *Plut.* de flum. p. 19 ολιγον δε σωφρονησας, και ΕΙΣ ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ επι τοις πραχθεισι ΧΩΡΗΣΑΣ. *Koheleth* R. 7, 15. *Dixit R Joſia: propter tres cauſas* Deus S. *B. longanimus eſt erga malos in hac vita:* 1) *ſi forte agant poenitentiam*, &c.

τάνοιαν χωρῆσαι. Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης 10

ἐν

10. His adversariorum dubiis ita refutatis ap. jam pergit ad describendum ipsum coeli terraeque interitum olim in die extremo eventurum. Ἡμέρα Κυρίου, i. q. supra v. 7. ἡμέρα κρίσεως, eamque ob causam sic dicta, quia ὁ Κύριος, i. e. J. C. olim extremo isto die judicium de hominibus habebit. Ὡς κλέπτης, h. e. *tempore incerto*, vel *subito et inopinato*. Luc. 12, 39. 1 Thes. 5, 2. Εν ᾗ, pro και εν ταυτῃ τῃ ἡμέρᾳ. Ουρανοι, de *coelo stellifero* s. de *astris* intelligendum esse, dubitari vix potest. Ροιζηδον, i. q. μετα ροιζου, *magno cum impetu s. stridore*. Cf. *Hes.* ροιζηδον, σφοδρως ηχητικον. *Etymol* ροιζος, πεποιημενη φωνη, σημαινει δε ρυμην, ὁρμην, ηχον,— ὁθεν και ροιζηδον και ροιζησεν. Sic etiam *Scholiastae Homeri* interpretantur per ὁρμην. vid. *Wetst.* in h. l. Παρελευσονται, *peribunt*, vid. ad Jac. 1, 10. Στοιχεια, interpretes fere omnes de *astris* intelligi volunt, *primum* quia respondeat hebr. צבאם, *exercitus eorum*, sc. *coelorum*, quod eodem modo a צבא, *ordine militari incedere*, derivandum sit, vti στοιχεια a στοιχειν, *ordine procedere*; sed hoc, si quid sentio, longius repetitum esse videtur, cum N. T. scriptores ad exprimendum hebr. צבא vti solerant voce: στρατια ουρανιος. Act. 7, 42. coll. Luc. 2, 13. *Deinde*, quia apud *Just. Mart.* apol. 1. et apud *Theophilum* ad Autol. saepe *sol et luna* dicantur στοιχεια ουρανια; sed ex his patrum locis vix quicquam praesidii pro stabiliendo hoc usu loquendi repeti potest, cum hanc formulam ex hoc ipso loco Petrino desumsisse videantur. *Denique*, quia inter coelum, (quod de *coelo superiori, aethereo et aëreo* intelligi volunt,) et terram, στοιχεια haec medio loco ponantur, unde sequatur, στοιχεια nil aliud esse posse, quam solem cum planetis fixisque sideribus; at vero, vti non est, quod ουρανος de coelo aëreo intelligas, sic etiam, in tanta, qua N. T. scriptores utuntur, dicendi popularitate, ex sola verborum consequutione, argumentum pro constituenda vocabuli cujusdam significatione repeti nequit. Si quid potius h. l. pro *astrorum* significatione afferri potest, id unice ex Graecorum usu loquendi repetendum esse crediderim, quippe qui stellas tam fixas quam erratiles στοιχεια ουρανια, homines vero illos στοιχειωματικους appellare solent, qui τελεσματα, sive imagunculas cognatas, ac ejusdem figurae cum quibusdam signis coelestibus, ad depellenda mala concinnabant.

= ἐν νυκτὶ: ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοι-

VARIAE LECTIONES.

10. ἐν νυκτι omittunt AB. 13. 25. 27. 29. 39. 40. Ed. *Colinaei.* Verſſ. *Vulg. Syr. Copt. AEth. Cyrill.* probb. *Millio, Bengelio, Griesbachio.* Videtur ex 1 Theſſ. 5, 2. hic irrepſiſſe.

bant. vid. *Menagium* ad *Diog.* Laërt. 6. §. 102. Quo jure autem *Grotius* ſub voce στοιχεια non *aſtra* tantum, ſed etiam *aquam* comprehendi velit, equidem non aſſequor. Cf. de tota hac interpretandi ratione *Erneſti* diſſ. de difficultatt. interpret. gr. p. 21. Alii, verbis στοιχεια — μυθησονται, non tam ad ea quae antecedunt, quam ad ea quae ſequuntur και γη — κατακαησεται, relatis, priori hujus voc. *elementorum, ex quibus aliquid componitur*, ſignificationi, qua praecipue in N. T. obtinet, Hebr. 5, 12. Coloſſ. 2. 8. 20. Gal. 4, 3. inhaerentes, τα στοιχεια h. l. pro *elementis, vulgo ſic dictis, aëre, aqua, et terra* accipiunt, nec id quidem male; ſed quidni potius στοιχεια ad *totius mundi, tam coeli, quam terrae elementa* extenderimus, ita vt τα στοιχεια καυσουμενα ſignificet: *die ganze zertrümmerte Maſſe.* Καυσουμενα. En Stoicorum opinionem de mundi conflagratione olim eventura, apoſtoli ſuffragio confirmatam. Cf. *Seneca* nat. qu. 3, 28. *At illo tempore maris aeſtus ſolutus legibus ſine modo fertur. Qua ratione, inquis? eadem, qua conflagratio futura eſt, vtrumque fiet, cum Deo viſum ordiri meliora, vetera finiri. Aqua et ignis terrenis dominantur, ex his ortus, et ex his interitus eſt. Ergo quandocunque placuere res novae mundo, ſic in nos mare demittitur, vt fervor ignis, cum aliud genus exitii placuit.* Sic et *Cic.* N. D. 2, 46. *Ex quo eventurum noſtri putant, — vt ad extremum omnis mundus igneſceret, cum, humore conſumto, neque terra ali poſſet, nec remearet aër, cujus ortus, aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet: ita relinqui nil praeter ignem, a quo rurſum animante ac Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur.* Vid. etiam *Simplic.* in Ariſtot. de coelo 1, 9. και ὁ Ἡρακλειτος δε ποτε μεν εξαπτεσθαι φησι τον κοσμον, ποτε δε εκ πυρος αυθις συνισασθαι. Ταυτης δε της δοξης ὑστερον εγενοντο οἱ Στωϊκοι. *Numenius* ap. *Euſ.* P. 15, 18. αρεσκει δε τοις Στωϊκοις φιλοσοφοις, την ὁλην ϰσιαν εις πυρ μεταβαλλειν, οἱονει σπερμα. Και παλιν εκ τατε αυτην αποτελεισθαι,

στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

Τοῦ-

θαι τὴν διακοσμησιν, ὅια το πρότερον γν. *Plut.* a. Stoic p 1075. D. επαγωνιζομενος ὁ Κλεανθης τῃ εκπυρωσει. p. 1077. B. τοτε κοσμος παλιν το πυρ, ὁ σπερμα λεγουσιν ειναι, και μετα την εκπυρωσιν κ. τ. λ. Λυεσθαι, h. n. vero *deſtrui*, adeoque i. q. παρερχεσθαι. Cf. Joh. 2, 19. Eodem verbo vſus eſt *Seneca* ep 71. vbi de futura rerum omnium mutatione ſic habet: *quicquid eſt non erit, nec peribit, ſed reſolvetur.* Sic etiam *Homerus* membra heroum *ſolvi* dicit, qui mortui humi cadunt, e. g. Il. ϰ, 16.

— — — ΛΥΝΤΟ δε γυια.

Τα εν αυτῃ, ſc. οντα. Εργα, כל־אכת, *omnis creatura*, — *omne id, quod pertinet ad terram.* Κατακαησεται, non: *aduruntur*, ſed: *exurentur.* Sic κατακαιω Exod. 3, 2. Jeſ. 43, 2. 64, 2. alibi. vid. ad καυσουμενα.

His jam ita de *terrae everſione olim futura* explicatis, commemoranda adhuc ſupereſt contraria *Hammondi*, *Weſtenii* aliorumque interpretum ſententia, qui, magis difficultatis dogmaticae tollendae cauſa, quam verborum et contextus ratione habita, totum, hunc locum non de *vltimis* ſed de *bello Judaico*, et, quod in eadem tempora incidit, de *bello civili Romanorum*, quo totus orbis terrarum conflagravit, intelligendum eſſe ſtatuunt. *Hammondus* praecipue *ignem*, quo mundus hic olim crematum iri dicitur, vel ad Zelotas, et conflagrationem ab iis excitatam, vel ad Hieroſolymorum conflagrationem referri, vult, ablegans lectorem ad Joſ. de b. j. l. 7. c. 9. 10. 14 17. Argumenta praecipua, quibus ad tuendam hanc ſententiam, vtuntur, haec ſunt: *primum*, apoſtolum fabulam, a Stoicis confictam, ſequuturum eſſe negant; ſed nonne eodem jure ſtatuere poſſumus, hanc veterum ſententiam, apoſtoli ſuffragio, quod ſaepius fit, (praecipue in praeceptis moralibus,) hic magis confirmatam et pro vera declaratam eſſe. *Deinde*, provocant ad loca ea, quibus cladem Judaeae ſub incendii imagine deſcribi putant, v. c. Jeſ. 9, 5. 66, 15. 16. Mal. 4, 1. Ioël 2, 3. 30. inprimis vero ad 2 Theſſ. 1, 8. ſed loca iſta prophetica, ſi ſola et per ſe ea ſumſeris, haud ſatis firmum hujus loci ſic explicandi praeſidium ſuppeditant, cum commode etiam de totius mundi interitu explicari poſſint; vt taceam de eo, dicen-

11 Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταπους δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς;

di genus propheticum, ad explicandam popularem scribendi rationem, qua ap. in epistolis suis vtuntur, nonnisi caute adhibendum esse. Locus vero ille 2 Thess. 1. non adversariorum, sed nostram adjuvat sententiam, siquidem ibi non de clade regni Judaici, sed de totius mundi interitu sermo est. Praeterea apostoli, in toto hoc capite pertexendo, consilium, sententia commatis 9, (Deum velle, vt poenitentia hominum diem illum et adventum Domini antevertat,) singulaeque phrases, ἡμερα Κυριε, ὐρανοι ῥοιζηδον παρελευσονται &c. h. l. de mundi eversione, die extremi judicii eventura, sermonem esse clamant.

11—18. Quae cum ita sint, ap. jam epistolae finem facit cohortatione hac, quam etiam in epistolis Paullinis contineri affirmat, vt intentis animi viribus vitae sanctitati studeant, quo magis jure quasi suo diem illum exspectare atque adeo accelerare possint. Τουτων παντων, spectat ad ὐρανους, στοιχεια, γην et τα εργα εν αυτῃ. Λυομενων, pro futuro λυθησομενων. cf. v. 12. De voc. ipso vid ad v. 10. Ποταπος, aliquid plus esse videtur, quam ποιος, siquidem adhibetur de rebus eximiis: Matth. 8, 27. Marc. 13, 1. Luc. 1, 29. 7, 39. 1 Joh. 3, 1. quod tamen discrimen non semper observatur ab externis scriptoribus. Ποταπους — ὑμας. Post verba haec signum interrogandi ponendum esse censuimus, ita vt reliqua hujus commatis verba, (quae magis commode ad v. 12. rejiciuntur,) junctim cum v. 12. responsionem ad hanc interrogationem contineant: saepius enim N. T. scriptores quaestionibus proponendis atque dissolvendis vim orationis augere, lectorumque attentionem excitare conantur. Jam sensum totius commatis *Grotius* constituit sic: *si istis tam pulcris operibus Deus non parcit, quanto minus impiis;* nisi hoc nimis e longinquo repetitum videri possit. Crediderim equidem ap. in verbis παντ. λυομ. h. n. potissimum de *judicio extremo* cogitavisse, quod ex vulgari Judaeorum sententia cum mundi eversione arcte conjunctum erat, ita vt sensus prodeat hic: *quae quidem omnia cum olim in die extremi judicii dissolvenda sint, quid, arbitremini, jam nunc vobis agendum esse?* cf. v. 12. qui aperte in hanc sententiam inducit. Αναστροφη ἁγια, *vita pia, et cultui divino dedita.* quam et Latini *vitam*

ὑμᾶς; ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις προσδοκῶν- 12
τας

vitam ſanctam ſ. *vitae ſanctitatem* vocare ſolent. vid. ad 1 Petr. 1, 2. Ευσεβεια, mere idem. cf. 2 Petr. 1, 6. 7. *Semlerus* vero ανασρ. ἁγ. et ευσ. diſtingui vult ita, vt ανασρ. complectatur *officia in alios, qui ſunt nobiſcum tempore et loco conjuncti, cujuſcunque gentis, ſtatus, et religionis externae;* ευσεβεια vero *varia documenta religionis internae, licet externae religionis aliquis ordo et modus non chriſtianos iſtos publice conjungeret;* ſed haec in accumulatis ſynonymis invicem diſtinguendis ſubtilitas a ſtili epiſtolaris popularitate prorſus aliena eſſe videtur. Ceterum pluralitatis numerus verborum αναστροφαι et ευσεβειαι vel ad *plures* homines ſpectat, qui αναστροφὴν ἁγίαν, et ευσεβειαν ſtudere debebant, vel ad efficaciam hujus loquendi rationis augendam. Similiter Hebraei צדקות et חסדים adhibere ſolent, pro forma ſingulari צדקה et חסד. Jam vero poſt verba εν — ευσεβειαις, a v. 12. divelli ſolita, interpretes ſupplendum eſſe ſtatuunt: δειὑμας εἶναι, ſed, ſi haec fuiſſet apoſtoli mens, eum, apte ad ποταπας, ſcripturum fuiſſe crediderim: ἁγιως και ευσεβεις. Equidem verba εν — ευσεβ. arcte junxerim cum σπευδοντας v. 12.

12. Σπευδοντας ſententiae augendae cauſa junctum eſt cum προσδοκωντας. *Beza* quidem, aliique, hunc locum reddi volunt ſic: *exſpectantes et properantes ad adventum*, quaſi ſubintelligendum eſſet εις; ſed eo non opus eſt, cum verbum σπευδειν non ſolum neutraliter, ſed etiam active adhibeatur. *Herod.* l. 1. p. 95. τον γαμον τοι τουτον ἐσπευσα. et 1, 206 παυσαι σπευδων τα σπευδεις *Thucyd.* 6, 39. ει μη μανθανετε κακα σπευδοντες. Similiter etiam Latini verba *properare* et *feſtinare* active adhibere ſolent: *Cic.* Tuſc. 1, 31. *Veniet enim tempus, et quidem celeriter, et ſive retardabis, ſive properabis.* Et *Tac.* A. 14, 33. *Caedes, patibula, ignes, cruces — feſtinabant.* H. 3, 55. *feſtinare comitia.* Jam vero σπευδειν activa hac *accelerandi* ſignificatione ſaepiſſime, vt et h. l. vbi verbo προσδωκαν jungitur, nil aliud ſibi vult, quam *ſummo cum deſiderio exſpectare, magnopere deſiderare, vehementer expetere.* Quo quidem ſenſu legitur apud *Polybium* l. 3. c. 62 ευχοντο τοις Θεοις, ΣΠΕΥΔΩΝ ἑκαστος αυτος γενεσθαι των λαχοντων. Ibidem: και ΣΠΕΥΔΟΝΤΩΝ ὁμα τοις αλλοις επιγραφηναι. *Eurip.* Hec. v 1175. ΣΠΕΥΔΩΝ χαριν την

τας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυ-

σην. et v. 1012. τινα δὲ καὶ ΣΠΕΥΔΩΝ χαριν. Idem in Jone v. 448. τας ἡδονας γαρ της πρωηθιας παρος, ΣΠΕΥΔΟΝΤΕΣ. *Pindarus Isthm.* v. 22. ΣΠΕΥΔΕΙΝ αρεταν. *Theſſalus* filius Hippocratis in orat. patris operibus inſerta ſect. 8, p. 28. ΕΣΠΕΥΔΕ τα των Ἑλλήνων καλα. *Dionyſ. Hal.* ant. l. 6. p. 390. ταυτι γαρ ισως παλαι γνωναι ΣΠΕΥΔΕΤΕ. *Cic.* ad fam. 5, 12. *Ardeo* cupiditate *incredibili*, — *ignoſcas velim huic* feſtinationi *meae*. Neque dubium eſt, quin hoc ſenſu aeque poſſit cum accuſatiuo conſtrui, ac cum infinitivo, cum illius conſtructionis exempla proſtent plurima, vt apud *Ieſ.* 16, 5. σπευδων δικαιοσυνην. *Homerum*, γαμας σπευδειν, aliosque. προσδ. και σπευδ. igitur acceperim pro: σπεδαιως προσδ. et totum locum reddiderim ſic: *erwartet, ja beſchleuniget, mögte ich ſagen, die Ankunft jenes Tages vnter einem heiligen und gottesfürchtigen Wandel.* Ἡ τȣ Θεȣ ἡμερα, eſt *dies extremi et vniverſalis judicii*, quod modo a Deo omnino, modo a Chriſto potiſſimum habitum iri traditur. Cf. Act. 17, 31. qui quidem locus recte et efficaciter opponi poteſt iis, qui de die, Judaeis fatali, etiam hoc comma interpretantur. Δι' ἣν alii ad ἡμεραν referunt, vt poſitum ſit pro εν ᾗ, alii vero ad παρσιαν, vt i. ſit q. δι' ἧς i. e. *cujus adventus vi et efficacia omne id eventurum eſt.* Praefero poſterius, quia δια cum accuſativo pro εν nullibi, pro *per* vero ſaepius me legere memini. Cf. Joh. 6, 57. Apoc. 4, 11. 12, 11. 13, 13. quibus locis Johanneis fortan etiam annumerari poſſunt Hebr. 2, 10 et 6, 7. Vid. etiam *Longin.* περι ὑψ. ſect. 3. ex Timaeo: δι' ἑνα ανδρα, i. e. *per vnum hominem*, vt obſervat *Tan. Faber* p. 265. addens: „eundem vſum ex quatuor locis, *Platonis*, vno *Iſocratis*, vno item *AEſchyli*, vt et *Luciani* probari poſſe.“ Valde autem conquerimur, Virum Cel. haec loca, quae ſpectabat, non expreſſiſſe; ſed in promtu ſunt alia *Ariſtoph.* Plut act. 1. ſc. 2.

Και μην ΔΙΑ ΤΟΥΣ ΧΡΗΣΤΟΥΣ γε τιμᾶται μονος.

Et act. 2, ſc. 4.

Αγαθων ἁπαντων ωσαν αιτιαν εμε
Ὑμιν, ΔΙ' ΕΜΕ τε ζωντας ὑμας.

AEſchin. dial. 1. ſect. 2. ΔΙΑ ΤΗΝ τȣτων ΣΟΦΙΑΝ σοφος τε και αγαθος γεγονεναι. Et dial. 2. ſect. 36. δι' αρετην, pro

per

καυσούμενα τήκεται. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν

VARIAE LECTIONES.

12. Τακήσεται pro τήκεται C. 7. 15. 16. 18. 25. 26. 40. 42. 46. Edd. *Complut. Plant. Genev.* Verſſ. *Vulg. Syr.*

per virtutem. Sic etiam *Heſiod.* ἐργ. v. 3.

Ὃν τε ΔΙΑ βροτοὶ ἀνδρες
ὁμῶς ἀφατοί τε φατοί τε.

vbi in δι' ον ſuppiendum eſt Δια, idque pro: *per quem Jovem.* Adi etiam *Clem. Al.* Protrept. p. 69 ΔΙ' Ὃν τα παντα νῦν πελαγος γεγονεν αγαθων. coll. Hebr. 2, 10 Neque omittendus *Demoſthenes* qui orat. de Megalopolit p. 86 ſimili modo σωθηναι ΔΙ' ΥΜΑΣ, et ΔΙ' ΗΜΑΣ σεσωτμενων, adhibet pro *per vos*, *per nos.* Quid? quod adeo Latini dixerunt *propter* pro *per.* Sic. e. c *Cic.* pro Mil. *quod enim*, inquit, *praemium ſatis magnum eſt tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus ſervis;* propter, (i. e. per) *quos vivit.* Πυρωσθαι, quod κατακ. v. 10. Τηκεσθαι, i. q. λυεσθαι, *liquefieri.* Praeſens vero τήκεται iterum poſitum eſt pro futuro τακήσεται, (vid. var. lect.) quia res ea, de qua apoſtolus loquebatur, tam certo futura erat, ac ſi jam fieret. Cf. Jeſ. 34, 4. et ibi LXX. coll. Jeſ. 64, 2. Reliqua vid. ad v. 10.

13. Ουρανοι και γη, ex hebr. השמים והארץ, pro *toto vniverſo.* cf. Gen. 1, 1. 2, 1. Pſ. 33, 6. 124, 8. 146, 6. Act. 14, 15. 17, 14. Apoc. 21, 1. Καινας — καινην. Per *novos coelos, novamque terram,* oeconomiam evangelicam N. T. oppoſitam oeconomiae V. T. Judaicae, atque adeo per *juſtitiam*, eam quae per Chriſtum nobis parta eſt, intelligunt ii, qui in antecedentibus de abolitione reipubl. et oeconomiae Judaicae ſermonem eſſe ſtatuunt. Quod tamen, vti recte negari ſupra oſtendimus, ſic etiam hanc interpretationem h. l. admitti non poſſe, per ſe manifeſtum eſt. Intelligendum potius eſt, niſi verba in alienum ſenſum detorquere velis, *univerſum prorſus novum*, vel ſaltem *in melius transmutatum;* vtramque enim ſententiam cum ſ. ſcripturae effatis commode conciliari poſſe crediderim. Pro poſteriori ſententia plerique patrum militant, quorum de hac re ſententias collegit *Suicerus* Tom. II. p. 151. quas tamen huc tranſcribere, nimis longum foret. Apoſtolum vero totam hanc ſententiam, cui etiam Stoici favebant, (vid. ſupra) ex Jeſ. 65, 17. coll.

νὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς 14 δικαιοσύνη κατοικεῖ. διὸ, ἀγαπητοὶ, ταῦτα προσδοκῶν-

τες

VARIAE LECTIONES.

13. Pro κατα το επαγγελμα αυτ babent και τα επαγγελματα αυτ A. Codd. *Latini, Hieron. Beda.* κατα τα επαγγελματα αυτ 5. Verſſ. *Vulg. Copt. Aug. Cyrill. Didym.* κατα το απαγγελμα αυτ 20. κατα το αυτ επαγγελμα Edd. *Complut. Plantin. Genev.*

coll. 66, 22, potiſſimum hauſiſſe, nullus dubito; non ita tamen, vt eam, quae *S. V. Semleri* ſententia eſt, ſuam non fecerit, ſed in Judaeorum gratiam, qui iſta Jeſaiae effata ῥητως acceperint, eam tantum contenderit; alias enim vix crediderim, apoſtolum additurum fuiſſe verba haec: κατα το επαγγελμα αυτ, ſc. I. X. Hoc ipſum vero επαγγελμα alii contineri putant loco Marc. 13, 25. vbi leguntur verba haec: ὁταν αυτο πιω καινον εν τῃ βασιλειᾳ τ Θε, quae ab *Irenaeo* potiſſimum fanatico fere et ſtolido modo explicata eſſe conſtat; ſed in refutanda hac ſententia, vix eſt, quod moremur lectores: alii vero Petrum hoc ex ſingulari revelatione didiciſſe contendunt; ſed quidni potius, quae quidem ratio mihi ſaltem longe probabilior videtur, apoſtolum hic effatum Chriſti in animo habuiſſe arbitremur, modo literis haud mandatum? Ἐν οἷς, pro εν τ τοις δε ſc. ὐρανοις και γῃ. Δικαιοσυνη, צדקה, *virtus, probitas*, pro concreto δικαιοι, *homines integri ſcelerisque puri.* Κατοικει, pro fut. κατοικησει. Senſus eſt: *in ſaeculo iſto futuro non boni malis erunt permixti, ſed nonniſi homines pii in novos iſtos coelos admittentur.* In tractatu *Chagigah* fol. 12, 2. vbi de ſeptem coelis ſermo eſt, vltimum dicitur ערבות de quo dicunt: שבו צדק ומשפט, *in quo eſt juſtitia et judicium*, idque probant ex Pſ. 89, 15. Ex tanta locorum ſimilium farragine vnus inſignis eſto *Philonis* de vit. Moſ. Tom. 2. p. 144. 22. μετα δε την καθαρσιν των ὑπο σελυνης, απολωσαμενης της γης, και νεας αναφανεισης, και τοιαυτης, οἱαν ειναι, ὁτε την αρχην μετα τ κοσμ παντος εκτιζετο. — ὁι κατα τον των στοιχειων νεωτερισμον τοις πανταχ πασιν επετειχισθησαν, αλλα και παλιγγενεσιας εγενοντο ἡγεμονες, και δευτερας αρχηγεται περιοδ.

14. Ταυτα, ſpectat ad καινας ὐρανους et καινην γην. Ταυτα προς-

τες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, 15 σω-

προσδοκώντες, *exspectantes tanta praemia, in dieſer Erwartung.* Ασπιλοι και αμωμητοι, contrarium ei, quod ſupra dixit σπιλοι και μωμοι 2, 13. Vid. etiam ad Jac. 1, 27. Αυτῳ, pro παρ' αυτε, vel ενωπιον αυτε, ſc. τε Θεε. i. e. *ex ipſo Dei judicio.* Sic etiam *Demoſthenes*: των εμοι πεπραγμενων dicit, pro τ. παρ εμε π. Ευρεθηναι, vt hebr. נמצא, pro ειναι. Reſpondet noſtro: *damit ihr nach ſeinem Vrtheile befunden werdet*, i. e. *ſeyd.* Εν ειρηνῃ, verbo προσδοκωντες commode jungi poſſet, vt ſit: *tranquilli exſpectantes*, niſi tanto intervallo invicem ſejuncta eſſent; quare εν ειρηνῃ, praeeunte *Grotio*, ſumi ſolet pro εις ειρηνην, לשלומכם, vt ſenſus prodeat hic: *virtuti ſtudete, ad promovendam proſperitatem veſtram:* (*zu eurem eignen Glücke.*) ſed tum ap. προς την ιδιαν ὑμων ευδαιμονιαν ex v. 16. dicturum, vel ſaltem voci ειρηνη pronomen ὑμων vel ἡμων additurum fuiſſe crediderim. Equidem potius, σπευδασατε εν ειρηνῃ invicem junctis, ειρηνην hoc nexu pro *pacis ſtudio* acceperim, quo Chriſtiani ii, ad quos ap. hanc epiſtolam dabat, potiſſimum indiguiſſe videntur, et tunc ſenſus idem eſt, ac ſi ap. ſcripſiſſet: σπευδασατε ασπ. κ. αμ. και ειρηνικοι αυτῳ ευρεθ. Verterim ſic: *ſine rerum externarum perturbatione, et ſine novarum rerum ſtudio, virtuti ſtudete, (bemühet euch unter friedfertigen Geſinnungen gute und tugendhafte Menſchen zu werden.)*

15. Κυριε ἡμων, ſc. I. X. Μακροθυμια, ex nexu cum v. 9. nil aliud eſſe poteſt, quam *longanimitas divina, in differendo ad extremum judicium reditu J. C. conſpicua.* Σωτηρια, h. n. non tam ipſa ſalus, quam potius *remedium ſalutis.* Και— ἡγεισθε eſt conſtructio, ſimilis iſtius Jac. 1, 2. et 2 Petr. 2, 13. et ſenſum fundit hunc: *longanimitatem iſtam vobis ſalutarem eſſe, perſuaſum velim habeatis, ſi recte ea vtamini.* Αδελφος, h. n. non ad *Chriſtiani dignitatem*, ſed ad *ſocii in inſtituendis Chriſtianis operam*, referendum eſt, ita, vt i. ſit q. συνεργος, *muneris ſocius, collega.* Verterim: *mein lieber Gehülfe, — Mitarbeiter.* Ὁ— αδελφος. Verba haec ad conciliandam huic epiſtolae, tanquam Petrinae, auctoritatem, inſerta eſſe, hanc quidem *Grotii* ſuſpicionem in prolegomenis commemoratam atque refutatam lege. Κατα— σοφιαν,

σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος, κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν, ἔγρα-

sc. διὰ πνεύματος ἁγίου, qua quidem revelatione divina in explicandis rebus occultis atque obscuris, qualis erat de die domini doctrina, fine dubio indigebat; quanquam tamen non multum repugnaverim, si verba κατα — σοφιαν accipere malueris pro simpl. κατα την ἑαυτου σοφιαν. Εγραψεν ὑμιν, sc. *vt certissima judicii extremi exspectatione adducti vitae sanctiori studeant.* Sunt quidem, qui duo adhortationis Petrinae hic capita constituant, quorum alterum ad *virtutis studium*, alterum ad *exspectationem diei Domini* pertineat, Petrumque h. l. prius illud in animo habuisse contendant; equidem vero suadente orationis nexu ad vtrumque, inprimis vero ad posterius illud attendi velim, quia in hoc potissimum argumento tractando δυσνοητα τινα occurrere poterant, non vero item in virtutis praeceptis huic judicii extremi exspectationi superstructis. Jam vero in circumspicienda epistola ea, quam Petrus hic in animo habuerit, nonnulli apostolum ad ep. Pauli ad Romanos, et quidem ad cap. 9, v. 22. respexisse putant, quia μακροθυμιαν του Θεου diserta mentio ibi fiat, et δυσνοητα quaedam in hoc capite deprehendantur; sed Paulus longe alio sensu atque nexu μακροθυμιας mentionem facit, ac Petrus l. n. Interpretes vero longe plurimi auctorem nostrum epistolam Pauli ad Hebr. et ante omnia Cap. 10, v. 25. ante oculos habuisse arbitrantur, tum quia ad Ex-Judaeos scripta sit, ad quos etiam Petri vtraque spectet; (quod tamen argumentum ad nos prorsus non pertinet, cum vtramque epistolam Petri ad Christianos tam ex ethnicis, quam ex Judaeis ad rel. chr. conversos, datam esse, supra in prolegomenis priori epistolae praemissis, nobis satis evicisse videamur,) tum, quia locus iste Paullinus cum loci nostri argumento tam manifeste conspiret; at vero, sive Petrum ejusmodi locum Paullinum in animo habuisse putaveris, in quo potissimum de *judicio extremo* sermo est, nullo superaddito virtutis praecepto, ex judicii istius exspectatione deducto, sive Petrum ad epistolam Paullinam respexisse existimaveris, qua, vt in l. n. jubentur Christiani, *vt judicii extremi exspectatione commoti virtuti studeant*; loci istius Hebr. 10, 25. cum loco nostro levissima esse videtur similitudo,

ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λα- 16
λῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων· ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ
οἱ

do, nam *singulare tantum virtutis praeceptum* idque *transeundo quasi* hic ex diei istius exspectatione elicitur, et plura in promtu sunt loca Paullina hoc loco longe luculentiora e. c. 1 Cor. 15, 22 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. Phil. 3, 10. 20. 21. Col. 3, 1. 24 1 Tim. 6, 14 Tit. 2, 12. et praecipue vtr. ep ad Thess. Putaverim equidem, verba εγραψεν ὑμιν ad deperditam quandam Paulli epistolam, eamque forsan encyclicam, spectare, in qua Paullus id ante omnia egisse videtur, *vt certissima extremi judicii exspectatione proposita ad virtutem sequendam, adhortaretur Christianos*, id quod loci nostri contextum requirere putaverim Nec est, quod hanc sententiam aversaris, siquidem plures epistolas Paulli ad nos haud pervenisse, aliunde etiam probabile est.

16. Comma hoc praecedenti arctissime jungendum est. Ὡς — επιστολαις, suppl. εγραψε. Λαλων εν αυταις, pro εν αἷς λαλει. Περι τουτων, i. e. *de adventu J. C. ad judicium extremum.* Ὡς — τουτων igitur sensum fundit hunc: *sicuti etiam Paullus in omnibus epistolis de exspectando Domini ad judicium adventu praecepit*, et hac ipsa exspectatione *ad vitae sanctioris studium inculcandum vsus est.* Vid loca ea quae ex epistolis Paullinis ad v. 15 in hanc rem attulimus. Εν οἷς, ad proxime antecedens περι τουτων referendum est hoc sensu, *quod in argumento isto a Paullo tractato quaedam intellectui minus sint obvia* Δυσνοητα, i. q. δυσεξηγητα, δυσερμηνευτα, *difficilia explicatu.* cf. *Diog. L.* Heraclit. 9, 13. καταβεβλησθαι λογον περι φυσιος ΔΥΣΝΟΗΤΟΝ τε και ΔΥΣΕΞΗΓΗΤΟΝ. Epistolae Paulli igitur obscuritatis non per se arguuntur, sed argumenta quaedam altioris indaginis esse monetur. Ceterum *Grotius* haec verba praecipue referri vult ad 1 Cor. 15, 44. vbi de σωματι ψυχικῳ sermo est, vnde Carpocratiani colligere ausi sint, solis animabus salutem promitti, et ad loca de fide opposita operibus legis; sed plura scriptis Paullinis insunt δυσνοητα, ita vt difficile sit indicatu, quaenam Petrus h. l. potissimum in animo habuerit. Αμαθεις, vt hebr. סכלים denotat tam *indoctos* et *rudes literarum*, quam *indociles*, quo sensu *Lutherus* hoc voc. accepit.

Kreb-

οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Ὑμεῖς

vult per *malitiosus*, ita vt *malitia* in istis hominibus causa sit pervertendi et corrumpendi verum s. scripturae sensum. Provocat hujus significationis firmandae causa ad loca *Josephi* haec: ant. 1, 4. 1. vbi de Noachi nepotibus, Dei praeceptum negligentibus, habet sic: ὑπὸ ΑΜΑΘΙΑΣ παρῆκεσαν τὸ Θεὸ, καὶ διὰ τοῦτο συμφορὰις περιπεσοντες, ἠσθηντο τῆς ἁμαρτιας. Et 3, 14. 4. vbi Moses Deum implorat, vt furentis populi malitiae et rebellioni resistat et verba leguntur haec: ὁπως τῆς ΑΜΑΘΙΑΣ παυσῃ τὸ πληθος. Sed non est, quod significationem rariorem hic solenniori praeferas, inprimis cum ἀστηρικτοι propriam vocabuli ἀμαθ. significationem requirere videatur. Ἀστηρικτοι, sunt *homines σηριγμῷ quasi carentes* (cf. v. 17.) i. e. *in vera doctrina haud satis firmi et corroborati, adeoque in profitenda rel. chr. instabiles.* Cf. cap. 2, 14. *Philo* eleganter hoc sensu vtitur voce ἀνερματισος, quae propria est *navibus, quae, cum saburram non habent, fluctuant et jactantur.* Vid. *Loesnerum* in h. l. Στρεβλειν, proprie est *torquere.* Cf. *Plut.* Artax. p. 1018. C. λαβοντες τον ανθρωπον, εφ' ἡμερας δεκα ΣΤΡΕΒΛΟΥΝ. *Aristoph.* Plut. act. 4. sc. 3. v. 876. vbi servus επι τὸ τροχὸ ΣΤΡΕΒΛΟΥΜΕΝΟΣ dicitur. *Demosth.* pro cor. alicubi dicit: ὑμεις ΣΤΡΕΒΛΩΣΑΝΤΕΣ, αυτην αποκτεινατε. Hinc etiam vt et h. l. valet *depravare*, s. *pervertere* et *male interpretari verba alicujus*, pro quo Act. 13, 8. dicitur διαστρεφειν. Eodem sensu et Latini dicunt: *in alienum sensum detorquere*, et nos: *jemandes Worte verdrehen*, i. e. *misdeuten.* Respondet hebr. פתל, cf. 2 *Sam.* 22, 27. et *Syrus* in Act. 13, 8. In *Glossario* στρεβλῶ, *pravo.* Rabbini dicunt: חמס תורה, στρεβλειν τον νομον. De re ipsa autem cf. *Chrysost.* in 2 Cor. 10, 8. ποικιλος τις ην (ὁ Παυλος) αλλ' ἁπλας και ταφης· ουτοι πρὸς τας οικειας διεστρεψαν τα ρηματα εννοιας. Ὡς — γραφας. Videtur intelligere *evangelia* et *acta app.* Cf. *Chrysostomus* in Rom. 7. ὁρας, ὁτι αν μη κατα προσηκουσης ευλαβειας τας λεξεις εκλεξωμεθα, και πρὸς τον αποστολικον ιδωμεν σκοπον, μοριαι εψεται ατοπα. Plura dabit *Grotius.* Πρὸς — απωλειαν, suppl. και τουτο (sc. το στρεβλειν) εσται αυτοις πρὸς — απωλειαν, *nimirum*

Ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ, προγινώσκοντες φυλάσσεσθε, ἵνα 17
μὴ, τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε
τοῦ

rum quia quaerere negligunt, quae ignorant.

17. Προγινωσκοντες φυλασσεσθε, resolv. per: φυλ. διοτι προγινῶσκετε; *cavete vobis praemoniti* sc. *de periculis vobis imminentibus.* Φυλ. ἵνα μη. Alias dici solet Φυλ. ὅπως μη, vel φυλ. μη. vid. *Wetst.* Αθεσμοι, vid. ad 2, 7. Τῃ πλανῃ, pro δια πλανης. Vocabulum vero ipsum πλανη, nusquam, et ne loco quidem eo, ad quem *Grotius* provocat Prov. 14, 8. vt δολος, *active* de *fraude, quam quis alteri facit*, sed *passive* de *errore quo decipimur ipsi*, intelligendum est. Τῃ των αθεσμων πλανῃ igitur sumendum est pro: παρα των αθεσμων πλανωμενων αυτων. cf. Eph. 4, 14. *durch selbstbetrogne Schwärmer.* Συναπαγεσθαι, proprie *torrente abripi*, metaphorice autem *vna cum aliis decipi*, qua quidem loquendi ratione *vis errorum, cui nemo quasi resistere potest*, exprimi debet. Cf. Gal. 2, 13. *Clem. Al.* Protrept. p. 28. φαντασιαις ΑΠΑΧΘΕΝΤΕΣ πεπλανημενοι. *Hierocles* simili metaphora dixit p. 50. ΣΥΝΕΚΦΕΡΕΣΘΑΙ τοις απιπτοσιν απο τȣ προς αρετην σκοπȣ. (coll. 2 Petr. 1, 21.) Planius *Plut.* Caes. p 724. εξεπεσον ὑπο θαμβȣς τοτε των λογισμων, και ΣΥΜΠΑΡΕΝΕΧΘΗΣΑΝ, ȣδεν δεομενοι, τῳ ρευματι της φορας εκεινης. *Epictetus* diceret: ΣΥΝΑΡΠΑΣΘΕΝΤΕΣ, vt ench. c. 22. 24. et 27. Στηριγμος. proprie *actus firmandi*, deinde vero etiam *firmitas* et *res firma ipsa*, et h. l. ex nexus ratione *firma de religione chr. persuasio.* Στηριγμος ιδιος vero i. q. στηριγμος ὑμων. Εκπιπτειν vero τινος i. q. στερεσθαι τινος. Cf. *Plut.* Grach. p. 834. ΕΚΠΕΣΕΙΝ και ΣΤΕΡΕΣΘΑΙ της προς τον δημον ευνοιας. Εκπιπτειν στηριγμȣ igitur est: *in seiner Veberzeugung irre werden — seine Grundsätze aufgeben.* Tota loquendi ratio etiam militaris videri possit, sensu tamen ne minimum quidem mutato, quasi ap. intelligi voluisset sic: *caveatis, ne expellamini sive deiiciamini e firmo vestro praesidio.* Cf. *Polyb.* hist. l. 2. cap. 7. p. 132. ΕΞΕΠΕΣΟΝ εκ της πολεως. *Herodot.* l. 3. p. 165. εκ πολλων τε και ευδαιμονων ΕΚΠΕΣΩΝ. *Isocrat.* de pace. p. 436. εκ των πατρωων εκπεπτωκοτες. Vid. *Raphelii* annot. Herodot. p. 660.

18.

18 τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ· αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος, ἀμήν.

18. Αυξανετε, vid. ad 1 Petr. 2, 2. Γνωσις — Χριστε, *religio christiana*, vid. supra 1, 2. 5. 8. et 2 Cor. 4, 6. Χαρις και γνωσις vero est ἐν δια δυοιν, pro γνωσις χαρισθεισα, i. ex χαριτος δοθεισα, *religio salutaris*, — *gratiose nobis concessa*. Ἡμερα, *tempus*. (vid. supra v. 3.) Ἡμερα αιωνος igitur i. e. q. ἡμερα αιωνιος, *tempus aeternum*, et εις ἡμεραν αιωνος sensu non differt ab εις τον αιωνα. 1 Petr. 1, 23. 25. et 2 Petr. 2, 17. Ceterum verba αυτῳ — αμην *doxologiam* continent, quam explicatam vide 1 Petr. 5. 11.

EXCVRSVS. I.

De vocabulorum ευλογειν, ευλογητος, ευλογια, *et* καταρασθαι, επικαταρατος, καταρα, *in N. T. ſignificatione.*

Senſus horum vocabulorum, in quibus, tam in ſermone quotidiano adhibendis, quam ex graeco vel hebraico idiomate (praecipue germanice per *ſeegnen*, *fluchen*,) vertendis, non claram ſemper perſpicuamque notionem animo tenere ſolemus, ex vſu loquendi vocabulorum hebraicorum ברך, ברוך, ברכה, et ארר, ארור, מארה, קלל, קללה, vnice deducendus, atque pro diverſitate eorum qui benedicunt, vel quibus benedicitur, varie conſtituendus eſſe videtur [1]. De ſingulis jam ſigillatim agendum eſt.

[1] ברך quidem lexicographi BUXTORFIUS, SIMONIS, MICHAELIS (ſupplem. p. 222.) proprie Arabibus, Syris atque Hebraeis eſſe dicunt *genua flectere*, (a רֶבֶךְ *genu*) vnde בֵּרֵךְ in Piel procedente tempore *benedicendi* ſignificationem acceperit, quia *ſalutantes*, atque adeo *benedicentes*, quae eſt BUXTORFII atque SIMONIS ſententia, *in genua ſe ſubmittere* ſoliti fuerint; jure tamen ab vtroque diſſentiente ILL. MICHAELE, qui tranſitivam conjugationis Piel ſignificationem ſequutus בֵּרֵךְ reddidit *in genua procumbere juſſit* indeque in *benedicendi* ſenſum tranſiiſſe ſtatuit, quia in benedictione ſolenniori genua flectere juſſus ſit is, *cui benedicebatur*, vnde denique ad omnes omnino benedictio-

Atque sic quidem, vt de sensu verborum ευλογειν, ευλογητος, et ευλογια, ordiamur, loca ea, in quibus haec vocabula occurrunt, in duo potissimum genera commode dispesci posse putaverim: *alterum*, in quibus de *hominibus*, *alterum* in quibus de *Deo*, sive expressis verbis, sive suadente orationis nexu, adhibentur.

I. *Primum* igitur in locis iis, in quibus *homines* dicuntur benedicere

1) *aliis hominibus*; ευλογειν, ברך, vel est *bene precari*, (quae est propria atque solennis horum vocabulorum significatio,) vel *benefacere*, vel nenique *salutare* atque *valedicere*. Prior *bene precandi* significatio obtinet praecipue in locis iis, in quibus de patriarcharum benedictionibus sermo est, qui propter singularem ipsorum dignitatem, tam ex virtutis praestantia, quam ex generis nobilitate, aetatisque gravitate, oriundam, Deo inprimis cari, adeoque eo

dictiones translatum sit; nisi forte verba ברך *genua flectere* et ברך *benedicere* (quae longe solennior est significatio,) quamvis iisdem, totidemque litteris consignata, prorsus tamen diversa, nec vllo modo invicem jungenda videri possint, inprimis cum de genuum, in benedicendo, flectendorum ritu nil certi constet. Quaecunque vero sit hujus verbi origo, *benedicendi* tamen significationem in locis longe plurimis obtinere, nemo est, qui dubitet; ex qua quidem ipsa reliquae hujus vocabuli significationes derivandae sunt.

eo efficacius aliis benedicturi esse putabantur. Hebr. 7, 1. 6. 7. 11, 20. 21. praetereaque Marc. 10, 16. Luc. 2, 34. 1 Cor. 4, 12. cf. Gen. 27, 4. 19. 34. 41. 14, 19. Num. 22, 6. rel. Altera *benefaciendi* significatio locum habet Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. Act. 3, 26. Rom. 12, 14. et 1 Petr. 3, 9. cf. Gen. 27, 29. Num. 24, 9. Tertia denique *valedicendi* significatio verbi ευλογειν, ברך, deprehenditur Luc. 24, 50. 51. coll. 2 Sam. 19, 40. et ευλογημενος in ipsis *salutandi formulis*, beneprecandi tamen sensu, legitur. Luc. 1, 28. 42. et Matth. 21, 9. coll. 23, 39. Marc. 11, 9. 10. Luc. 13, 35. 19, 38. Joh. 12, 13. in quibus quidem locis populus Judaeorum Jesu, Hierosolymorum vrbem intranti, ita acclamasse narratur: ευλογημενος ὁ ερχομενος εν ονοματι Κυριϖ, i. e. *salvus sit nobis Messias noster a Deo ablegatus!* vel: *bene Messiam nostrum!* Nos: *Heil dem uns von Gott gesandten Messias!* Tota formula repetita videtur ex Ps. 118, 26. vbi verba: ברוך הבא בשם יהוה eodem *salutandi* sensu accipienda sunt. Jam a varia hac verbi ευλογέιν significatione nomen etiam ευλογ'ας similem significationis varietatem mutuatur, siquidem *modo* pro *benedictione solo ore pronuntiata*, 1 Cor. 10, 16. Hebr. 12, 17. 1 Petr. 3, 9. cf. Gen. 27, 12. 36. Deuter. 23, 6. Nehem. 13, 2. Job. 29, 13. Ps. 21, 4. *modo* pro *beneficio ipso*, 2 Cor. 9, 6. *modo* denique, arctiori adhuc sensu, pro ipsis

elee-

eleemoſynis, 2 Cor. 9, 5. vt ברכה Gen. 33, 11. Jud. 1, 15. 1 Sam. 25, 27. 30, 26. 2 Sam. 5, 15. et pro *dono* vel *munere ſingulari*, adhibetur. In loco vero iſto, Rom. 16, 18. vbi ευλογια *ſenſu deteriori* pro χρηστολογια ſive *aſſentatione* vſurpatur, comparatio hebr. ברכה et ברך ceſſare, apoſtolusque in graeca vocis notatione haerere videtur; nam loca ea, in quibus etiam hebr. ברך in malam partem ſumitur, e. g. Job. 1, 5. 11. 2, 9. 1 Reg. 21, 20. prorſus huc non pertinent, ſiquidem ברך ibi ex *valedicendi* ſignificatione de *deſerendo atque renuntiando cultu veri Dei* adhibetur. Jam vero in aliis locis *homines* dicuntur ευλογειν, ברך,

2) τον Θεον (vel *abſolute* ευλογειν; in quo tum ſupplendum eſt τον Θεον,) i. e. χαριν εχειν τῳ Θεῳ, σεβεσθαι τον Θεον, δουλευειν τῳ Θεῳ, *Deum colere, venerari*, ſive *precibus ad eum fundendis*, ſive *gratiis ipſi agendis*, ſive *laudibus ejus quocunque alio modo pie celebrandis*; nam quis, quaeſo, alio modo *Deo benedicere* poſſit? Hoc ſenſu *tum* Jeſus Matth. 14, 19. 26, 26. Marc. 6, 41. 8, 7. 8, 7. 14, 22 Luc. 2, 28. 9, 16. 24, 30. *tum* homines omnino Luc. 1, 64. 24, 53. 1 Cor. 10, 16. 14, 16. Jac. 3, 9. Deo benedicere commemorantur. Sic ברך praecipue in Pſalmis occurrit: 34, 2. 63, 5. 66, 8. 68, 27. 96, 2. 100, 4. 104, 1. 2. 104, 1. 115, 18. 134, 1. 2. 135,

19.

19. 20. et saepissime alibi. Hinc ευλογητος, ברוך tum *addito* Rom. 9, 5. tum *omisso* voc. Θεος Marc. 14, 61. *nomen summo numini proprium* evasisse, et in *doxologias*, quas vocant, in Deum enuntiari solitas, transiisse videtur, quo pertinet formula illa solennis: ευλογητος ὁ Θεος, ברוך יהוה, i. e. χαριν δει ἡμας εχειν τῳ Θεῳ, *Deus nobis pie venerandus esto*, Luc. 1, 68. Rom. 1, 25. 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. et sic etiam 1 Petr. 1, 3. accipiendum esse dubio caret. Formula hebraica legitur Gen. 9, 26. 14, 20. 24, 27. 31. Exod. 18, 10. 1 Sam. 25, 32. 39. Ps. 28, 6. 31, 22. 66, 20. 72, 18. alibi. Hinc denique ευλογια, ברכה, i. e. q. *veneratio Dei*, *cultus divinus*, Jac. 3, 10. (vbi ex praeced. ευλογειν τον Θεον voc. ευλογια non ad ανθρωπους, sed ad τον Θεον referendum est.) vel i. q. δοξα, כבוד, ipsa *majestas divina*. Apoc. 5, 12. 13. 7, 12.

II. *Deinde* vero *Deus* ανθροποπαθως dicitur ευλογειν, ברך, et quidem

1) *homines*, h. e. *beneficiis eos afficere*, Gal 3, 8. 9. Eph. 1, 3. Hebr. 6, 14. cf. Gen. 12, 2. 3. 24, 1. 35. 28, 3. Num. 6, 24. Ps. 5, 13. 67, 7. 8. 115, 12. 13. 128, 4. et loca alia innumera. Hinc ευλογημενος του Θεου (h. απο του Θεου) ברוך יהוה, *is*, *qui beneficiis a Deo affectus*, *vel adhuc afficiendus est*, Matth.

25, 34. cf. Gen. 24, 31. 26, 29. Num. 24, 9. Pſ. 115, 15. Jeſ. 65, 23. et ευλογια, ברכה, denique *beneficium ipſum*, ex nexus ratione interdum accuratius eruendum. Rom. 15, 29. Gal. 3, 14. Eph. 1, 3. et ſic ברכה habes Pſ. 24, 5. 37, 26. 133, 3. Ez. 34, 26. Mal. 3, 10. locisque aliis. Praeterea vero *Deus* etiam, inprimis in V. T. commemoratur ευλογειν

2) *alias res*, h. e. *honore eas afficere, ſalutares effectus iis concedere*, &c. prout contextus requirit. Sic e. g. Gen. 2, 2. Exod. 20, 11. Deus dicitur *Sabbatho benedicere*, i. e. *prae reliquis diebus eum feſtum eſſe jubere, eumque pie celebrantibus gratiam ſuam polliceri.* Ad hunc vſum loquendi in N. T. nonniſi locus Hebr. 6, 7. ſpectare videtur, vbi ἡ γη μεταλαμβανει ευλογιας απο τȣ Θεȣ i. e. q. ἡ γη ευλογειται απο τȣ Θεȣ, *ager benignitate divina foecundus redditur.* Simillimus huic loco Paullino locus Moſeos Gen. 27, 27.

His jam ita conſtitutis, facilis erit vocabulorum oppoſitorum καταρασθαι, επικαταρατος, et καταρα ex vocabulis hebr. ארר, ארור, מארה, et קלל, קללה, derivatio atque explicatio, dummodo et in horum vocabulorum vſu loquendi rite dijudicando, loca ea, in quibus *hominibus* tribuuntur, accurate diſtinguantur ab iis, in quibus de *Deo* adhibentur.

I.

I. *Primum* igitur locorum genus illud eſt, in quibus *hominibus* et quidem

1) *aliis hominibus* mala imprecantibus haec vocabula tribuuntur. Tunc quidem καταραϲθαι eſt vel ſimpliciter *diris devovere*, *ſuppliciis dignum declarare*, Jac. 3, 9. (plane vt ארר Exod. 22, 28 Num. 22, 6. 12. Deuter. 23, 4. alibi, et קלל 2 Sam. 16, 6. 7. 10. 19, 22. Jer. 15, 10. Pſ. 62, 5. aliisque locis innumeris,) vel, quae ſolennior eſt ſignificatio, *offendere*, *injuriis afficere*, i. q. διωκειν, Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. Rom. 12, 4. (vt ארר Gen. 27, 29. Num. 24, 9.) επικαταραϲτος, *maledictus*, *ſuppliciis dignus*, Joh. 7, 49. (ad imitationem hebr. ארור Gen. 9, 25. 27, 29.) et καταρα denique *maledictio*, *imprecatio malorum*. Jac. 3, 10. (ſecundum hebr. מארה Prov. 28, 27. קללה Gen. 27, 12. Jud. 9, 57. Prov. 26, 2. Deuter. 23, 5.) Vbi vero

2) *aliis rebus* maledicere dicuntur homines de ſenſu conſtituendo nexus conſulendus eſt. Sic Jeſus Marc. 11, 21. *fico maledicebat*, i. e. *efficiebat*, *vt ficus arefieret*. (cf. ארר Gen. 49, 7. Job. 3, 1. Jer. 20, 14. קלל Job. 3, 1.)

II. *Alterum* genus complectitur loca ea, in quibus haec vocabula de *Deo*, et quidem

1) *hominibus* maledicente haec vocabula adhibentur. Tum καταρασθαι significat *punire*, *supplicis afficere*, Matth. 25, 41. (Sic ארר in locis sub voce επικαταρατος mox allegandis.) επικαταρατος vero *homo a Deo punitus*, vel *omnis generis miseriis afficiendus*. Gal. 3, 10. 13. (Hoc sensu ארור Deuter. 27, 26. vnde ille ipse locus ad Gal. transscriptus est. cf. Num. 24, 9. vbi ארור et ברוך ex diametro sibi opponuntur, Deuter. 27, 15 — 26. Jer. 11, 3. 17, 5. 48, 10.) καταρα denique *poena ipsa, a Deo hominibus infligenda*. Gal. 3, 10. 13. et 2 Petr. 2, 14. (Similiter מארה Deuter. 28, 20. Prov. 3, 33. Mal. 2, 2. קללה Pf. 109, 17. 18. Deuter. 11, 26. 28. 29. inprimis vero Deuter. 30, 1. 19. in quibus quidem locis קללה et ברכה per opposita invicem junguntur.) et metonymice *is*, *qui supplicia meretur*, Gal. 3, 13. syn. voc. επικαταρατος, quod relege. (Sic etiam מארה Mal. 3, 9. et קללה Deuter. 21, 23. pro *maledicto*, *punito* s. *misero*, vti ברכה, vi oppositi, pro *benedicto*, vel *beneficiis afficiendo* Gen. 12, 2. Pf. 21, 7. 129, 8. Zach. 8, 23.) Vbi vero *Deus* dicitur maledicere

2) *aliis rebus*, praeter hominem, sensus ex nexu, rerumque, quibus Deus maledicere commemoratur, conditione eliciendus atque constituendus est. Sic ארר e. g. de *aquis* occurrit, quas mulier, de adulterio suspecta, bibere tenebatur. Num. 5, 18. 19.

19. 22. 24. 27. et de *terra* cui Deus haud amplius se maledicturum i. e. diluvium haud amplius se immissurum esse promittebat. Gen. 8, 21. In N. T. vero nonnisi καταρα hoc sensu legitur Hebr. 6, 7. vbi γη — καταρας εγγυς nil aliud esse potest, quam *ager, quem Deus mox infoecundum esse efficiet.*

EXCVRSVS. II.

De sensu vocc. καλειν, καλων, καλεσας, κλητος et κλησις, N. T. scriptoribus prae caeteris proprio.

Sic consulto inscripsimus excursum hunc, vt horum vocabulorum significationes, cum vsu loquendi apud externos scriptores conspirantes, velut: cum καλειν simpliciter ponitur pro *vocare, nominare, invitare*, καλεισθαι pro *esse* (v. c. Matth. 5, 9. 19. Luc. 1, 32. 35. vid. ad Jac. 2, 23.) et si quae aliae adhuc superfunt, per se satis perspicuae vel ad loca ipsa, quibus occurrunt, copiosius explicandae, ab hoc quidem excursu nos prorsus exclusas velle, ipsa inscriptione semel moneremus lectorem. Nempe agitur hic de significatione horum vocabulorum N. T. scriptoribus *propria*, eaque, ni fallor, ex vnico loco *Jesaiae* 48, 12. derivanda, (nam loca Hos. 11, 1. Jes. 43, 7. 45, 4. 63, 19. Deuter. 28, 19. quae alias pro vsu loquendi harum vocum mox constituendo facere putabam, ex genere aliquantum diverso esse postea vidi,) in quo Israëlitae " מקרא

(i. q. aliis locis עם) vocantur, quod Alexandrini reddunt per Ισραηλ, ὁν εγω καλω, i. e. si nexum ibi consulueris: *Israëlitae, quos ego ad singularem familiaritatem atque felicitatem, sub tutela mea percipiendam, invito;* (quae quidem *invitandi* significatio verbi קרא et καλειν etiam tironi constat. cf. 1 Sam 9, 22. 2 Sam. 15, 11. 1 Reg. 1, 41. Esth. 5, 14. Job. 1, 4. coll. Matth. 22, 3. 4. 8. 9. Luc. 14, 7 sqq. 1 Cor. 10, 27. Apoc. 9, 9.) hinc proxime

1) *adjectivum* κλητος *absolute sic dictum* Matth. 20, 16. 22, 14. Rom. 8, 28 1 Cor. 1, 24. Jud. 1. Apoc. 17, 14 porro κλητοι ἁγιοι, Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2 (de quo adhuc pauca dicendi infra locus erit,) denique κλητοι Ιησυ Χριστυ (i. e. απο I. X.) Rom. 1, 6. ad *Christianos* transfertur, *qui religione Christiana ad felicitatem, a Christo in solenni ad regnum suum stabiliendum adventu exspectandam, a Deo Christoque quasi invitari putabantur.* cf. ante omnia 1 Thess. 2, 12. quo quidem loco etiam invitus in hanc explicandi rationem detrudatur necesse est.

Ab hoc vsu loquendi voc. κλητος vero prorsus diversa est significatio alia, eademque nonnisi Paullo in N. T. *propria*, (adeoque, cum significationes his vocabulis in N. T. *proprias* hic explicare semel in nos susceperimus, breviter commemoranda,) cum

ille

ille Rom. 1, 1. et 1 Cor. 1, 1. κλητον αποστολον (απο) τυ Θευ se vocat, i. e. *apostolum, a Deo jussum, vt munere doctoris religionis christianae fungeretur*, i. q. αποστολος αφωρισμενος απο τυ Θευ. Hebraei enim haud raro ad *facilitatis* notionem, qua Deus, quicquid vult, efficit, hominibus injiciendam, Deum *vocare* (קרא) dicunt id, quod *agere*, vel *jubere* atque *instituere* credendus est. Atque hoc ipso quidem sensu κλητ. quoque accipi possit locis iis, quibus junguntur κλητοι ἁγιοι, vt sit: *Christiani* (ἁγιοι) *quos in singularem benevolentiam Deus sibi adscivit.* (κλητοι.) Bene *S. V. Koppe* reddidit per: *auserkohrne Lieblinge.* Sed jam revertendum est ad priorem significationem voc. κλητος, ex qua

2) *verbum* καλειν in N. T. duxit significatum hunc: *adducere ad religionem christianam, perque eam ad felicitatem olim in regno Messiano obtinendam;* quo quidem sensu hoc vocabulum semel tantum, si bene memini, a *Jesu* adhibetur Matth. 9, 13. coll. Marc. 2, 17. et Luc. 5, 32. eo saepius vero ab *apostolis*. vid. Rom. 8, 30. 9, 24. 25. 1 Cor. 1, 9. 7, 15. 17. 18. 20. 22. 24. Gal. 5, 13. Eph. 4, 1. 4. Col. 3, 15. 1 Thess. 4, 7. 2 Thess. 2, 14. 1 Tim. 6, 12. Hebr. 9, 15. et in epistolis nostris bis 1 ep. 2, 21. et 3, 9. quicquid obloquantur *Grotius*, plurimique

que interpretes, quorum alii καλειν per *vocare ad ſolam religionem, vitaeque omnino ſanctitatem*, nulla felicitatis per eandem obtinendae ratione habita, Col. 3, 15. 2 Theſſ. 2, 4 alii per vocare ad *calamitates fortiter ſuſtinendas*, praecipue Rom. 8, 30. 1 Petr. 2, 21. alii denique aliter contra omnem vſum loquendi reddendum eſſe exiſtimant. vid. *S. V. Koppe* ad loca ex epp. Paulli allata, et nos, ad loca Petrina. Hinc

3) *participia* καλων et καλεσας mera ſunt periphraſis Θεϐ πατρος, *qui homines per apoſtolos ad religionem chriſtianam, ſalutemque cum ea conjunctam adduci benigniſſime curavit.* Sic καλων Rom. 9, 12. Gal. 5, 8. 1 Theſſ. 5, 24. inprimis vero 2, 12. vbi vocabulo καλεντος ὑμας expreſſe additur: εις την ἑαυτϐ βασιλειαν και δοξαν, (i. e. εις βασιλειαν ενδοξον,) et καλεσας apud noſtrum 1 ep. 1, 15. 2, 9. 5, 10. (vbi legitur ſic: ὁ καλεσας ὑμας εις την αιωνιον ἀυτϐ δοξαν εν X. I.) 2 ep. 1, 3. praeterea 2 Tim. 1, 9. Gal. 1, 6. (in quo tamen loco, cave vt καλεσαντος contra omnem morem Paullinum, cui ὁ καλεσας ſemper eſt *Deus* ὁ πατηρ, ad Χριϛου referas, quod tamen ab εν χαριτι ibi ſejungi nequit.) et 1, 15. vbi vero, quia de *apoſtolo* ipſo ſermo eſt, quem Deus *vocaſſe* dicitur, καλεσας ſenſu paullo latiori hoc: *qui me ad dignitatem Chriſtiani atque apoſtoli deſtinavit*, accipiendum eſſe,

esse, recte *S. V. Koppe* animadvertit. Ex his omnibus denique sequitur,

4) substantivum κλησις nil aliud esse posse, quam *ipsa religio christiana, felicitasque per eam nobis in regno a Messia olim instituendo parata.* Huc pertinent loca haec: 1 Cor. 1, 26. 7, 20. Eph. 1, 18. 4, 1. 4. 2 Tim. 1, 9. Phil. 3, 14. 2 Thess. 1, 11. Hebr. 3, 1. et apud Petrum 2 ep. 1, 10. coll. v. 11. excepto tamen loco isto ad Rom. 11, 29. vbi propter nexum κλησις de *singulari isto beneficio, quo Israëlitae populus Deo peculiaris esse declarabantur*, intelligendum est.

EXCVRSVS III.

Variae interpretum, de descensu I. C. ad inferos, sententiae secundum temporum ordinem enumerantur et breviter dijudicantur; nostraque interpretatio, supra ad 1 ep. 3, 19. proposita, copiosius explicatur.

In enarranda hujus dogmatis, a Viris doctis, DIETELMAIERO [1] inprimis, aliisque [2] toties jam ventilati,

[1] in historia dogmatis de desc. I. C. ad inf. literaria.

[2] Recensum haud exiguum eorum, qui scriptis peculiaribus hunc locum pertractarunt, exhibuit *Dietelmaierus* l. c. p. 211. seqq. quibus adde: *von der Hude* et *Vngeri* dissert. *de desc. I. C. ad inf.* quarum illa praeside *S. V. Io. Bened. Carpzovio*, haec autem sub praesidio *S. V. Gruneri* defensa est. *Oertelii* vero *dissertatio, doctrinam de desc. C. ad inf. nova ratione illustratam sistens*, vix digna est, quae commemoretur.

tilati, hiſtoria, ad quatuor potiſſimum attendendum eſſe videtur capita: primum ad *locum*, in quem Chriſtus deſcendiſſe putatur, deinde ad ipſius deſcenſus *rationem*, vtrum quoad animam tantum, an quoad animam et corpus ſimul in tartarum deſcenderit, porro ad *tempus*, quod in inferno degiſſe fertur, denique ad *conſilium*, quo infernum ſubiiſſe dicitur. In quibus tamen momentis ſingulis explicandis, omiſſis fabulis omnibus, quibus hoc dogma prae caeteris contaminatum eſt, omiſſaque nimia locorum ex patribus collectorum farragine, in eo tantum verſabimur, vt nonniſi praecipuas hujus doctrinae viciſſitudines, praecipuasque ejus explicandae rationes, additis et ex parte transſcriptis, quibus nituntur, patrum locis graviſſimis, temporum ordinem ſequuti, indicemus, indicatasque breviter dijudicemus, ita vt totius argumenti ambitum, profecto haud exiguum, vno quaſi obtutu commode circumſpicere poſſint lectores.

Omnem vero de deſcenſu I. C. ad inferos ſententiarum varietatem, totumque hoc dogma, mere eccleſiaſticum, ex loco Petrino, 1 ep. III, 18. 19. ab aliis aliter explicato, originem traxiſſe, vix eſt, quod moneamus; quanquam aliis temporibus alia loca, aliaque momenta acceſſerunt, quae ad amplificandam atque exornandam hanc ſententiam mirifice contuliſſe videntur. De quibus tamen deinceps.

Ad

Ad *saeculum primum* quod attinet, mihi quidem, *an* de descensu I. C. omnino cogitaverint ecclesiae doctores, quidve de eo senserint, quamvis contradicente DIETELMAIERO, in medio relinquendum esse videtur, nam *Clemens Rom.* et *Ignatius* ne verbo quidem hujus dogmatis mentionem faciunt, reliqua vero, quae supersunt, testimonia non minus sunt incerta quam ambigua. Afferunt *Thaddaei* discipuli I. C. testimonium, antiquissimum illud quidem, si genuinum esset, nunc vero fide nostra prorsus indignum, siquidem tota illa oratio a *Thaddaeo* Edessae habita, ex qua *Eusebius* [3] hoc testimonium attulit, male efficta videtur. Et de testimonio *Benjaminis* [4] ex testamentis XII patriarcharum repetito, quid dicam, cum haec ipsa testamenta, quicquid obloquatur *Henr. Dodwellus* [5], impostori cuidam deberi, nemo facile dubitaverit. Sic etiam *Ignatii* testimonium, quod in epistola ad *Trallianos* deprehenditur [6], nullius

[3] h. e. l. 1. c. 13. Ὅσα ὑπο Ιουδαιων επαθεν (ὁ Χριστος) και πως εσταυρωθη, και ΚΑΤΕΒΗ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΔΗΝ, και διεσχισε φραγμον, τον απ' αιωνος μη σχισθεντα, και ανεστη.

[4] Και εισελευσεται εις τον πρωτον ναον, και εκει Κυριος ὑβρισθησεται — και ΑΝΕΛΘΩΝ ΕΚ ΤΟΥ ΑΔΟΥ, εσαι αναβαινων απο γης εις ὑψος.

[5] apud *Jo. Ern. Grabium* T. 1. spicil. patr. p. 249.

[6] C. 9. p. 64. Vol. 2. Opp. pp. Apostol. ex ed. sec. *Cler. Descendit in infernum* solus, ascendit autem cum multitudine et dirupit septum, quod a saeculis erat, et intergerinum ejus dissolvit.

lius pretii habendum est; nam, praeterquam quod *Ignatius* initio Saec 2 vixit, adeoque proxime huc non pertinet, verba haec spuria esse, et interpolationis speciem prae se ferre videntur, nam in epistola breviori, quae vere ab *Ignatio* conscripta putatur, prorsus non leguntur [7]. His denique addi solet testimonium ex *Hermae* Pastore [8] repetitum, quod tamen propterea huc pertinere negant, quia non de desc. *Christi*, sed de descensu *apostolorum* ad inferos, ab Herma male efficto, ibi sermo sit. Sed, vt taceam, Hermam vtique hoc loco, si *Clementi Al.* [9] fidem habueris, tam de Christo, quam de apostolis loqui, vndenam arbitremur *Hermam* in hoc ipsum de descensu *apostolorum* ad inf. quamvis insanæ mentis figmentum, incidisse, nisi ex ipso descensu *Christi* illud deduxisse putandus sit, quamquam tamen ex testimonio ipsius nil amplius colligere ausim, nisi hoc vnum: fuisse *Hermae* temporibus, qui de desc. I. C. ad inf. *cogitarent*. At vero eam ob causam *Hermas* non audiendus esse videtur, quia non Saec. I. de

[7] Id quod *Cotelerius* in not. copiosius ostendit. Cf. caeterum de hujus loci auctoritate Tom. II. biblioth. Hamburg. p. 778. sqq. coll. Tom. III. p. 78. sqq.

[8] l. 3. similit. 9. c. 16. Κατεβησαν αυ αυτων εις το ὑδωρ, αλλ' ὅτει μεν ζωντες κατεβησαν, και ζωντες ανεβησαν, εκεινοι δε οἱ προκεκοιμημενοι νεκροι κατεβησαν, ζωντες δε ανεβησαν.

[9] Strom. l. 2. p. 452. et 6. p. 764. ed. *Potteri*.

I. de quo nobis hic sermo est, sed circa medium Saec. II. vixisse videtur [10]. Sed de Saec. priori haec hactenus.

Saec. II et III vero doctrina de desc. I. C. ad inf. magis magisque ventilari, atque ad vocis ἅδης significationem, tum temporis solennem, accommodari coepit. Nimirum vox ἅδης, lat. *infernus*, praeterquam quod *sepulcrum*, atque *damnatorum domicilium* apud scriptores ecclesiasticos, de quibus solis nobis hic, pro consilii ratione, sermo est, interdum significat [11], praecipue tamen apud eosdem propria est *communi omnium mortuorum conditioni*, *vel loco subterraneo*, in quo animae, corpore exutae, neque dormire, neque purgari, sed piae praemia futura, impiae vero poenas imminentes, vsque ad diem extremi judicii, exspectare, et aliquo modo praegustare puta-

[10] Secus sentiente *Lardnero*, qui eum multo citius vixisse arbitratur. Neque tamen reticet auctores graviſſimos, qui sententiam modo prolatam tuentur, quibus addi potest *fragmentum anonymi saeculi secundi scriptoris*, quod *Muratorius* exhibet in *Antiqq. Itall. med. aev.* T. III, p. 854. Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in vrbe Roma *Herma* conscripsit, sedente cathedra vrbis Romae ecclesiae Pio episcopo, fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet: sed publicare nemo in ecclesia populo neque inter prophetas completum numero, neque inter apostolos, in finem temporum potest.

[11] vid. loca a *Suicero* s. v. ἅδης collecta, et *Dietelmaierum* p. 10. sqq.

putabantur [12]. Hinc, praecipue poſt *Tertullianum*, duas

[12] *Juſtin. M.* dial. c. Tryph. c. 5. Τας μεν των ευσεβων (ψυχας) εν κρειττονι ποι χωρῳ μενειν, τας δε αδικους και πονηρας, εν χειρονι του της κρισεως εκδεχομενας χρονου. *Irenaeus* adv. haer. l. 5. c. 31. Manifeſtum eſt, quod animae abeant a corporibus in inviſibilem locum, (εις ἀδδ) definitum eis a Deo, et ibi vſque ad reſurrectionem commorentur. *Athenagoras* de reſurr. mort. *Tertullianus*, de anima. Quid eſt autem illud, quod ad inferna transfertur poſt divortium corporis? quod detinetur? quod in diem judicii reſervatur? Cap. 55. Habes etiam de Paradiſo nobis libellum, quo conſtituimus, omnem animam ſequeſtrari apud inferos in diem Domini. cf. de reſurr. carn. C. 27. Porro de anima C. 58. Velis ac nolis; et ſupplicia ibi et refrigeria. Habes pauperem et divitem. Cur enim non putes animam et puniri et foveri in infernis interim ſub exſpectatione vtriusque judicii? Adeo novit et apud inferos anima et gaudere et dolere ſine carne. — In ſumma cum carcerem illum, quem evangelium demonſtrat, inferos intelligamus, et noviſſimum quadrantem, modicum quodque delictum mora reſurrectionis illic luendum interpretemur; nemo dubitabit, animam aliquid penſare penes inferos, ſalva reſurrectionis plenitudine. C. 55. Nobis inferi non nuda cavoſitas, nec ſubdivalis aliqua mundi ſentina creduntur, ſed in foſſa terrae, et in alto vaſtitas, et in ipſis viſceribus ejus abſtruſa profunditas. etc. Cf. eundem paſſim a Cap. 55. ad finem libri de anima. *Hippolytus* in fragmento *ſermonis contra Graecos*, quod ſub falſo *Joſephi Judaei* nomine legitur in *Dav. Hoeſchelii notis ad Photium* p. 9. vero autem auctori redditum conſpicitur in *Steph. le Moyne var. ſacr.* p. 53. ſqq. Περι δε ἀδδ, εν ῳ συνεχονται παντων ψυχαι, δικαιων τε και αδικων, αναγκαιον ειπειν. — τουτο το χωριον ως φρουριον απενεμηθη ψυχαις. *Lactantius* inſtit. l. 7. c. 21. Nec tamen quiſquam putet, animas poſt mortem protinus judicari. Omnes in vna communique cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum faciet examen. *Chryſoſtomus* homil. 28. in ep. ad Hebr. Τις ὁν ὁ μισθος της τοσαυτης αμοιβης; τις ἡ ανταποδοσις; ουδεπω απελαβον, αλλ' ετι μενουσι, και ὁταν τελευτησαντες εν τοσουτῳ

duas inferni distinxerunt mansiones, alteram, eamque *superiorem*, piis manibus, alteram vero, eandemque *inferiorem*, impiis manibus destinatam [13], quarum illa etiam *paradisus* s. *sinus Abrahami*, haec vero *ignis* [14] a patribus vocari solita est [15]. Nec mirum

τοσαυτη θλιψει ωδεπω απελαβον. ὑμεις δε εν τω αγωνι οντες ασχαλλετε· ενοησατε και ὑμεις, τι εστι και ὁσον εστι, τον Αβρααμ καθησθαι και τον αποστολον Παυλον περιμενοντας ποτε συ τελειωθης, ἱνα δυνηθωσι ποτε λαβειν τον μισθον· εαν γαρ και μη ἡμεις παραγενωμεθα, προειπεν αυτοις ὁ σωτηρ μη δωσειν, καθαπερ πατηρ φιλοστοργος παισιν ευδοκιμοις και το εργον γνησιοσι, λεγει μη διδοναι φαγειν, εαν μη ελθωσιν αυτων ἑι αδελφοι, — ἱνα μη δοκωσι πλεονεκτεισθαι ἡμων τω πρωτοι στεφανωσθαι, ἱνα ὡρισε πασι των στεφανων καιρον, και ὁ προ τοσουτων ετων νενικηκως μετα σου λαμβανει τον στεφανον. — ουκ εκεινους ηδικησεν, αλλ' ἡμας ετιμησε, και γαρ αυτοι τους αδελφους αναμενουσιν. Cf. hom. 39. in 1 Cor. Plura vid. ap. *Orig.* in Levit. hom. 7. περι αρχ. l. 2. fin. vers. *Augustin.* in Ps. 36. de genesi ad litt. l. 12. 9. *Theodoritum* in Ebr. 11. alios.

13 *Augustinus* de vera rel. Cavendi ergo sunt *inferiores* inferi, i. e. post hanc vitam poenae graviores. Cf. eundem in Ps. 85, 17. 18. *Ambrosius* in Rom. 5. Est et alia mors, quam non peccato Adae patimur, a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno fuere, sed *superiori*. Vid. praeterea loca mox a nobis alleganda.

14 Vtrumque ex Luc. 16.

15 *Tertullianus* de anima C. 7. Igitur si quid tormenti sive solatii praesserpit anima in carcere seu diversorio inferum, in *igne* vel in *sinu Abrahae*, probata erit corporalitas animae. *Idem* de idolol. c. 13. Sic et Lazarus apud inferos *sinu Abrahae* refrigerium consecutus. cf. adv. Marc. l. 3. c. 24. et l. 4. c. 34. (quanquam alio loco *paradisum*, alias cum sinu Abr. eandem, ab inferno distinguere videtur. de resurr. carn. c. 43. Nemo peregrinatus a corpore statim immoratur penes Domi-

mirum videri poteſt, Chriſtianos in hanc de inferno ſententiam delapſos eſſe, ſi memineris, Judaeos atque Gentiles, ex quibus plerique ad Chriſtianorum ſacra tranſibant, totos huic ſententiae addictos fuiſſe [16], et, praeter alia loca, parabola inprimis a Lazaro viroque divite repetita, in exornanda hac ſententia mirifice ſe adjutos ſenſiſſe [17]. Jam vero 1., *in hunc ipſum*

Dominum, niſi ex matyrii praerogativa, *paradiſo* ſcilicet, *non inferis*, reverſurus. cf. *Gregor. Nyſſen.* orat. 1. de reſurr. Chr. Ουτε γαρ εν υποχθονιοις ειποι τις αν τον παραδεισον, ὅτε εν παραδεισῳ τα ὑποχθονια.) *Auguſtinus* ep. 187. Si ergo ſecundum hominem putamus dictum eſſe: hodie mecum eris in paradiſo; non ex his verbis in coelo exiſtimandus eſt eſſe paradiſus. Neque enim ipſo die in coelo futurus erat homo I. C. ſed in inferno. — Reſtat igitur, vt — in inferno eſſe intelligatur paradiſus. Cf. praeterea *Philo Carpathius* in Cant. 6, 1. *Claudianus Mamertus* de ſtatu animae 3, 9. alii.

16 De *Judaeis* hoc docent *Rich. Simon* hiſt. cr. du texte du N. T. C. 22. p. 268. ſqq. *Petr. King* in hiſt. ſymb. ap. C. 4. §. 14. 15. *Jac. Windet* de vita functorum ſtatu. *Gentiles* vero, a quibus Judaei hanc ſententiam mutuati ſunt, in hac opinione fuiſſe, vel ex illo *Menandri* apparet: κοινον τον ἅδην εσχον οἱ παντες βροτοι. et ex alio *Diphili*: Καθ' ἅδην δυο τριβους νομιζομεν, μιαν δικαιων' ἑτεραν δ' ασεβων ειναι ὁρον. coll. *Clem. Al.* Strom. l. 5. Paeterea de *Platone* adi *Euſeb.* praep. ev. 11, 27. de *Zenone* confer *Lactantium* inſt. 7, 7. de *Diod. Sic.* evolve *Euſ.* l. c. 10, 8. etc. Ad Gentilium vero *philoſophos* quod attinet, quemque ad *Mart. Sylv. Grabium* in append. apol. ad Vrb. Reg. p. 189. ſqq. et ad hiſtoriae philoſ. ſcriptores praecipuos ablegatum volumus.

17 cf. *Caſſiodorus* in Pſ. 85, 13. Sed conſideremus, quia cum dicat infernum inferiorem, infernum demonſtret eſſe ſuperius. — Infernum autem

ipſum infernum, qualem eum modo deſcripſimus, Chriſtum etiam deſcendiſſe, patres his ſaeculis viventes contendunt [18], et quidem 2., tantum *quoad animam*, quemadmodum et alios homines quoad animam tantum ad inferos deſcendere docebant [19]. Hinc ſponte ſequitur, quod Chriſtum 3., ab eo ipſo temporis momento, quo ſanctiſſimam efflavit animam, vſque ad illud, quo eam reſumſit, apud inferos commoratum eſſe affirmabant [20]. Hucuſque igitur deſcenſus

I. C.

autem habere inferiorem partem, evangelii locus ille teſtatur, qui dicit, — impium divitem — in ſinu Abrahae vidiſſe Lazarum. Vnde apparet, vtrosque apud inferos fuiſſe, vt ſe videre valuiſſent, et illum ex inferiore loco ad ſuperiora oculos elevaſſe.

18 *Irenaeus* adv. haer. l. 5. c. 31. Nunc autem tribus diebus converſatus eſt, *vbi erant mortui*. — Cum enim Deus in medio vmbrae mortis abierit, *vbi animae mortuorum erant*, poſt deinde corporaliter reſurrexit, manifeſtum eſt, quia et diſcipulorum ejus, propter quos et haec operatus eſt Dominus, animae abibunt in inviſibilem locum, (ἀδης) definitum iis a Deo, et ibi vſque ad reſurrectionem commorabuntur. *Tertullianus* de anima C. 7. Quid eſt autem illud, quod ad inferna transfertur (anima) poſt divortium corporis? quod detinetur? quod in diem judicii reſervatur? *ad quod et Chriſtus moriendo deſcendit?* puto ad animas patriarcharum, ſi nihil anima ſub terris? *Origenes* in 1 Reg. 28, p. 32. ſqq. Ιησους εις ΑΔΟΥ γεγονε, και οι προφηται προ αυτου, και προκηρυσσουσι τον Χριστον την επιδημιαν.

19 *Origenes* contra Celſ. l. 2. Και γυμνη σωματος γινομενος ψυχη, ταις γυμναις σωματων ὁμιλει ψυχαις, επιστρεφων κακειναν τας βελομενας προς αυτον, η ὁς εωρα, δι ὁς ηδει αυτος λογος, επιτηδειοτερας.

20 vid. *Irenaeum* paulo ante citatum, locaque ea, quae ſequuntur.

I. C. ad inf. haud aliter conſideratur, quam res, quae ipſi cum aliis hominibus fuit communis. At vero 3., in eo jam cernitur diſcrimen, quod homines ad complendam humanae naturae legem, Chriſtus vero praeter hunc finem [21], ad peccatorum remiſſionem, morte ſua humano generi partam, animabus corpore ſolutis annuntiandam, ad inferos deſcendiſſe putabatur. Quibusnam vero contigerit, adeo eſſe felicibus, vt Chriſtus haec iis annuntiaret, jam vtroque hoc ſaeculo, quanquam ſine lite, diſſentiebant eccleſiae doctores, ſiquidem alii *τες κεκοιμημενες απο Ισραηλ* [22], alii *patriarchas* et *prophetas* [23], alii *credentes* [24], alii *aptos ex gentilibus ad conver-*

21 *Irenaeus* adv. haer. 5, 31. Si ergo Dominus *legem mortuorum ſervavit*, vt fieret primogenitus a mortuis, et commoratus vſque in tertium diem in inferioribus terrae, — quomodo non confundantur ii, qui dicunt, inferos eſſe hunc mundum. Cf. et ea, quae ex eodem hoc loco paulo ante huc transſcripſimus, et 4, 22. 27. *Tertullianus* de anima C. 55. Quodſi Chriſtus Deus, quia et homo, mortuus ſecundum ſcripturas, et ſepultus ſecundum easdem, *huic quoque legi ſatisfecit, forma humanae mortis apud inferos functus*, etc.

22 *Juſtinus M.* dial. c. Tryph. *Απο των λογων τε αυτε Ιερεμιε ομοιως ταυτα περιεκοψαν· εμνησθη δε Κυριος ὁ Θεος* ΑΠΟ ΙΣΡΑΗΛ ΤΩΝ ΚΕΚΟΙΜΗΜΕΝΩΝ *εις γην χωματος, και κατεβη προς αυτες, ευαγγελισασθαι αυτοις το σωτηριον αυτε.*

23 *Tertullianus* de anima C. 55. Nec ante aſcendit in ſublimiora coelorum, quam deſcendit in inferiora terrarum, vt illic *patriarchas et prophetas* compotes ſui faceret. cf. de an. c. 7. ſupra jam cit.

24 *Irenaeus* adv. haer. l. 4. c. 27. Et propter hoc Dominum in ea, quae ſunt

verſionem [25], alii denique alios in animo habebant. Omnem vero hanc ſententiarum varietatem, ex voce *κηρυσσειν* 1 Petr. 3. c. varie intellecta, ortam eſſe, quiſque facile videt. Chriſtum vero eo conſilio ad inf. deſcendiſſe, *vt a mortis imperio homines liberaret*, ſi quis ante *Athanaſium* jam his ſaeculis contendit, *Hippolytus* [26] ſine dubio is ſolus eſſe videtur. Jam pergamus ad tempora

Saec. IV-XVI, ita tamen, vt inde a Saec. VIII. Graecorum tantum de deſcenſu C. ad inf. ſententiam

ſunt ſub terra deſcendiſſe, evangelizantem et illis adventum ſuum; remiſſione peccatorum exiſtente, his *qui credunt in eum.*

[25] *Clemens Al.* Strom. l. 6. c. 6. Si ergo Dominus nulla alia de cauſa deſcendit ad inf. quam vt annuntiaret evangelium, ſicut certe deſcendit: aut deſcendit, vt annuntiaret omnibus, aut ſolis Hebraeis. Atqui ſi omnibus quidem, ſalvi erunt omnes, qui crediderint, etiam ſi ſint ex gentibus, cum jam illic confeſſi fuerint. — Sin autem Chriſtus Judaeis ſolum annuntiavit evangelium, quibus defuit ea, quae eſt per ſervatorem agnitio et fides, clarum eſt vtique, quod, cum apud Deum nullus ſit perſonarum reſpectus, apoſtoli quoque, ſicut hic, ita etiam illic, annuntiarunt evangelium iis, *qui ex gentibus erant apti ad converſionem. Origenes* contra Celſ. l. 2. ſupra jam cit. Cf. *ejuſdem* hom. in Joh. T. 2. ed. Huet. p. 126. 282. hom. 15. in Geneſin. fin. verſ. hom. 8. in Jer. hom. 9. in Lev. 16. hom. 6. in Exod.

[26] de Antichr. C. 26. *Ὁς επεφανιωι, και επιγειων, και καταχθονιων βασιλευς και κριτης παντων αποδεδεικται* — *καταχθονιων, ὁτι και εν νεκροις κατελογισθη, ευαγγελιζομενος τας των ἁγιων ψυχας, δια θανατου τον θανατον νικων.*

ante oculos habeamus, ea vero, quae Latini de hoc quidem dogmate ſtatuerunt, ſingulari disquiſitioni, deinde ſeorſim inſtituendae, reſervemus. His ipſis vero ſaeculis, vti doctrina de inferno, ita etiam ſententia de deſcenſu J. C. ad inf. nonnihil immutata comparet. In eo quidem vnanimes adhuc conſentiunt, infernum eſſe ſtatum, vel locum omnium animarum a corporibus ſeparatarum communem [27], admixta tamen, ex Platonizantium Chriſtianorum opiniuncula, (qui hominem per peccatum integrum et perfectum eſſe deſiiſſe, et ſimilitudinem cum Deo vna cum immortalitatis beneficio, naturae ejus ſuperaddito, amiſiſſe ſtatuebant,) tyrannidis Diaboli notione, qui mortis imperium tenens, animas tam piorum, quam impiorum in inferno detentas variis cruciatibus jam torqueret [28], quanquam fuerunt etiam, qui, ejusdem *Platonis* diſciplinam ſequuti [29], his ipſis cruciatibus, in inferno ſuſtinendis, animas mortuorum *purgari* putabant. Hinc Chriſtum quidem 1., in *hoc ipſo inferno* omnibus hominibus vita

27 Vide loca ea, quibus Chriſtum in hunc ipſum infernum, omnibus communem, deſcendiſſe, paulo poſt demonſtrabimus.

28 Cf. loca ea, quibus Chriſtum, ad deſtruendum hoc ipſum mortis imperium, in infernum deſcendiſſe, confirmabitur.

29 Relege inprimis *Euſeb.* praepar. ev. l. xi. cap. vlt.

vita defunctis communi [30], quoad solam *animam* [31], et 3., per *triduum* versatum esse, contendere pergunt; at vero 4., non solum eo consilio, vt *humanae*

[30] *Hieronymus* in Dan. 3. Christus ad fornacem descendit inferni, in quo clausae *et peccatorum et justorum* animae tenebantur. Plura loca adscribere superfluum foret, cum idem ex locis mox allegandis abunde appareat.

[31] *Athanasius* c. Apoll. (vid. infra not. 34.) coll. de salut. advent. T. 1. p. 505. *Hieronymus* ad Eph. 4. Qui descendit *cum anima* in inf., ipse cum anima et corpore ascendit in coelum. *Augustinus* de fide ad Petr. C. 2. In sepulcro secundum solam carnem jacuit, et in inf. secundum *solam animam* descendit, coll. in Joh. tract. 78. ep. 164. 187. His contradicere videtur locus alius ad Catech. c. 7. Totus ergo filius apud patrem, totus in coelo, totus in terra, — *totus in inferno*, etc. coll. contra Felician c. 14. sed hic non tam de vinculo animae et corporis, quam de vinculo vtriusque naturae sermo est. *Theodoritus* de trinit. dial. 4. Ει μη ειχεν την χωριζομενην ψυχην, μετ' ης και τοις εν αδη ευηγγελισατο, δια γαρ αυτης και αναχωρειν το σωματος λεγεται, και εν αδη γεγενεσθαι. *Fulgentius* ad Trasim. l. 3. 34. Secundum *animam* ad inf. Christus descendit. *Gregor. Antioch.* Και της ΨΥΧΗΣ το σωτηρος δραμοντης ευαγγελισασθαι ταις ψυχαις την απολυτρωσιν αυτων. *Theophylact.* in Matth. 11. Ὁτι και εις αδη ελευσεται ὁ Κυριος μετα της ψυχης. *Germanus* Patriarcha C. Ptanus, (Saec. 13.) Και ἡ μεν (ψυχη) κατεισιν αυτεξουσιως εν τω αδη, το σωμα δε τω ταφω συγκλειεται. Praecipue huc pertinet concilii Constant. can. 9. ap. Harduin. T. 3. p. 286. Ει τις λεγει, ὁτι ουχ ὁ Λογος το Θεου σαρκωθεις σαρκι εμψυχομενη ψυχη λογικη και νοερα κατεληλυθεν εις τον αδην — αναθεμα εστω.

conditionis legem impleret [32], et hominibus vita defunctis *evangelium praedicaret* [33], quae superioribus saeculis patrum sententia fuit, sed etiam vt captivos ibi a Diaboli tyrannide, mortisque vinculis liberaret, liberatosque vna cum corporibus resuscitatis, ad percipienda coelestia gaudia transferret [34]. Nam cum

32 *Hilarius Pictav.* in Ps. 138. n. 22. Humanae ista lex necessitatis est, vt consepultis corporibus ad inf. animae descendant. Quam descensionem Dominus *ad consummationem veri hominis* non recusavit, coll. in Ps. 53. n. 14. *Cassiodorus* in Ps. 29, 3. Christum *humana lege* ad inf. perductum dicit. *Hormisdas* in ep. ad Justin. ap. *Harduin* Conc. T. 2. p. 1015. Ad inf. descendit, vnde et animam, quam *pro communi conditione* posuit, — resumsit. *Andreas Cretensis* de hum. vita et defunctis. Ὡς ἂν κατα παντα ἡμιν ομοιωθῃ χωρις ἁμαρτιας, και τον αμειδη τα ἁδε χωρον — διεληλυθε. Cf. etiam locum *Zonarae* mox excitandum,

33 *Eulogius* in ramos palmarum: Πορευθεις γαρ ΕΚΗΡΥΞΕ και τοις εν ἁδῃ πνευμασιν. Jo. *Zonaras* ep. 10. Ἐνθεν τοι και προς τον ᾅδην νομῳ Φυσεως κατιοντος αυτε, κακεισε ΚΗΡΥΞΑΝΤΟΣ, και προσδεξαντο ὅτοι το κηρυγμα, και επιστευσαν.

34 Cf. *Athanasius* contra Apollinar. l. 1. c. 13. 14. p. 626. ed. Paris 1627. Το (σωμα) μεν τοι, μεχρι ταφε φθασαν· ἡ δε (ψυχη) μεχρι ἁδε διαβασα. διοι, στων δε οντων των τοπων πολλῳ μετρῳ, και τε μεν ταφε σωματικην επιδεχομενε την επιβασιν, εκεισε παρην το σωμα· του δε ἁδε ασωματον. πως εκει παρων ὁ Κυριος ασωματως, ὡς ανθρωπος ενομισθη ὑπο τε θανατε; ἱνα ψυχαις ταις εν δεσμοις κατεχομεναις, μορφην ἰδιας ψυχης ανεπιδεκτον των δεσμων τε θανατε παρασησας παρουσαν παρουσαις, διαρρηξῃ τα δεσμα ψυχων των εν ἁδου κατεχομεναν, τον της αναστασεως διαπηξαμενος ὁρον, ἱνα ὁ πλασης και ποιητης τε ανθρωπε, και καταδικη τατον ὑποβαλων, αυτος παρων, ελευθερωσῃ δι ἑαυτε ἐξ ὁλοκληρε τον ανθρωπον, εν μορφῃ τῃ ἑαυτε, ὅτε γαρ

cum hoc mortis imperium physice interpretarentur, factum est, vt locali aliquo descensu J. C. ad inf. ad liberandos inde captivos opus esse videretur. Quinam

γαρ θανατος ὑπερισχυσας ὑπηγαγετο ἑαυτῳ την ανθρωπινην ψυχην εις δεσμων κατοχην, ὁτε παλιν ἡ φθορα τυραννικως διαρπασασα το σωμα ενεργει εις διαφοραν, ὡς απρονοητων ὀντων των πραγματων. ὁτω γαρ ενοειν το τοιυτο, ασεβες. αλλ' ὁ την ἐξετασιν της παρακοης ποιησαμενος, και κρισιν επαγαγων, διπλην της τιμωριας την αποφασιν δεδωκε· τῳ μεν γηινῳ ειρηκως, γῃ ει και εις γην απελευσῃ· και ὁτως ὑποδεχεται φθορα το σωμα δεσποτυ αποφηναμενυ· τῃ δε ψυχῃ, θανατῳ αποθανῃ· και ὁτω δικῃ διαιρειται ὁ ανθρωπος, και εν δυσι τοποις οικεσθαι κατεδικασθη· δια τυτο χρεια γεγονε τυ αποφηναμενυ, ἱνα αυτος δι' ἑαυτυ λυσῃ την ἑαυτυ αποφασιν, ει μορφῃ τυ καταδικασθεντος, ακαταδικαστῳ και ανομαρτητῳ οφθεις, ἱνα και ἡ καταλλαγῃ τυ Θευ προς τον ανθρωπον γενηται, και ἡ ελευθερια τυ παντος ανθρωπυ δι' ανθρωπυ ὑπαρξῃ εν τῃ καινοτητι της εικονος τυ υἱυ τυ Ι. Χ. τυ Κυριου ἡμων, κ. τ. λ. *Ambrosius* de myst. pasch. p. 190. T. 2. opp. ed. *Cosserii*. Ipseque homo divini opificii dignatione formatus, ad hoc terrestris creaturae effectus dominus, vt divinis institutionibus parens, ejus tantum et voluntatem servaret, qui se in tantis rebus dominum praefecisset ex nihilo. Qui in ipso exordio non nescius, depravatus invidia, dum super indultum Dei opificium cupit fieri, quod natura non dederat, amisit gratiam, quam creatoris pietas attribuerat: continuo ob concupiscentiam diabolicae deceptionis, sententiam mortis praevaricator incurrens, etiam ad futurae, ex se stirpis originem propagavit, vt divina h. l. recte sententia compleretur: *invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum*. Ita per occasionem delicti, in vniversis peccatoribus diabolus mortis est fortitus imperium; atque omnes a Deo deviantes, peccati vinculo obstrictos, squalentis tartari clausos ergastulo possidebat. Quorum interitum dolens divina censura, non per servum vatem, nec per angelum invisibilem, sed ad substantiam humanae carnis, in homine Deus veniens habitavit, vt honestam

vivendi

nam autem ii fuerint, quos Christus ex inferno liberaverit, de eo neque his temporibus consentiebant ecclesiae doctores. Nimirum alii, praecipue ex *Graecis*, Christum *omnes omnino* ex inferno eduxisse affirmabant [35], rati, ni fallor, omnes sola praesentia Christi

vivendi formam mortalibus daret, et temporariis aeternam in se credentibus vitam exemplo suae mortis ac resurrectionis aperiret. Vt enim incredulitas et simulacrorum cultus coeli aditum clauserat, ita inferni baratrum praevaricatoribus perfidia procurarat. In quorum suppliciis vsque ad adventum salvatoris Domini J. C. Diabolus per mortem regnavit, donec hum. carnis ad Deum attemperata substantia immaculatum corpus conditione mortis addixit. Expers peccati Christus cum ad tartari ima descenderet, feras inferni januasque confringens, vinctas peccato animas, mortis dominatione destructa, e Diaboli faucibus revocavit ad vitam, atque ita divinum triumphum aeternis characteribus egit conscriptum, dum dicit: vbi est, mors, aculeus tuus? vbi est, mors, victoria tua?

35 In vniversum, sed ita tamen, vt, *omnes* a Christo evocatos esse, eos statuisse, facile quisque viderit, de hac re loquuntur *Eusebius* dem. ev. l. 4. 12. Μεχρι θανατου, και αυτων νεκρων, οἱ της φιλανθρωπιας αυτου εκαλλον νομοι, ὡς αν και των παλαι τεθνεωτων τας ψυχας ανακαλεσοιτο· ὁτι δη των εξ αιωνος ἁπαντων αυτῳ της σωτηριας εμελεν, και ὁπως δια τα θανατα καταργηση τον το κρατος εχοντα τα θανατα, — τας δε εξ αιωνος πυλας των σκοτιων μυχων διαρρηγνυς, και τοις αυτοθι νεκροις, σειρας θανατα πεπεδημενοις, παλιντροπον της επι την ζωην ανοδα την πορειαν ποιουμενος, *Jo. Damasc.* in Octoëcho: Ελευθερωσας αδαμιαιον γενος εκ της τα αδα τυραννιδος, *Theodorus Hierosol.* in synod. conf. fid. ap. Harduin. T. 4. p. 142. τον αδην σκυλευσαντα, και τους απ' αιωνος δεσμιους ελευθερωσαντα, alii. Expressis verbis autem hoc affirmant: *Athanasius* in pass. et cruc. Dom. T. 1. p. 802. Ειτα εκβλη-

θεις

Chriſti de divina ejus auctoritate perſuaſos, ipſi in inferno evangelium praedicanti, fidem habituros fuiſſe [36],) alii vero, inprimis *Latini*, negabant [37]. Qui

Θεις ὁ ἁθλιος απο τȣ ἅδȣ, καθημενος παρα τας πυλας, θεωρει εξαγομενȣς ΠΑΝΤΑΣ τȣς πεπεδημενȣς, τη τȣ σωτηρος αιδρειᾳ. *Gregorius* Naz. qui hom. 42. n. 59. rem in medio relinquere videtur, carm. 12. in *Jac. Tollii* itinerar. p. 93. ſic:

εις ὁκε ΠΑΝΤΑΣ

ταρταρεων μογεοντας ὑφ αἱματι λυσατο δεσμων.

Cyrill. Al. Glaphyr. 2. T. 2. p. 45. Ανειται δε ηδη δȣλιας και πλεονεξιας διαβολικης ΠΑΝ ὁσον εκβεβιασο, και ὑπ' αυτῳ πραττειν ηναγκασο γενος. καταφοιτησας δε εις ἅδȣ, κεκενωκε θησαυρȣς σκοτειȣς, αποκρυφȣς, ασματȣς, coll. *Proclo* hom. 11. in dominic. paſſ. *Theodorus Studita* orat. catechet. in dominic. paſch. Καταηργησε τῳ ζωοποιῳ αυτȣ θανατῳ τον θανατον, και ΠΑΝΤΕΣ ὁι εν τῳ ἅδῃ, των δεσμων απελυθησαν. *Jo. Mauropus Euchaitenſ* carm. vit. in ſanct. paſch.

Χριστος γαρ ἅδȣ συνθλασας πυλας, ιδȣ

Χειρι κρατειᾳ ΠΑΝΤΑΣ ανηγει παλιν.

Si quis ex Latinis huc pertinet, unus *Caeſarius Arelatenſis* (Saec. VI.) eſſe videtur, qui hom. 3 de Paſch. ſic habet: Confeſtim igitur aeterna nox inferorum Chriſto deſcendente reſplenduit. Siluit ſtridor lugentium ille, ſoluta ſunt onera catenarum, dirupta ceciderunt vincula damnatorum.

36 Vid. *Zonarae* locum ſupra cit. et *Auguſtin.* et *Philaſtrium* nota ſeq.

37 ita vt *Auguſtinus* et *Philaſtrius* in haereticorum numerum referrent eos, qui omnes per deſc. C. ex inferno liberatos eſſe docebant. Ille haer. 79. Alia eſt *haereſis*, deſcendente ad inf. Chriſto credidiſſe incredulos, et *omnes* inde exiſtimant liberatos. Hic vero haer. 121. Alii ſunt *haeretici*, qui dicunt, Dominum in infernum deſcendiſſe, et *omnibus* poſt mortem etiam ibi renunciaſſe, vt confitentes ibidem ſalvarentur.

Qui tamen negabant, in duas iterum partes abierunt, ſiquidem alii nonniſi *credentes*, qui ex hac vita ſpe futuri Meſſiae freti diſceſſerint [38], alii vero praeter hos

38 *Jul. Firmicus Maternus* de error. prof. rel. Januas ſedis infernae, et durae legis neceſſitatem, calcata morte proſtravit; per triduum recens, ita ab eo *juſtorum* turba collecta eſt, ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas; ne *juſtorum* meritum ex longa deſperatione concideret. *Gaudentius* ad benevol. ſerm. 10. Corpore in ſepulcro poſito, divinitas cum anima hominis ad inferna deſcendens, vocavit de locis ſuis animas ſanctorum, quorum corpora ſurrexiſſe Matthaeus teſtatur. Cf. ex Graecis *Epiphanius* in Cantic. p. 69. ed. *Frogginii*, *Jo. Chryſoſtomus* in coemeterii appellat. l. 1. c. 5. *Baſilius* in Pſ. 48. e. *Cyrillus* Hieroſ. catech. 14. *Iſidorus* ſententiar. l. 1. c. 16. ſent. 15. Ideo Dominus in inf. deſcendit, vt his, qui ab eo non poenaliter detinebantur, viam aperiret revertendi ad coelos. — Viam quippe Chriſtus in profundum maris poſuit, cum in infernum deſcenderet, *ſanctis* iter ad coelos revertendi monſtravit. *Caſſiodorus* in Pſ. 48. Ipſe enim deſcendens, animam ſuam ab inferno liberavit, ſed ſimul et illorum, qui adventum ejus conſtanti animo crediderunt. *Gregorius* M. l. 5. epiſt. indict. 15. ep. 15. Poſt diſceſſum veſtrum, dilectiſſimis filiis meis diaconis narrantibus agnovi, quod dilectio veſtra dixiſſet, omnipotentem Dominum, Salvatorem J. C. ad inf. deſcendentem omnes qui illic confiterentur eum Deum, ſalvaſſe, atque a poenis debitis liberaſſe. De qua re volo vt fraternitas veſtra longe aliter ſentiat. Deſcendens quippe ad inf. *ſolos* per ſuam gratiam ſalvavit, *qui eum, et venturum eſſe crediderant, et praecepta ejus vivendo tenuerant*. *Nilus Damyla* de trinit. Ελθων ὁ Χριστος εν τω αδῃ παντας απλως τους κρατουμενους ὑπ' αυτου ανεσωσατο, αλλ' ὁσοι θεον αυτον ηδεισαν, και επεπιστευκεισαν, και ωμολογησαν. cf. *Nicephorus* hiſt. eccl. l. 31. Et hanc ipſam hodiernae adhuc eccleſiae Graecae ſententiam eſſe, ex *Petr. Mogilae* conf. eccl. Gr. orthod. P. 1. qu.

hos etiam nonnullos eorum, qui sine fide ex hac vita discedentes illi quidem, Christo tamen, peccatorum veniam, morte sua humano generi partam, in inferno annuntianti, fidem habuerint, a Christo inde liberatos esse, arbitrabantur [39]. Sed haec de his quidem saeculis sufficiant.

Antequam vero reliqua narrando persequar, symbolorum paucis mentio facienda est, quibus hoc dogma his temporibus insertum legitur. Quamvis enim veteres de vero et locali desc. J. C. ad inf. cogitasse,

qu. 49. (quem quidem librum pro symbolico Graeci agnoscunt,) satis apparet: Και απο του αδην ελυτρωσε τας ψυχας των αγιων προπατορων, και τας εβαλεν εις τον παραδεισον. τας οποιας συνεισηγαγε και τον ληστην, οπα επιστευσεν εν τω σαυρω εις αυτον. cf. *Metrophanes Critopulus* confess. c. 3. et ex recentioribus Graecis *Athanasius Baruchas* hom. 6. in dominic. pass. ed. Venet. 1738. p. 133. sqq.

[39] *Augustinus* de Genes. ad litt. l. 12. c. 33. n. 63. Et Christi quidem animam venisse vsque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, vt eos solveret a tormentis, quos esse solvendos occulta nobis sua justitia judicabat, immerito creditur. coll. *Hilario Pictav.* in Ps. 118. Scit, testante ap. Petro, descendente in inf. Domino, etiam his qui in carcere erant, et *increduli* quondam fuerunt, exhortationem praedicatam fuisse. Cf. etiam *Ambrosius* in Eph. 4. *Epiphanius* hom. in sepulcr. Chr. *Oecumenius* in 1 Petr. 4. Ὡσπερ εν τω κοσμω παραγενομενος, τοις μεν επεγνωκεναι ετοιμως εχουσιν αυτον, εις δικαιωμα παρεγενετο, τοις δε αγνοησασιν εις κατακρισιν, ὁτω και τοις εν αδη. cf. *Jo. Damascenus* de orth. fid. *Damascenus Studita* hom. in sepulcr. Dom.

gitaſſe, luce meridiana clarius ſit, ante ſaec. IV. tamen hoc dogma in ſymbolis antiquioribus fruſtra quaeſiveris [40], quia non tanti momenti putarunt, vt Catechumenis vna cum ſymbolis traderetur. Hoc ipſo autem ſaeculo quarto hoc dogma ſymbolo apoſtolico privato auſu aliquorum epiſcoporum additum [41], et poſtea quoque in pluribus ſymbolis expreſſum eſſe, dubio caret [42]. Quod tamen hoc potiſſimum ſaeculo in ſymbola ſuſceptus ſit hic de deſc. J. C. articulus, ejus rei cauſa quaerenda videtur in controverſiis cum *Apollinariſtis*, tum temporis exortis, contra quos, qui Chriſtum anima rationali caruiſſe perhibebant, ex hoc ipſo deſcenſu ad inf. firmiſſimum pro anima rationali ejus argumentum repeti poſſe videbatur [43]; ſiquidem, cum Chriſtus neque quoad corpus in inf. deſcendere potuerit, quia hoc in ſepulcro remanſit, neque quoad divinam naturam, quia ſecundum hanc ipſam vbivis jam praeſens adfuit,

40 Quod prolixa exemplorum multitudine comprobat *Molinaeus* in theſibus, et *Voſſius* harm. evang. l. 2. C. 13. Cf. tamen ante omnia de his quidem ſymb. b. atque pia mente aeternum colendi praeceptoris C. G. F. *Walchii* bibl. ſymb. inde a p. 40. ſqq.

41 *Ruffinus* in expoſitione ſymb. Aquileg. (ſ. apoſtol.)

42 Quorum recenſum exhibuit *Dietelmaierus* §. 89.

43 Alii *Kingium* in hiſt. ſymb. ap. alii *Amand. Polanum* ſynt. Theol. l. 6. c. 21. p. 411. alii denique alium pro hujus ſententiae auctore habent.

adfuit, neceſſe erat, vt, Chriſtum ſecundum animam rationalem ad inf. deſcendiſſe, animaque adeo rationali praeditum fuiſſe concederetur [44]. Cum vero hoc dogma in antiquioribus, multisque recentioribus ſymbolis [45] non legatur, in iis vero, quae illud retinent, ſepulturae mentio omittatur: factum eſt, vt, veteres deſcenſum J. C. et ſepulturam pro eodem habuiſſe, et in ſymbolis iis, quae tam deſcenſus ad inf. quam ſepulturae mentionem faciunt, vtrumque errore quodam invicem junxiſſe, nonnulli conjicerent [46]. Sed, vt taceam de vnanimi patrum, quorum teſtimonia recitavimus, in deſcribendo locali deſcenſu J. C. conſenſu: nonne doctrina de ſepultura et de deſc. J. C. ita invicem cohaerent, vt, poſito altero, alterum ſuperfluum videri potuiſſet? ſed vti exinde, quod, obſervantibus viris doctiſſimis, in ſymbolis antiquis interdum aut reſurrectio, aut, quae cum reſurrectione arctiſſime cohaeret, vita aeterna reticetur, minime colligi poteſt, reſurrectionem et vitam aeternam veteribus fuiſſe vnum idemque:

44 Cf. *Athanaſius* de incarn. Dni. contra Apollinar. aliquot locis. *Epiph.* haer. 77. c. 25. p. 1030. Opp. T. 1. et Ancorat. c. 34. p. 39. Opp. T. 2. *Caſſiod.* expoſ. in Pſ. 15. p. 54. et in Pſ. 29. p. 96. Opp. T. 2. ed. Rotom. Garet. *Ruffinus* in libell. fid. c. 7. *Philaſtrius* haer. 40. *Theophilus Alex.* contra Apollinar. ep. paſch. 1. alii.

45 a *Dietelmaiero* §. 90. enumeratis.

46 *Voſſius* l. c. *Witſius* in ſymb. ap. p. 280.

que: sic etiam inde, quod commemorato desc. J. C. sepulturae mentio non fit, minime sequitur, veteres vtrumque invicem non distinxisse: quid? quod fieri potuit, vt controversiarum evitandarum causa modo descensus modo sepultura in symbolis omitteretur; nam sicut vno tantum distincte expresso, alterum facile tam cogitando, quam docendo addi, sic etiam vtroque invicem juncto facile confundi potuit is, qui forte, salva fide sua, vtrumque pro eodem habebat. Sed jam nobis, e diverticulo quasi redeuntibus, investigandum est, quid *ecclesia Latina* inde a

Saec. VIII vsque ad felicia, et post diuturnam spissamque caliginem salutari luce collustrata Saec. XVI tempora de hoc dogmate statuerit. Atque hic quidem mira cernitur tam de inferno, quam de desc. J. C. ad hunc ipsum inf. sententiarum confusio atque varietas. Deprehenduntur quidem etiam in hac ecclesia satis certa vestigia sententiae ejus, infernum esse *locum omnium animarum a corpore separatarum communem, in quo Diabolus mortis imperium tam in pios quam in impios exerceret*, sed coepit tamen vox ἅδης ex hac ipsa Graecae ecclesiae de tyrannide Diaboli in inferno sententia jam magis magisque ad solum *damnatorum locum* restringi, a quo tamen, ne Christum, patres, et pios in locum damnatorum de-

descendisse, aliáque absurda admittere viderentur, tam *limbum patrum*, quam *purgatorium* satis argute distinxerunt [47]. Hinc Christum 1., alii in *alium horum locorum* [48], 2., secundum *animam* [49] descendisse, ibique 3., *per triduum* commoratum esse [50] atque 4., pro varia de inf. cogitandi ratione, vel sanctos atque justos a *tyrannide Diaboli*, *mortisque imperio* liberasse [51], vel patres e *limbo* eduxisse

47 Vide loca ea, quibus Christum ex Latinorum sententia in haec loca descendisse confirmabimus.

48 Relege loca eadem.

49 *Alcuin* de trinit. l. 3. 16. In inf. quoque vt Christus *secundum animam* descenderet, naturae vtriusque, i. e. divinae atque humanae vnum fuit opus, sed *solius animae naturalis* fuit iste descensus. *Ecbertus Schonhaugiensis* serm. 9. contra Catharos: In passione crucis emisit spiritum, et secundum corpus quidem sepultus est, *secundum animam* vero descendit ad inferna. Idem apparet ex locis, quae sequuntur.

50 *Guitmundus Aversanus* in confess. ap. *Dionys. Petav.* T. 4. P. 2. C. 17. Quae (Christi anima apud inf.) liberatis inde, quos dignos judicaverat, caeteris vero dimissis, corpus suum *tertia die* resumsit. *Thomas Aquinas* P. 3. qu. 52. art. 4. docet: animam ejus fuisse tam diu in inf. *quamdiu corpus fuit in sepulcro.*

51 *Guitmundus* l. c. Anima vna cum Deo permanens, ad inf. non vt pateretur, sed vt *dominaretur*, descendit. *Jo. de Turrecremata* in Ps. 15. Non derelinques more communi animam meam in inf. vbi descendet *ad liberandum sanctos*. *Petrus Damian.* dial. inter Jud. Christian. De descensione ejus ad inf. et ereptione sanctorum per Osee loquitur hoc modo: *de manu*, inquit, *mortis liberabo eos. Ecber-*

tus

se [52], vel pios e *purgatorio* ereptos ad coelestia gaudia transtulisse [53], vel denique supplicia peccatorum in *loco damna-*

tus l. c. Spoliavit principes tenebrarum ab animabus electorum, quae vel ante legem, vel sub lege Moysis, quae salvare neminem poterat, ab hac vita migraverant. *Amedeus Lausanensis* de laud. Virg. Mar. hom. 6. Inde eduxit suos de tenebris, et vincula eorum disrupit. Animas omnium justorum — associavit sibi. — Solus fuit in transitu ad inf. Dominus Jesus, solus in ingressu, sed in egressu minime solus, qui innumera sanctorum millia secum eduxit. *Universalem* vero liberationem descensu J. C. ad inf. factam esse, ex Latinis nemo, quod sciam, contendit praeter *Clementem* quemdam haereticum (Saec. 8.) quem *Bonifacius Moguntinus* in ep. ad Zach. Pap. ideo accusat, quod: contra fidem sanctorum patrum dixerit, quod Christus descendens ad inf. *omnes*, quos inferni carcer detinuit, liberarit, credulos et incredulos, laudatores Dei simul, et cultores idolorum.

52 *Gerhard. Zutphan.* de spiritual. ascensionibus c. 39. Cogita devote, qualiter anima Christi ad inf. descendit; de *gaudio s. patrum*, et tristitia daemoniorum. *Anselmus Cantuar.* (Saec. 11.) dial. de pass. Chr. c. 15. Tunc magnum gaudium fuit factum in *limbo*, quando anima Christi in ipsum descendit, et patres inde liberavit, et limbum destruxit, et infernum obstruxit, ita quod nullus Christianus illuc venire poterit, nisi proprio suo arbitrio; nec aliquis eorum, qui intus sunt, ante diem judicii exire poterit. Tribus autem vectibus infernum obstruxit. Et haec est ratio, quia ante mortem suam, nulli habere potuerunt contritionem, confessionem vel satisfactionem. Cf. *Albertus M.* (Saec. XIII.) in Luc. 16, 22. et *Thomas Aqu.* qui l. c. art. 5. docet Christum patres omnes e limbo liberasse.

53 Cf. eundem *Thom. Aqu.* qui simul art. 8. contendit: Christum ex purgatorio liberasse eas tantum animas, quae tales tunc fuerint, quales sunt, quae nunc ex eo dimitti creduntur. A Thoma vero dissentit *Gabr. Biel* hom. de resurr. Dom. qui *omnes* ex purgatorii regione, vt pia ac probabilior tenet doctorum sententia.

damnatorum ſuſtinuiſſe [54] arbitrabantur. Sed fuerunt jam tum, qui, hac ſententiarum de inf. incongrua varietate turbati, totam hanc de deſc. J. C. ad inf. doctrinam nullo ſacri codicis teſtimonio, ſed ſola traditione inniti [55] viderent, aliique, qui Chriſtum non re vera, ſed tantum quoad effectum in inf. fuiſſe contenderent [56]. Supereſt, vt, quid inde a

Temporibus repurgatorum ſacrorum ad noſtra vſque tempora tam Lutherani atque Reformati, quam Pon-

[54] Cui quidem ſententiae his temporibus praeluſit *Nic. Cuſanus Card.*, ferm. in Pſ. 30, 11. refutatus a *Jac. Fabro Stapulenſi*, qui tamen, cum a tanto viro qualis Cuſanus erat, diſſentire, nefas videretur, ita ſibi Romanorum odium contraxit, vt gradu Doctoris Theol. dejiceretur. Anno demum aetatis poſt centeſimum primo diem obiit ſupremum. Apologiam, quam pro ſua ſententia ſcripſit *Dan. Cramerus* opuſculo ſuo de deſc. Chr. ad inf. adjecit. De tota vero controverſia et perſequutione Fabri vid. *Die Haupt-Vertheidig. des Augapfels* c. 67. p. 520. et *Jo. Sleidanum*, de ſtatu rel. et reipubl. l. 5. fin. verſus.

[55] *Jo. Duns Scotus* ſententiar. l. 1. diſt. 11. *Lud. Bloſius* in collyr. haereticor. P. 1. c. 3. Si ea ſola pro ratis habenda ſunt, quae in div. ſcripturis invenimus evidenter expreſſa, certum non erit, Chriſtum ad inf. deſcendiſſe, cum id ſacrae litterae manifeſte non exprimant.

[56] Ipſe *Thom. Aqu.* in hac ſententia fuiſſe videtur. P. 3. qu. 52. art. 2. Inprimis vero huc pertinet *Jo. Picus Mirandul.* qui in theſibus Romae affixis hanc quoque poſuit: „Chriſtus non veraciter et quantum ad „realem praeſentiam deſcendit ad inf., vt ponit Thomas, et commu„nis viae, ſed ſolum quoad effectum.“ Apologiam hujus theſeos ab eo conſcriptam exhibet *Jo. Rud. Lavater* de deſc. C. ad inf. l. 1. C, 9.

Pontificii de descensu J. C. ad infernum, (qui et tunc ex communi sententia in tria potissimum receptacula, limbum patrum, locum damnatorum, et purgatorium dispertitus putabatur,) statuerint, qua fieri potest brevitate enarremus.

Lutherus quidem, initio a sententia *Gregorii* et *Hieronymi*, qui Christum in limbum patrum descendisse putabant, parum alienus [57] postea vt fieri solet in aliud extremum delapsus, verum desc. J. C. omnino in dubium vocasse videtur [58]. Post decem vero annorum spatium, tota doctrina interim diligentius examinata, in celebri ista *concione Torgavensi*

57 Vid. *die Auslegung der Episteln und Evangelien durch den Advent, in der Predigt über das Evangel. am 3ten Sonntage des Adv.* p. 284. T. 12. *Opp. ed. Lips.* St. Hieronymus, mit dem es auch Gregorius hält, schreibet: Johannes habe gefragt, ob Christus auch würde in die Hölle kommen zu den Verdammten — und ich halte, man könne diese Meinung nicht verwerfen, dieweil St. Petrus 1 Petr. 3. klärlich sagt: etc.

58 *In der Auslegung der* 1 *Ep. St. Petri* ao. 1523 edita, vbi ad Cap. 3, 19. haec leguntur: „Will es jemand dafür halten, dass Christus, nachdem er am Creutz verschieden war, sey niedergefahren zu den Seelen, und habe ihnen da gepredigt, will ich nicht wehren. — Das kann ich aber nicht wohl glauben, dass Christus hinabgefahren sey zu den Seelen, und habe ihnen da gepredigt: So ist die Schrift auch dawider.“ Sed tota explicatio digna est, quae nexu suo relegatur.

vienſi,[59] ſententiam ſuam de hoc dogmate explicavit ſic: 1) Chriſtum vere in *locum damnatorum*, 2 tam *quoad animam*, quam *quoad corpus*, ita tamen, vt corpus ſimul in ſepulcro remanſerit, 3) ſtatim *poſt mortem*, 4) eo conſilio deſcendiſſe, vt, *regno Diaboli everſo, nos a poteſtate ejus liberaret.* Ceterum magnus ille ſacrorum Reformator totam hanc rem magis fide tenendam, quam ex rationis principiis dijudicandam eſſe, iterum iterumque monet, liberumque vnicuique relinquit judicium, ſub quacunque imagine hunc deſcenſum ſibi animo repraeſentare voluerit. Quod tamen Chriſtum tam quoad animam, quam quoad corpus ad inf. deſcendiſſe, et

59 *Tom.* 22. *Opp. ed. Lipſ. p.* 133. *ſqq.* Ehe er auferſtanden und gen Himmel gefahren iſt, und noch im Grabe lag, iſt er hinunter zur Hölle gefahren, auf daſs er auch uns, die darin ſollten gefangen liegen, daraus erlöſete. — Dann iſt dies das allerſicherſte, wer da will recht fahren und nicht anlaufen, daſs er nur bleibe bey den Worten, und dieſelben ihm einfältiglich einbilde, aufs beſte er kann. — Wenn ich das habe, ſo habe ich den rechten Kern, und Verſtand davon, und ſoll nicht weiter fragen noch klügeln, wie es zugegangen oder möglich ſey. Et p. 135. Wir aber ſollen ſolche unnöthige Fragen laſſen fahren, und ſchlecht, einfältiglich unſer Herz und Gedanken an die Worte des Glaubens heften und binden, welcher ſagt; Ich gläube an den Herrn Chriſtum, Gottes Sohn, geſtorben, begraben, und zur Höllen gefahren d. i. an die *ganze Perſon*, Gott und Menſch *mit Leib und Seele ungetheilet*, von der Jungfrauen gebohren, gelitten, geſtorben und begraben iſt, alſo ſoll ichs hie auch nicht theilen, ſondern gläuben und ſagen: daſs derſelbige Chriſtus, Gott und Menſch in einer Perſon, zur Höllen gefahren — iſt. etc.

ad mysterium, quod in vnione duarum naturarum latet, confugiendum esse statueret, ejus rei causa praeter notionem *personae* parum distinctam, in eo quaerenda videtur, quod, quomodo sola anima Christi, corpore exuta, victricem se Diabolo exhibere potuerit, cogitando assequi non poterat. Nec aliter *Melanchton* ipse de *arcanis*, circa mortem et resurrectionem C. in dicto Petrino non satis perspicuo cogitandum esse arbitratur. [60]. Quae quidem *Lutheri* de desc. I. C. ad inf. sententia per libros symbolicos deinde pro vera declarata [61], plurimis arrisit antiquioribus, praecipue ecclesiae nostrae, theologis. [62]. Neque tamen defuerunt, qui ab hac *Lutheri* sententia recedere nulli dubitabant, cum ipse *Lutherus* suam sententiam nemini obtruserit. [63]. *Alii* nimirum,

60 Enarrat in Ev. Joh. c. 19. p. 866. Tom. 3. Opp.

61 *Formula Conc. Art.* 9. *p.* 613. *ed. Rechenb.* Atque hoc in negotio sequamur piam D. *Lutheri doctrinam*, qui hunc articulum in concione Torgae habita pie admodum explicuit. caet. Et in *Repetit.* et *Declarat. Art.* 9. *p.* 788. Simpliciter igitur credimus, quod tota persona, Deus et homo, post sepulturam ad inf. descenderit, Satanam devicerit, etc.

62 Cf. *Musaeus* in Form. Conc. p. 310. *Brochmannus* syst. theol. T. 1. p. 914. *Olearius* syst. th. posit. art. 66. *Chytraeus* in expl. artic. symb. p. 188. *Spenerus* Catechismus Predigten p. 309.

63 Vid. *Conc. Torgav. l. c. Cf. in dem 1 Th. der Schmalkald. Art. so da hetten sollen aufs Concil. zu Mantua — überant. werden. Art.* 4. „Das der Son sey also Mensch worden, — Darnach gelitten, gestorben, begraben,

rum, ceterum cum *Luthero* consentientes, in temporis momento hujus descensus definiendo a *Viro b.* dissenserunt, quia, quomodo, ex *Lutheri* opinione, corpus Christi in sepulcro remanere et simul εις την φυλακην descendere potuerit, invicem conciliare non poterant; plane non cogitantes, *Lutherum* ex mystica vtriusque naturae vnione hoc sibi explicasse. Quo factum est, vt *Hutterus* [64], *Quenstedtius* [65], *Baierus* [66], *Carpovius* [67], alii verborum consequutionem in dicto Petrino nimis vrgentes, Christum in primo resurrectionis momento, et in illo ipso magno terrae motu, qui summo mane, ante solem orientem, ipso resurrectionis die evenit, hoc descensu perfunctum esse statuerent: dissentiente ab his omnibus *Matspergero*, qui Christum post reditum

graben, zur Helle gefahren — Diese Artikel sind in keinem Zank noch Streit, weil wir zu beiden Teilen dieselbigen bekennen. Darumb nicht von noeten, ietzt davon weiter zu handeln.“ Jam vero Lutherus in hoc de desc. ad inf. articulo omnino a Pontificiis dissentiebat. Sequitur, Virum beatum suam de hoc dogmate sententiam orthodoxiae partem non fecisse, nec damnasse eos, qui de tota hac re aliter quam ipse, judicabant.

64 *Explicat. libri Christian. Concord. p.* 920. *coll. p.* 961.

65 *Theolog. Didact. Polem. Part.* 3. *c.* 3. *membr.* 3. *sect.* 2. *qu.* 9. *coll. sect.* 1. Θεσ. 84.

66 *Comp. Theol. posit. P.* 3. *C.* 2. *sect.* 2. §. 5. *et in notis* b. *p.* 445.

67 *Theol. Rev. Dogm. T.* 2. *P.* 1. *c.* 2. §. 677. *p.* 633. *alibi.*

tum in vitam, ſed ante reſurrectionem cum anima et corpore, in locum damnatorum deſcendiſſe, docebat. Adverſarios habuit, praeter *Parſimonium*, *Theologos Würtenbergenſes* alios [68]. *Alii* vero, qui Chriſtum omnia et ſingula ſupplicia, quae peccatori tam in hac quam in futura vita imminent, pertuliſſe, magis pie quam docte demonſtrare geſtiebant, Chriſto mortuo, animam ejus, corpore in ſepulcro remanente ad inf. deſcendiſſe, ibique generis humani a Diabolo et inferno redimendi cauſa, exquiſitiſſimos dolores atque cruciatus perpeſſam eſſe, adeoque deſcenſum ad inf. ad exinanitionis ſtatum pertinere arbitrabantur. Reſtaurator hujus ſententiae a *Cuſano* jam olim prolatae [69], fuit *AEpinus*, optimus alias vir, ſed in hac re parum providus; ſed quamvis magnos motus ſententia ejus in *eccleſia Hamburgenſi* excitaverit [70], (quos, cum vnicuique aliunde jam innotuerint, copioſius enarrare longum atque ſuperfluum foret) eam tamen ſequuti ſunt *Weſtphalus* [71], *Matth.*

[68] Adi *Jo. Rud. Lavateri* lib. de deſc. C. ad inf. l. 4. p. 128. ſq. *Rob. Parkerum* de deſc. C. ad inf. l. 4. p. 47. et *Dietelmaierum* l. c. p. 209.

[69] Vid. ſupra.

[70] Vid. *Arnoldum Grevium* in memoria AEpini p. 91 — 101. et *Dietelmaierum* p. 196. ſqq.

[71] Cujus ſcripta, quae huc pertinent, nondum edita ſervantur in biblioth. Guelpherbytana, vid. *Arn. Grevium* in memor. *Joh. Weſtphali* §. 9. ſq. p. 26. ſq.

Matth. Flacius [72], *Hier. Wellerus* [73], *AEg. Hunnius* [74], *Jo. Brentius* [75], alii, et ex Reformatis, (quorum tamen multi descensum J. C. ad inf. ad dolores in horto perpessos referebant,) post *Calvinum* [76], *Henr. Altingius* [77], *Jo. Cocceius* [78], *Herm. Witsius* [79], caet. *Alii* porro, veterum vestigiis presse sequuti, Christum nonnisi quoad animam ad inf. descendisse, docuere. Fuit haec sententia *Matthesii* [80], *Schlüsselburgii* [81], aliorum [82]; eamque ipso hoc saeculo suam fecerunt *Chr. Dreierus* [83], (quem refutandum

72 in Clav. S. S. sub v. *infernus* p. 459. sqq.

73 Commentar. in Psalmos 1551. ed., p. 457. Opp. lat. ed. Lipf. 1702. et Commentar in 1 ep. Petri ed. ao. 1557. p. 880. alibi, quanquam in Comment. in Ep. ad Eph. ed. 1558. Opp. p. 713. *Lyrae* sententiam de limbo probare videtur.

74 in Catechismo p. 369.

75 in Catechismo p. 166.

76 in Catechismo p. 27.

77 explicat. Catech. Genev. P. 2. p. 231.

78 Summ. Theol. c. 60. §. 35. p. 639.

79 Exerc. in symb. apost. p. 322. et 325. sqq.

80 in der Historie von Christo P. 2. hom. 12.

81 *Theol. Calvin.* P. 1. p. 146.

82 Cf. *Grabius* in append. apologetic. ad lib. de formul. caut. loquend. p. 258. sqq.

83 Eroerterung einiger schwerer theol. Fragen. p. 445. 717. et in programm pasch. Regiomont. 1682.

tandum sibi sumsit *Abr. Calovius* [84],) *Gust. Georg Zeltnerus* [85], *Sig. Jac. Baumgartenius* [86], *Jo. Reinh. Hedingerus* [87], (a *Jac. Schrödero* [88] refutatus) *Georg. Lud. OEderus* [89], nec non ex Reformatis *Gerh. Jo. Vossius* [90], *Jo. Pearson* [91], *Norton Knatchbull* [92], *Jo. Lightfoot* [93], et maxima pars Reformatorum in eccleſia Anglicana [94]. Sequuntur porro hanc veterum ſententiam, *Theologi Remonſtrantes*, vid. *Jac. Arminium* [95], *Phil. a Limborch* [96], *Steph. Curcellaeum* [97], et *Adrian a Cattenburg* [98]. Idem denique ſenſiſſe

[84] Primo in Harmonia Calixtino Calviniana, deinde ex inſtituto in diſſ. de defc. C. ad inf. Witteb. 1682.

[85] in epiſt. ad Danzium de defc. ad inf. et pecc. in S. S. p. 23. ſqq.

[86] Evangel. Glaubensl. T. 2. p. 322. ſqq. Erläut. des Cat. p. 295.

[87] in not. ad Act. 2, 27.

[88] diſſ. de erroribus pietiſticis N. T. Heding. p. 35. ſqq.

[89] in der Erläuterung ſchwerer Stellen Heil. S. T. 1. p. 190. ſqq.

[90] Harmon. Evang. l. 2. C. 13.

[91] hiſt. ſymb. ap.

[92] animadv. in N. T. p. 35. ſqq.

[93] tractat. de defc. ad inf.

[94] vid. *Jo. Pearſon* in hiſt. ſymb. Ap. ad hunc art.

[95] Diſputat. T. 2. p. 88.

[96] Theolog. Chr. l. 3. c. 13. §. 23.

[97] Inſtit. rel. chr. l. 5. c. 12.

[98] Spicileg. theol. chr. l. 3. c. 12.

ſenſiſſe videntur *Socinianorum* nonnulli, vid. *Jon. Schlichtingium* [99], *Jo. Lud. Wolzogenium* [100], *Jo. Crellium* [101], et *Sam. Crellium* [102], alios, vt taceam de *Mennonitis*, atque *Herrnhuthianis*. *Alii* inprimis *Ruſius* [103] et *Lampe* [104], deſcenſum J. C. ad inf. de ſola *ſepultura*, alii de *praedicatione per Noachum quondam facta* [105], alii denique aliter intellexerunt.

Pontificiorum vero de hoc dogmate ſententiam, vt breviter explicem, verbis vtar ex *catechiſmo Conc. trid. ad parochos* repetitis: „Inferorum nomen ab„dita illa receptacula ſignificat, in quibus animae „detinentur, quae coeleſtem beatitudinem non ſunt „conſequutae. — Neque tamen ea receptacula „vnius et ejuſdem generis ſunt omnia; eſt enim te„terrimus — carcer, vbi perpetuo — damnatorum animae

[99] in vindic. confeſſ. Chriſt. contra Cichov. c. 10. p. 134. eundem in Eph. 4, 9. et 1 Petr. 3, 19.

[100] ad Act. 2, 27. Matth. 16, 18. et Luc. 16, 23.

[101] Opp. exegetic. T. 3. p. 242. 325. ſqq.

[102] in cogitationibus novis de primo et ſecundo Adamo. P. 2. §. 70. ſqq.

[103] Vid. ejuſdem *de deſc. C. ad inf. digr. apologeticam* Jenae 1730. in qua controverſia, quae ipſi hac de re fuit cum *Edzardo* (qui ſub *Snitlingii* nomine interdum latere maluit,) enarratur, ſcriptaque vtrinque edita enumerantur.

[104] Differt. philol. theol. ſyntag. p. 512. ſqq.

[105] vti *Beza*, *Eraſmus Schmidius*, *Elſnerus*, alii.

„animae — torquentur. — Praeterea eſt purgato-„rius ignis, et tertium receptaculi genus eſt, in „quo animae ſanctorum ante Chriſti Domini adven-„tum excipiebantur. — Horum piorum animas — „Chriſtus Dominus ad inf. deſcendens, liberavit. „Nec vero ejus tantummodo vis et virtus, ſed etiam „anima eo pervenit. Cauſae, cur Chr. ad ea loca „venerit, ſunt — ad profligandos daemones, — vt „juſtos homines ex miſera illius cuſtodiae moleſtia, „(ſc. *ex purgatorio*) liberaret, — patres, caeteros-„que pios e carcere liberatos, ſecum adduceret in „coelum.“ e. ſ. p. Quae quidem omnia apprime conſentiunt, cum *Thom. Aqu.* ſententia, ſupra jam prolata.

His jam ita peractis, pergamus pro inſtituti ratione ad examinandas dijudicandasque potiores de hoc dogmate ſententias: nam in omnes omnino inquirere, longum atque ſuperfluum foret, ſiquidem aliae vix dignae quae refutentur, aliae vero, quae nobis menti apoſtoli parum convenientes videbantur, in ipſa hiſtoria enarranda, vel ſola origine ipſarum indicata, vel notula adſperſa, quaſi tranſeundo jam abunde a nobis dijudicatae atque refutatae ſint. Tres igitur potiſſimum ſunto ſententiae, quas jam paullo accuratius examinare liceat.

Prima

Prima ſententia eorum eſt, qui, *Luthero* praeeunte, *Chriſtum tam quoad animam, quam quoad corpus ad locum damnatorum deſcendiſſe contendunt, vt Diaboli imperium deſtrueret.* Provocant ſententiae tuendae cauſa inprimis ad vnanimem, quem vocant horum tam V. quam N. T. effatorum conſenſum: Pſ. 16, 10. (coll. Act. 2, 27.) 1 Petr. 3, 18. 19. 20. Eph. 4, 9. 10. et Col. 2, 15. Sed in pſalmo iſto voc. שאול et apud Petrum voc. φυλακη non tam locum damnatorum, quam ſtatum mortuorum omnino deſignare, infra paucis demonſtrandi locus erit: τα κατωτερα vero της γης in ep. ad Epheſ. l. c. de *terra ipſa* accipiendum eſſe, quis quaeſo, qui S. V. *Koppium* in h. l. inſpexerit, amplius dubitare auſit? Col. 2, 15. denique, ſi nexum conſulueris, non tam de daemonibus infernali carcere incluſis, quam potius de daemonibus malignis omnino, qui tam in Judaeos, quam ethnicos imperium quoddam exercere credebantur, ſermonem eſſe putaverim, cum de deſc. C. ad inf. ne verbo quidem ibi mentio facta ſit. Quisquis vero ſit horum locorum ſenſus, quomodo deſcenſus *tam quoad animam, quam quoad corpus*, inde elici poſſit, equidem non aſſequor, quanquam etiam Lutherus hoc magis fide teneri, quam ex rationis principiis explicari voluit. Provocant porro *Quenſtedtius*, alii, ad patrum antiquorum teſtimonia,

nia, ſed valde dubito, an vllum in medium proferre poſſint, qui Chriſtum *vna cum corpore et anima ſimul* in locum damnatorum deſcendiſſe, contendat, vt taceam, hominum auctoritates in tali re prorſus nil valere, ſi ſ. ſcripturae ſuffragio deſtituantur. Videtur potius, ſi vera fateri licet, tota haec orthodoxorum de deſc. J. C. ad inf. ſententia tum ſymbolo apoſtolico, cui cum vulgo ab apoſtolis confectum putabatur, auctoritatem tribuebant canonicae proximam, tum verbis *Lutheri* ſupra allatis, inniti; ſed in ſymbolo iſto apoſtol. verba: *deſcendit ad inferos* longe alio fine poſt tempora *Apollinaris* demum inſerta eſſe, et *Lutherum* in hoc dogmate explicando ad metaphyſicas haſce ſubtilitates, quas tamen nemini obtrudit, aliunde delapſum eſſe, ſupra jam oſtendimus.

Secunda ſententia, quam examinandam nobis propoſuimus, ſtatuit: *deſcenſum J. C. ad inf. cum ſepultura ejus vnum eſſe idemque. Primum* argumentum, pro ſtabilienda hac ſententia, repetere ſolent e locis his: Pſ. 16, 10. et Eph. 4, 17. Enimvero in loco priori ſancti vatis נפש ex Num. 5, 2. 6, 6. 19, 11. 13. Lev. 21, 11. 22, 4. 29, 4. Hagg. 2, 13. per *corpus exanime* ſ. *cadaver*, שאול vero ex Gen. 37, 35. 42, 38. per *ſepulcrum* reddi, ſicque totum hunc

hunc locum de *ſepultura* C. intelligi volunt [106]. At vero נפש, *anima*, nunquam per ſe *cadaver* ſignificare poteſt [107], ſed potius interdum, commutato nimirum abſtracto cum concreto, pro *animante*, vel *corpore anima praedito*, vſurpatur, indeque, vt in locis modo allatis, additisque voce. מת, טמא, aliisve, quae *mortis* notionem involuunt, ad *corpus exanime ſ. cadaver* transfertur; adeoque נפש Pſ. 16, 10. cum omni epitheto careat, de *cadavere* intelligi nequit. Sic etiam voc. שאול nusquam, quod ſciam, ſignificat *ſepulcrum*, ſed ſemper *infernum*, graec. ἅδης, i. e. *locum in quo vmbrae, ſ. animae corpore ſolutae verſari putabantur;* quanquam non multum repugnaverim, ſi nexu ſuadente magis accommodate ad noſtri idiomatis indolem, interdum, vt et in locis ſupra allatis, in quibus tamen etiam *inferni* ſignificatio bene procedit, per *ſepulcrum* reddere malueris. Sic et nos e. g. quem *mortuum* vel *ſepultum* eſſe dicere volumus, *in coelo verſari* affirmamus, ſed quis

106 *Pearſon* expoſition of the Creed. Lond. 1710. p. 232. 233.

107 Quanquam ſimile quid apud *Virgil.* AEn. 3, 67. 68. me legere memini. „*animamque* ſepulcro condimus," cujus tamen loquutionis ratio, obſervante *Ill. Heynio*, inde repetenda videtur, quod anima, quae corpore inſepulto circumvagatur, ſepulto ad quietem ſepulcri redit, ſive vt aliquamdiu cum corpore et cinere duret, ſive vt inde loca infera ſedesque manium ſubeat; nam magna ſuperſtitionis circa haec diverſitas. Vid. *Servium* in h. Virg. l. et *Ill. Heynium* ad *Tibull.* III, 2. 15.

quis quaeso inde colligere ausit, *coelum* igitur interdum idem esse quod *sepulcrum*. Eodem modo ex loquendi formula καταβαινειν εις ἅδου, ירד שאולה, parum recte colligitur, voc. ἅδης vel שאול interdum valere *sepulcrum*. Sensus potius hujus loci hic esse videtur: *non sines animam meam* (vel *me — ex hebraismo solenni*) *in inferno commorari* i. e. *non derelinques me in statu mortuorum, sed ex morte me in vitam revocabis*. Ad locum Paullinum vero quod attinet, tantum non in singulis hujus loci verbis singula pro descensu C. ad inf. de sola sepultura ejus interpretando, deprehendere sibi videntur argumenta [108]. Vrgent voc. καταβαινειν, quod, vt hebr. ירד proprium sit iis, qui *in sepulcrum demitti* dicantur. Sed, quamvis ירד sic occurrat, Ps. 30, 11. (ירד בשחת) et 88, 4. (ירד בבור) pluribus tamen adhuc locis de descensu in ἅδην (שאולה) obvium est [109], quae quidem loca minime confundi debent cum iis, quibus de *sepulcro*, (שחת, בור, קבר,) sermo est, nam שאול per se, et simpliciter, pro *sepulcro* accipi posse, modo negavimus, et de graeco καταβαινειν quid dicam, cui ἅιδαν vel simile quid expresse addi solet

[108] Inprimis *Lampe* l. supra c.

[109] Huc quoque pertinet Rabbinis consueta phrasis יורדין לגיהנם, illudque *Virgilii* AEn. 6, „Facilis *descensus* Averni." quod elegante περιφρασει *Lucian* dial. mort. Ding. et Alex. θεμις ανελθειν τινα των ἅπαξ διαπλευσαντων την λιμνην και ες το εισω της τομης προελθοντων.

ſolet [110]. Argutantur porro in voc. μερη, negantes Chriſtum, ſi in *partem* terrae deſcenderit, in *infernum* deſcendiſſe. Infernum enim *partem terrae* eſſe negant, contendentes, quicquid in re aliqua ſit vel contineatur, non ſtatim eſſe *partem* rei. Sed haec, vt dicam, quid ſentiam, ad nugas redeunt, refutatione indignas. Premunt adeo comparativum κατωτερα, ſiquidem, ex eorum ſententia apoſtolus, ſi in *infernum* Chriſtum deſcendiſſe putaverit, non *inferiores*, ſed *infimas* terrae partes eum ſubiiſſe, dixiſſet. Sed non eſt, quod in refutandis ejuſmodi argutiis diutius moremur lectorem. Provocant etiam ad ipſa vocc. κατω et תחת, quae propria eſſe putant *ſepulcro*, ſed Exod. 20, 4 Job. 18, 16. quae pro hebr. hoc vſu loquendi proferri ſolent, ex genere longe alio ſunt, et graecum κατω magis de *inferno* quam de *ſepulcro* adhiberi, ex iis ipſis locis apparet, quae pro ſtabilienda hac ſignificatione in medium pro-

[110] Sic αἰδαν καταβαινειν, Sophocl. Antig. v. 816. cui reſpondet δυναι τον πολυκοινον αἴδαν, Soph. Aj. v. 1264. την νεατην ὁδον στειχειν apeund. Antig. v. 804. et lat. *ire ad imum Tartara*, Apul. 6. Metamorph. *abire hinc in communem locum*, Plaut. in Caſina prol. v. 19. *tumulo ſuccedere terrae* Virg. Aen. XI, *venire ad umbras*. Juv. Sat. 10. Καταβαινειν quidem interdum etiam abſolute hoc nexu adhibetur, Antholog. l. 3. ſed tum ex ſolenni αἰδαν καταβαινειν ipſum illud αἰδαν ſuppleudum eſſe putaverim.

proferunt [111]. Inhaerent denique vocibus γη et lat. *terra*, quae item de *ſepulcro* adhiberi ſolitae ſint [112]; ſed quamvis vere haec per ſe quidem moneantur, (quanquam in promtu etiam eſt locus, vbi γη pro ἅδης vſurpatur [113]) dubito tamen, an ad locum noſtrum vbi ΤΑ ΚΑΤΩ ΜΕΡΗ της γης legitur, recte transferantur; et, ſi vel maxime id fieri poſſet, an ſin-

[111] *Diod. Sic.* l. 1. commemorat τὰς ΚΑΤΩ Θεὰς. *Ariſtoph.* Ran.

ΗΡ. Πότερον εἰς ΑΪΔΟΥ ΚΑΤΩ;

ΔΙ. Καὶ μὴ Δῖ', εἴ τι γ' ἔστιν ἔτι κατωτέρω.

Sophocl. Aj. v. 931.

Τὰ δ' ἀλλ' ἐν ᾍΔΟΥ τοῖς ΚΑΤΩ μυθήσομαι.

Anthолog. l. 3.

Ὡσῶ τὰ ΚΑΤΩ κρείττω 'στιν, ὧν ὁ ζοὺς ἔχει.

Euripid. Hecub. v. 418.

Ω μῆτερ, ὦ τέκουσ', ἀπειμι δὴ ΚΑΤΩ.

Ἐκεῖ δ' ἐν ᾍΔΟΥ κείσομαι χωρὶς σέθεν.

Sophocl. Antig.

Ἀ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται ΚΑΤΩ νεκροῖς.

His adde *Pindar.* Iſthm. ἀπιέναι ΚΑΤΩ. Poëta vetus *anthолog.* l. 3.

Ὅταν γὰρ ἴσας τοῦ τάλαντου τὸ πλέον

ΚΑΤΩ βαδίζει.

[112] Cf. *Euripid.* Hecub. v. 209. *Sophocl.* Aj. v. 1198. et 1248. *Juv.* Sat. 15. *Thucyd.* bell. Peloponn. l. 2. Hinc *humare*, *terrae* mandare, *humo* mandare, *terra* condere apud *Plinium*, *Virgilium*, *Ovidium*.

[113] Heſiod. ἔργ. v. 152.

Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ ΑΙΔΑΟ.

et

ſingulare ejuſmodi voc. ad l. n. de ſepultura C. explicandum ſufficiat. Nihiloſecius his jam ita explicatis totam hanc formulam τα κατωτ. της γης de ſepulcro intelligendam eſſe nulli dubitant, ſibique, ſic ſtatuentibus, de loquutionum ſimilium tam ex V. quam ex N. T. repetitarum patrocinio gratulantur. Ex V. quidem T. huc trahunt Pſ. 88, 7. et Thren. 3, 55. בור תחתיות. Pſ. 55, 24. באר שחת, Pſ. 63, 10. et Ez. 16, 20. תחתיות ארץ Ez. 31, 14. ארץ תחתית. Prov. 15, 24. שאול מטה, alia. Sed hic iterum loca ea, in quibus de ἁδ. vel שאול ſermo eſt, plane excluſa velim; (vid. ſupra) loca vero ea, in quibus ארץ תחתית, vel תחתיות ארץ, formulae Paullinae τα κατωτερα τ. γ. ſimillima occurrunt, ſi nexum recte conſulueris, tam de *inferno*, qui idem in interiori terrae parte eſſe putabatur, quam de *ſepulcro* commode intelligi poſſe, videbis. Ex N. T. vero huc pertinere arbitrantur Matth. 12, 14. vbi *ſepulcrum* Chriſti καρδια της γης vocatur. Jam vero, cum καρδια ex hebr. לב *interiorem* alicujus rei *partem* ſignificet, (id quod h. l. etiam inde appareat, quod Chriſtus vocula καρδια vtens, ad ſtomachum, partem interiorem

et v. 155.

Αυτας επει και τουτο γενος κατα ΓΑΙΑ καλυψε.

Idem illud igitur quod v. 152. αἰδης audit, v. 155. γη vocatur, et quidem in loco ejuſmodi, in quo de *inferno*, non de ſepulcro ſermonem eſſe, contextus clamat.

rem ceti, Jonam deglutientis, reſpexerit,) etiam ex hac formula καρδια της γης praeſidium pro formula noſtra τα κατωτερα της γης de *ſepultura* intelligenda repeti poſſe arbitrantur [114]. Sed haec nimis coacta, et ex longinquo reperita ſunt, ne dicam, Chriſtum forſan in ipſa hac formula de deſcenſu *animali ad inf.* cogitaſſe, cum nonniſi mortem ſuam per triduum duraturam praedicere, in animo habuerit. Alter locus, ad quem provocant, eſt Phil. 2, 10. vbi καταχθονιων de *ſepultis* laudes J. C. celebrantibus interpretantur, ſed quis quaeſo h. n. καταχθονιων non ad vmbras in inf. verſantes referre maluerit? Ceterum, ſi ſepulturae defenſores de locis parallelis gloriantur, nobis quoque in promtu ſunt veterum loca, in quibus ἅδης vel *infernus* vti τα κατωτερα της γης deſcribitur. Pertinet huc illud *Homeri* Il. Θ. v. 14. 16.

— — — Βαθιστον ὑπο χθονος εστι βερεθρον
Τοσσον ενερθ' ἀιδεω, ὁσον ουρανος ες' απο γαιης.

Virg. AEn. 6.

Tum Tartarus ipſe
Bis patet in praeceps, tantum tenditque ſub vmbras,
Quantus ad aethereum coeli ſubvectus hiatum.

Lucret.

114 Sic inprimis ſtatuunt, praeter *Lampium* l. c. *Parkerus* de deſc. I. C. ad inf. l. 3. §. 41. 44. *Saubertus* Palaeſtr. p. 210. ſqq.

Lucret. l. 4. v. 418. 419.

Despectum praebet sub terras impete tanto,
A terris quantum coeli patet altus hiatus.

Sed de priori argumento ab effatis S. S. repetito haec hactenus. Ad 1 Petr. 3, 18. sqq. vero, qui tamen locus pro sede materiae habendus est, neminem inveni, qui pro descensu J. C. de sepultura interpretando provocaret, nec video, quomodo hic locus, in quo C. in inf. *evangelium praedicasse* commemoratur, cum sola sepultura ejus commode conciliari queat. *Alterum* argumentum nititur locis iis, quibus adscensus atque descensus C. non sine emphasi ita sibi opponi arbitrantur, vt de statu, quem vocant, exaltationis atque exinanitionis in iis cogitandum esse, dubio prorsus careat. Ex hoc locorum genere esse putant: Ps. 2, 1-3. vbi gentium rebelliones opponantur majestati regis servatoris v. 4-12. expositae, Ps. 8. 40. 69. et 110, 7. Jes. 53, 10. c. 49. c. 50, 6-9. et ex N. T. Phil. 2, 6. sqq. coll. Rom. 6, 7. 8. 9. 4, 25. 8, 34. Hebr. 1, 3. 1 Petr. 1, 11. Hinc etiam in l. n. de statu exaltationis atque exinanitionis cogitandum, adeoque formulam τα κατωτ. τ. γ. de sepultura, infimo exinanitionis gradu explicandam esse colligunt, nam si de desc. ad inferos, qui ad statum exaltationis pertineat, intelligatur, omnem oppositionis vim perire putant. Sed quam aegre

miſereque quaeſita haec omnia ad l. n. explicandum detorqueantur, vix eſt, quod copioſius adhuc demonſtremus. *Tertium* argumentum, aeque infirmum, ex typis V. T. quos Joſephum, Eliam, Danielem et Jonam fuiſſe putant, eruere conantur; ſed quae in tanta interpretationis luce tam V. quam N. T. in qua jam verſamur, typis ad explicanda N. T. loca, vis remanſerit, atque remanere potuerit, vniuscujusque judicio permittimus. *Quartum* denique argumentum inde elici poſſe arbitrantur, quod ſymbola ea, quae verba exhibent: *deſcendit ad inferos*, ſepulturae mentionem haud faciant. Sed parum recte inde colligi, veteres horum ſymbolorum auctores deſcenſum J. C. ad inf. cum ſepultura ejus pro vno eodemque habuiſſe, ſupra jam demonſtravimus.

Tertia ſententia eorum eſt, qui locum Eph. 4, 15. vel de ſupultura, vel de vtero matris, in quem Chriſtus deſcenderit, vel quovis alio modo; locum Petrinum vero explicant ſic: Εν ᾧ, hebr. באשר, ſuppl. πραγματι, i. e. δια τετο, *quapropter*, et mente jungendum cum ἱνα ἡμας προσαγαγῃ τῳ Θεῳ. Πνευματα εν Φυλακῃ, *homines jam mortui; qui in carcere, vel inferno detineri putabantur.* Πορευθεις, ſecundum analogiam plurium linguarum, qua, praecipue in ſermone quotidiano formulae *eundi*, atque *veniendi*,

endi, (ιων, απιων, ελθων, απελθων, πορευθεις, ερχομενος,) tam apud N. T. ſcriptores Eph. 2, 17. Matth. 10, 7. alibi, quam apud bene Graecos (*Plut.* de liber. educ. c. 14. Τουτον εφησον, ΑΠΕΛΘΩΝ, κροτησον. *Demoſthenes* ſaepiſſime ΠΑΡΕΛΘΩΝ ειπα.) ex pleonaſmo adhibentur, prorſus redundat. Sic Hebraei verbo יָלַךְ 2 Sam. 14, 21. Jeſ. 6, 9. 55, 1. Jer. 2, 2. 53, 5. 35, 13. 39, 16. vbi apud LXX ſemper legitur πορεύεσθαι; Latini verbis *eundi* atque *abeundi* (*Ter.* Adelph. 4, 7. 1. 1. Phorm. 2, 45.) et Germani vocabulis *gehen*, *kommen*, *herkommen* etc. (da *kam ich her* vnd that das) praecipue in ſermone familiari vtuntur, vbi ſalvo ſenſu commode abeſſe poſſet. Κηρυσσειν ſumendum pro *adhortari ad converſionem vitaeque ſanctitatem omnino*, et quamvis Chriſto tribuitur, ad Noachum tamen referendum eſt, ex more apoſtolorum conſueto, *Chriſto* aliquid tribuendi, quod tamen in V. T. *Deo* tribuitur. Sic 1 Cor. 10, 9. Iſraëlitae Chriſtum jam in deſerto tentaſſe, et 1 Petr. 1, 11. prophetae πνευματι ΧΡΙΣΤΟΥ agitati dicuntur, qui alias πνευματι ΘΕΟΥ agi commemorantur. Caetera commatis 20 per ſe clara. His jam ita praemunitis, ſenſum hujus loci eſſe putant hunc: *Quam ob cauſam, ſc. vt nos Deo adduceret, Chriſtus jam per Noachum homines flagitioſos tum temporis viventes, nunc vero in inferno jam detentos, ad vitae ſanctitatem ſequendam provocari curavit.* Vel: *Quapropter*

jam

jam Noachus flagitioſos coaevos ad converſionem adhortatus eſt. Sed plura ſunt in hac interpretatione, quae mihi quidem diſplicent. Primum enim loca iſta 1 Cor. 10, 19. et 1 Petr. 1, 11. ex genere longe alio et a loci noſtri ſenſu atque nexu prorſus aliena eſſe videntur; nam inde quod *Chriſto* ibi aliquid tribuitur, quod alias *Deo* tribui ſolet, vix colligi poſſe putaverim, de *Chriſto* aliquid praedicari poſſe, quod proprie ad *Noachum* pertinet. Deinde mihi quidem ratione prorſus inconcinna atque inſolita duo haec pietatis atque recuperandae gratiae divinae remedia: *mortem Chriſti*, et *praedicationem per Noachum factam* invicem jungi videntur. Vt taceam de eo, ἐν ᾧ, quamvis per ſe recte pro διὰ τοῦτο accipi poſſit, longe facilius tamen ad πνεῦμα, quod proxime antecedit, referri; πορευθεὶς porro vix redundare hic poſſe, cum v. 22. eodem orationis nexu haud redundet; (vid. comment.) et κηρύσσειν denique, quod, quoties Chriſto tribuitur, de *praedicanda rel. chr.* dici ſolet, contra ſolennem hunc vſum loquendi ad *virtutis inſtitutionem omnino* transferri. Verbo, tota haec ratio, ſi quid ſentio, coacta et ab apoſtoli conſilio prorſus aliena videtur. Prope vero ad hanc interpretationem accedit S. V. *Gruneri* et *Doederlinii* ſententia. *Ille* *), ceterum cum priori explicandi ratione

*) Inſt. theol. dogm. p. 422. ſeq.

ratione consentiens, excepta formula ἐν ᾧ, in qua supplendum esse existimat πνευματι, (quo tanquam Messias vnctus erat,) totum locum reddit sic: „*Morte quidem affectus, quod ad corpus, vitae restitutus autem per spiritum. Quo spiritu actus ivit declaraturus doctrinam evangelii animabus, quae, correctionem non admittentes per hoc, quod patientia Dei semel et in perpetuum volebat benevole suscipere, arca in temporibus Noë exstructa, in qua animae paucae, octo nimirum, servatae per aquam sunt, jam coërcentur.*“ At vero et haec ratio mihi quidem longius repetita, et cum totius loci contextu parum congrua videtur, ne dicam voc. πνευμα vi oppos. σαρξ vix de vlla alia re, quam de *anima* intelligi posse. *Hic* [115] vero, de singulorum vocabulorum sensu idem statuens, totum hunc locum sic cum antecedentibus connectit atque exprimit: „Petrus quidem Christianos, ad quos scribit, admonet, vt ne malis, quae ab hominibus improbis innocentes patiebantur, adducerentur ad deflectendum a doctrina evangelica; satius enim esse innocentem pati, quam nocentem. v. 17. Sed hanc admonitionem primum confirmat ab exemplo Christi, qui, Deo sic jubente, communis salutis causa, vitam quidem finiverit in his terris, sed ad beatiorem longe statum revixerit. Alterum commendandi admonitionem suam argumentum jam v. 19.

[115] Inst. theol. chr. P. poster. p. 219. 220.

19. 20. desumere videtur a veritatis, quam inculcat, antiquitate aevique superioris exemplo. Addit enim *quam in causam*, (nempe de beatiore illorum statu, qui tolerant adversitates, quam eorum, qui inferunt,) *spiritus quoque in carcere publice docuit fide destitutos, quum eos Deus patiens atque indulgens benevole vellet suscipere, Noae tempore, arca exstructa, in qua pauci, i. e. octo, per aquam servati sunt.* Jam vide, quam apte haec interpretatio conspiret cum consilio orationis et contextu, instituta inter aevum Christianum et Noachicum comparatione. Tum quidem, cum diluvii tempus instaret, graviter saevierunt contra Noachum pium innocentem impii homines, qui jam dudum mortui sunt. Simili ratione Judaeorum impietas, internecione reipubl. instante, adversus Christianos grassatur. Vtrique Deum indulgentem ac invitantem impios, vt resipiscerent, experti sunt. Sed illi, postquam diutius rejeciſſent mandata divina, misere periere, videruntque solum effugere communem cladem eum, quem male tractassent: Similiter vos, inquit, obtestor, vt mala toleretis innocentes, proposito hoc exemplo, quod adversariis exitum tristem, vobis laetabilem ominatur.“ Sed quamvis haec sententia caeteris facile praeferenda sit, liceat tamen, dubia mea qualiacunque ingenue profiteri. Nimirum si haec fuisset apostoli mens, vt Noachi exemplo commonstraret, satius esse injuriam

riam pati, quam inferre, dubito, an hanc ita expreſſerit: *annuntiatam* eſſe hanc veritatem flagitioſis hominibus, tempore Noachi viventibus, eo, quod Noachum ex communi omnium hominum clade ſervaret, et, de quo magis adhuc dubito, a *Chriſto*, nec potius a *Deo omnino* hoc iis annuntiatum eſſe. Porro verba τοις εν φυλακη πνευμασι hac explicatione admiſſa, mihi quidem languere, vel ſaltem, ſi explicandae voci τοις απειθησασι ποτε inſervire debuiſſent, verbis his in hunc fere modum poſtponi debuiſſe videntur: τοις απειθησασι ποτε, νυν δε πνευμασι εν τη φυλακη εσι. Denique, ſi hoc fuiſſet Petri in h. l. ſcribendo conſilium, luculentius putaverim apoſtolum exprimere debuiſſe ſententiam hanc: Noachum *injuriam perpeſſum eſſe*, flagitioſos vero coaevos *ei injuriam intuliſſe*, forte in hunc modum: ὅτω και ὁ Θεος τοις απειθησασι ποτε εν ἡμεραις Νωε, και ὑβρισασι αυτον κατακλυσμον επαξας, τον Νωε ὑβριζομενον εφυλαξε. cf. 2 Petr. 2, 5. Sed videant intelligentiores, an recte haec a me obſervata ſint.

Supereſt, vt noſtram qualemcunque hujus loci explicandi rationem, ſupra jam in commentario prolatam, eandemque nullibi, ſi bene memini, antehac jam propoſitam, copioſius illuſtremus, illuſtratamque lectorum judicio relinquamus. Nexus hic eſſe videbatur: cohortatus erat ap. loco proxime

ſuperiori Chriſtianos, vt ne malis atque adeo ſuppliciis propter religionem chr. ſuſtinendis ſe ad deſerendam eam ſeduci patiantur; immortalitatis enim ſpe Chriſtianis propoſita melius vtique eſſe, ſi innocentes, quam ſi merentes patiantur, id quod jam Chriſti exemplo confirmare pergit v. 18. quem *in ipſa corporis morte*, quam, innocens ipſe, hominum cauſa oppetit, *animam tamen non perdidiſſe, ſed ſuperſtitem immortalemque ſervatam recepiſſe* contendit. Qua quidem ſententia, naturali admodum, opinor, idearum nexu in *loci, quo Chriſti anima, corpore relicto, per triduum illud mortis verſata fuerit? et quid vſque ad reſurrectionis diem egerit?* cogitationem devolutus, *ad infernum*, ἅδην, *quorſum omnes hominum mortuorum animae migrare putabantur*, Chriſti *etiam animam deſcendiſſe affirmat.* Quod vero Petrus Chriſtum in hoc inferno tanquam κηρυσσοντα ſibi animo fingit, ejus rei cauſa quaerenda videtur in eo, quod ex communi quadam omnium fere hominum, tum ſapientiorum, tum vulgi opinione, *homines poſt mortem apud inferos idem agere putabantur, quod in hac vita magno quodam animorum impetu perſequi ſoliti fuerant.* Ita enim fere hominum fert ingenium, vt in incertis caecutire, et in inveſtiganda rerum reconditarum natura atque origine *proximam* qualemcunque cauſam arripere, exornare, credere, aliisque

que perſuadere malint, quam in certis perſpiciendis acquieſcere. Sic *Minos* [116] atque *Rhadamanthus* [117], qui ſecundum *Homerum* judices iidemque heroës in elyſio verſantur, et ex quibus *Pindarus* hunc Κρονε παεδρον, *aſſeſſorem juris dicundi cauſa* vocat [118], (nam aevo iſto heroico ipſi reges jus dicebant,) poſt *Homerum Pindarumque*, cum reges haud amplius ipſi jus dicerent, ſed darent judices, a poëta aliquo, qui Creticas fabulas ſectatus erat, *inferorum judices* Plutoni *regi* adduntur, accedente vltimo loco *AEaco*, ab Homerico aliquo poëta in Achillis honorem, cujus avus erat AEacus, ſurrogato [119]. Similiter *Agamemnonis* [120], *Achillis* [121], *Herculis* [122], aliorumque heroum vmbrae apud *Homerum* cum *Ulyſſe*, et apud *Virgilium* cum *AEnea* [123], de rebus a ſe in terra fortiter

[116] Od. λ. v. 567.

[117] Od. δ. v. 564.

[118] Olymp. 2. v. 137. ſqq.

[119] *Virg.* AEn. 6, v. 477 ſqq. vbi Ill. Heyne p. 663.

[120] Od. λ. v. 403. ſqq.

[121] Od. λ. v. 472. ſqq.

[122] Ibidem v. 620. ſqq.

[123] AEn. 6, v. 477. ſqq.

titer geſtis colloquuntur: et *Ajax* odium, quo, hac vita adhuc fruens, in Ulyſſem flagrabat, etiam apud inferos non deponit [124]. Simili modo *Tireſias*, vatis munere in hac terra fungens, eodem munere etiam in orco fungi pergit [125]; atque *Orion*, dum vivebat, venationis amantiſſimus, et in inferno feras agitare haud omittit [126]. Sic etiam *Ariſtophanes Euripidem* atque *AEſchylum* etiam in inferno de palma decertantes fingit [127], *Cleonemque* atque *Hyperbolum* apud inferos quoque cauponarum facit patronos [128]. Eadem ratione *Moſchus* ad domum Plutonis venire optat, vt audiat, an et quid *Bion* Diti cantet? et ſi et ipſe fiſtula cantare ſciret, ſe apud Plutonem ad recuperandum Bionem cantare velle, promittit [129]. Apte porro ad hanc veterum ſententiam *Ovidius* quoque *Orphei* vmbram terras ſubeuntem, cuncta, quae viderat ante, loca ipſamque Eurydicen ſuam iterum cognoviſſe narrat [130]. Et cui quaeſo, in hoc argu-

124 Od. λ. v. 542. ſqq.

125 Ibidem 90. ſqq. coll. *Horat.* l. 2. Sat. 5. ab init. vſque ad fin.

126 Od. λ. 571. ſqq. coll. *Hor.* l. 2. Od. 13. v. 39. 40.

127 Ran. act. 3. ſc. 2.

128 Ibid. v. 569.

129 Id. 3. v. 120-133. coll. v. 22.

130 Metamorph. 11. v. 61-66. coll. *Moſch.* Id. 3. v. 130. 131.

argumento tractando in mentem non veniat carmen illud *Horatianum* [131], a quo ex parte saltem transscribendo temperare mihi nequeo:

— — *Improvisa leti*
Vis rapuit, rapietque gentes.

Quam paene furvae regna Proserpinae,
Et judicantem vidimus AEacum:
Sedesque discretas piorum; et
AEoliis fidibus querentem

Sappho puellis de popularibus;
Et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.

Vtrumque sacro digna silentio
Mirantur vmbrae dicere: sed magis
Pugnas et exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

[131] l. 2. Od. 13.

Quid mirum? vbi illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures, et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.

Quin et Prometheus et Pelopis parens
Dulci laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

Huic carmini Horatiano jungere liceat locum *Virgilii* [132], in hanc veterum ſententiam admodum inſignem, vbi elyſium ſic deſcribitur:

Largior hic campos aether et lumine veſtit
Purpureo; ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palaeſtris;
Contendunt ludo, et fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.
Nec non Threïcius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Jamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,

[132] AEn. 6, v. 640-665.

Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Ilusque, Assaracusque, et Trojae Dardanus auctor.
Arma procul, currusque virum miratur inanis.
Stant terra defixae hastae, passimque soluti
Per campos pascuntur equi. Quae gratia curruum
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit, ecce, alios dextra laevaque per herbam
Vescentis, laetumque choro Paeana canentis,
Inter odoratum lauri nemus: unde superne
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
Hic manus, ob patriam pugnando volnera passi,
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pii vates, et Phoebo digna locuti,
Inventas aut qui vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.

His denique locis subjungo egregium in hoc argumento *Ovidii* [132] locum, in quo tantum non expressis verbis continetur sententia ea, quam exemplis hucusque confirmare conabamur:

Errant

[132] Metamorph. 1, 443. 445.

Errant (ſc. in inferno) *exſangues ſine corpore et*
oſſibus vmbrae:
Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni;
Pars alias artes, antiquae imitamina vitae [134].

Quid? quod non ſolum in Graecorum Romanorumque ſcriptis, ſed etiam in V. ac N. T. ejusdem ſententiae deprehenduntur veſtigia. Sic apud *Jeſaiam* [135] regum vmbrae thronis inſidentes, vt ſolent reges, dum vita adhuc fruuntur, jubentur ſurgere obviam Babyloniorum regi, eique, novo in infernum advenae, de adventu congratulari. Non minus *Samuel* [136], ex inferno evocatus, et *Moſes* atque *Elias* [137], Chriſto, in monte ſacro inclareſcenti, adſtantes, vaticinantur, vt facere ſoliti fuerant, dum inter vivos adhuc verſabantur. Eadem ſententia quoque ſubeſt antiquo mori Graecorum [138] et majorum

134 Cf. etiam. *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 57-80. *Anacr.* Od. 4, v. 17.

135 Cap. 14, 9. vbi S. V. *Koppe.*

136 1 Sam. 28, 16. ſeqq.

137 Luc. 9, 31. coll. Matth. 17, 3. Marc. 9, 4.

138 *Herodot.* 5, 5. p. 374. ed. Weſſeling. Ὁι δε κατυπερθε Κρηςωναιων ποιευσι τοιαδε· εχει γυναικας ἑκαςος πολλας· επεαν ων τις αυτεων αποθανῃ,

jorum noſtrorum [139] ſua cuique mortuo heroi, vel alii arma, nonnunquam etiam equos, canes, atque adeo

θανῃ, κρισις γινεται μεγαλη των γυναικων και φιλων σπȣδαι ισχυραι περι τȣδε, ἡτις αυτεων εφιλεετο μαλιϛα ὑπο τȣ ανδρος· ἡ δ' αν κριθῃ και τιμηθῃ, εγκωμιασθεισα ὑπο δε ανδρων και γυναικων, σφαζεται ες τον ταφον ὑπο τȣ οικηϊοτατȣ ἑωϋτης· σφαγθεισα δε, συνθαπτεται τῳ ανδρι· αἱ δε αλλαι συμφορην μεγαλην ποιευνται· ονειδος γαρ σφι τȣτο μεγιϛον γινεται.

Idem 5, 92. 7. p. 423. Πεμψαντι γαρ οἱ ες Θεσπρωτȣς επ' Αχεροντα ποταμον αγγελȣς επι το νεκυομαντηϊον παρακαταθηκης περι ξεινικης, ȣτε σημανεειν εφη ἡ Μελισσα επιφανεισα, ȣτε κατερεειν εν τῳ κεεται χωρῳ ἡ παρακαταθηκη· ῥιγȣν τε γαρ, και ειναι γυμνη· των γαρ οἱ συγκατεθαψε ἱματιων οφελος ειναι ȣδεν, ȣ κατακαυθεντων· μαρτυριον δε οἱ ειναι ὡς αληθεα ταυτα λεγει, ὁτι επι ψυχρον τον ιπνον Περιανδρος τȣς αρτȣς επεβαλε· ταυτα δε ὡς οπισω απηγγελθη τῳ Περιανδρῳ, πιϛον γαρ οἱ ην το συμβολαιον, ὁς νεκρῳ εȣσῃ Μελισσῃ εμιγη, ιθεως δη μετα την αγγελιην, κηρυγμα εποιησατο, ες το Ἡραιον εξιεναι πασας τας Κορινθιων γυναικας· αἱ μεν δη, ως ες ὁρτην ηϊσαν κοσμῳ τῳ καλλιϛῳ χρεωμεναι· ὁ δ' ὑποϛησας τȣς δορυφορȣς, απεδυσε σφεας, πασας ὁμοιως τας τ' ελευθερας και τας αμφιπολȣς· συμφορησας δε ες ορυγμα, Μελισσῃ επευχομενος κατεκαιε· ταυτα δε οἱ ποιησαντι, και τοδευτερον πεμψαντι, εφρασε το ειδωλον το Μελισσης ες τον κατεθηκε χωρον τȣ ξεινȣ την παρακαταθηκην.

Cf. etiam Il. ψ. v. 167-175. Od. λ. v. 74. coll. v. 41. vbi vmbrae ab Vlyſſe evocatae cruentatis armis apparent. Simile quid etiam legitur Ez. 32, 27. coll. *Lowth* in Jeſ. Tom. 2. p. 202.

139 *Tac.* de Germ. c. 27. *Sua cuique arma, quorundam igni et equus adjicitur.* Cf. *Schmidts* Geſchichte der Teutſchen. Tom. 1. p. 50.

adeo vxores ac ſervos, quibus in hac vita vſi fuerant, vt cum defuncto heroë ignibus comburerentur, adjiciendi, quaſi manes his ipſis rebus in inferno adhuc frui poſſint. Quem quidem morem et hodie adhuc apud gentes nonnullas feras atque barbaras [140], (quas

140 Vid. *Hennepin* voy. au Miſſiſipi. (exſt. in voy. au Nord. Tom. V. p. 266.) *Ils* (les Americains ſeptentrionaux) *font profeſſion de croire l'immortalité de l'ame et une autre vie, dans laquelle on jouit de toutes ſortes de plaiſirs, et où l'on trouve de la chaſſe et de la pêche en abondance, du blé d'Inde pour ceux, qui en ſement, (car il y en a, qui n'en ſement point,) du tabac, et mille autres choſes curieuſes et neceſſaires. Ils tiennent, que l'ame n'abandonne point le corps incontinent après la mort. C'eſt pour cela, qu'ils enterrent avec le corps, arc, fléches, blé d'Inde, et viande graſſe, afin que les morts ſe puiſſent nourrir, diſent ils, en attendant, qu'ils ſoient arrivés au pais des ames. Comme ils donnent des ames a toutes les choſes ſenſibles, ils eſtiment qu'après la mort les hommes chaſſent encore les ames des Caſtors, des Elans, des Renards, des Outardes, des houps marins, et des autres animaux. Ils croient que l'ame des raquettes, dont ils ſe ſervent, pour ne point enfoncer dans les neiges, leur ſert encore pour le même uſage dans l'autre vie, de même que l'ame des arcs et des fléches à tuer les bêtes. Ils ont les mêmes penſées de la pêche; de ſorte que ſes ames ont beſoin ſelon eux des armes, que l'on enterre avec les morts.* Cf. *Joh.* Carvers Reiſen durch die inneren Gegenden von Nord-America. p. 322. 23. *Rytſchkow* Tagebuch ſeiner Reiſe durch verſchiedne Provinzen des Ruſſ. R. p. 95. *Die Tſcheremiſſen geben ihren Todten ein Kotſchatnik (d. h. eine Form worauf Baſtſchuhe geflochten werden, ſamt einer dabey*

ge-

(quas inter et veteris aevi homines intimus haud raro, vti cogitandi rationis, ſic morum atque rituum cernitur conſenſus,) obtinere, ex itinerariis ſatis conſtat. Sed vbi ſcribendi finem inveniam, ſi omnia perſequi velim, quae ad tuendam confirmandamque hanc veterum ſententiam in medium a me proferri poſſint? Sufficiant igitur exempla, a me hucuſque aliata. Jam vero vti heroës illi, prophetae aliique apud inferos agere finguntur id, quod in hac vita perſequi ſoliti fuerant; ſic etiam Petrus Chriſtum ſibi

gebräuchlichen Pfrieme, S. Pallas Reiſe Th. 1. p. 91.) mit ins Grab, damit er ſich bey ſeiner Ankunft in jener Welt Baſtſchuhe flechten könne. — p. 97 Sie glauben, daß die abgeſchiednen Seelen der Rechtſchaffenen in der andern Welt unſterblich, und von Krankheiten frey ſeyn, und von derjenigen Familienfreundſchaft ungetrennt leben werden, die ihnen hier lieb und werth geweſen. Sie werden Vieh und Bienen in Menge haben, allein bey dem allen müßen ſie ihren Acker pflügen, und andre Bauerarbeit verrichten. — p. 170. Die Wotjäken beſtatten ihre Todten mit ſolcher Sorgfalt zur Erde, als ob ſie es recht zuverläßig wüßten, daß ſie in dem Augenblicke ihres Todes in ein andres Leben einträten. Sie legen bey ſie ein Beil, Meſſer, Schüſſel, Löffel, Keſſel, Kotſchatnik, neue Baſtſchuhe, und dergleichen Dinge mehr, die ſie brauchen, damit der Verſtorbne, wenn er an den Ort der himmliſchen Wohnung kommt, an nichts Mangel leide. In ihren Meinungen wegen der menſchlichen Seelen ſtimmen ſie mit den Tſcheremiſſen überein. Cf. etiam *Fabri* geographiſches Leſebuch. Tom. 1, p. 72. 107. 158. 173. 180. Tom. 2. p. 157. 158. et *Römers* Nachrichten von der Küſte Guinea. p. 196.

ſibi in inferno fingit κηρυσσοντα, quia το κηρυσσειν praecipuum erat negotium, in quo peragendo vitam ſuam in his terris conſumſerat [141]. Chriſtum vero, ſi verbis Petrinis inhaeſeris, τοις απειθησασι potiſſimum εν ἡμεραις Νωε, nec potius vmbris flagitioſorum hominum omnino evangelium praedicaſſe, nemini mirum videri poteſt, qui meminerit, perpetuum hunc eſſe, N. T. ſcriptorum morem, ad gravius deſcribendam inſignem aliquam ſceleris atrocitatem exemplis vtendi, tum a flagitioſis Noachi coaevis [142], tum ab incolis Sodomae atque Gomorrae [143] repetitis. Chriſtus igitur omnino ex mente Petri animis flagitioſorum hominum *omnibus* evangelium praedicaſſe,

[141] Si parva magnis, humana divinis, fabulosaque veris comparare liceat, ſimile quid deprehenditur apud *Virg.* AEn. 6. vbi *Phlegyas*, ille Deorum contemtor, apud inferos omnes admonet nobiliſſimo illo v. 620.

Diſcite juſtitiam moniti, et non temnere divos.

Quodſi vero *Phlegyarum gentem* impietate infamem et a Deo abolitam huc advocare liceret, ita vt *Theſeus*, cujus paulo ante mentio injicitur, eam hoc v. ad pietatem colendam exhortaretur: tunc hic locus magis adhuc cum loci noſtri argumento conſpiraret. Vid. *Ill. Heyne* in h. l.

[142] Matth. 24, 37. Luc. 17, 26. 27. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 2, 5.

[143] Matth. 10, 15. 11, 23. 24. Marc. 6, 11. Luc. 10, 12. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Jud. 7.

cassе, eosque doctrinae suae vi ad meliorem sensum vitamque revocasse, putandus est. Nec quomodo haec sententia, cum sit ad naturalem quendam omnium omnino hominum sensum maxime accommodata, apostoli auctoritate indigna videri possit, mihi vlla ratione apparet.


Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007